PROSPERI FARINACII I. C. ROMANI
RESPONSORVM CRIMINALIVM LIBER TERTIVS.

QVIBVS ACCESSERVNT
ADDITIONES AD OMNIA
Hactenus sua impressa Opera.

CVM SVMMARIIS, ET ARGVMENTIS
VNICVIQVE CONSILIO ADIECTIS,
Ac Indice Argumentorum, Rerum, Verborum, ac Sententiarum locupletissimo.

GEMELLI POSTHVMI.

CVM PRIVILEGIO.



ROMAE, Sumptibus Andreæ Brugiotti. M. DC. XX.

Ex Typographia Iacobi Mascardi. Superiorum Permissu.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

BERLINGERIO GYPSIO

EPISCOPO ARIMINENSI, ALMAE VRBIS GVBERNATORI, ET VICECAMERARIO.



ANDREAS BRVGIOTTVS F.

QVI Iurisconsultos appellauit Iustitiæ sacerdotes, perapte loquutus mihi videtur. nàm quemadmodum oracula olim consulentibus, à sacerdotibus quibusdam responsa dabantur; ita præcipuum Iurisperitorum semper fuit munus, ijs respondere, qui legum veluti oracula sciscitantur: vt sublatis, quæ in hominum negocijs subinde pullulant, difficultatibus, ius cuique suum tribuatur. Verùm qui vana illa veterum oracula adibant, difficilioribus vt plurimùm tricis impliciti reuertebantur: erant enim inde elicitæ responsiones, maioribus inuolutæ ambiguitatibus quàm qui in incerto iacebant rerum exitus. at Iurisconsultorum opera in eo præsertim insudat, vt ambiguitates facilè enodet, expliceto. dilucidè quod in quauis controuersia ius præcipiat, & æquum. Præterea, quæ verbis tantùm & coram dabantur à priscis prudentibus responsa, complures etiam eorum libros consarcinatos nouimus, quorum non pauca sanè fragmenta videmus adhuc in iuris ciuilis Pandectis. At longè plura Responsorum volumina à recentioribus Iurisconsultis sunt edita, è quibus vtilitatis multum in hominum negocia deriuare constat, lucis verò non parum hauriri, tàm à causarum patronis, quàm ab ijs qui iudicijs præsunt. Quamobrem quæ doctiorum sunt Iurisprudentum responsa (Consilia vulgo vocamus) ea iure merito magno in pretio apud omnes habentur. quemadmodum illis contigit, quæ duobus voluminibus digesta, publici iuris olim fecit Prosper Farinacius, Iurisconsultorum nostri æui nemini secundus. Cùm verò tertius vehementer expeteretur tomus, eum ego desiderari diutius non sum passus, Additamentis etiam

vnà emiſſis, quæ ille ad libros ſuos prius editos confecerat. quæ duo opera effluxerunt poſtremò ex inſigni illo admirandoque calamo. Cui verò illa potiſſimum inſcriptum irem, haud diu fuit mihi cogitandum. Tu ſtatim Præſul Illuſtriſſime occurriſti, in quo iuris diſciplinam non minus quàm in Farinacio ſuſpexit ſemper optima ingeniorum arbitra Roma. etenim dum ille in conſcribendis libris, tu in gerendis magiſtratibus, quantus eſſes iuriſconſultus, præ te facilè tuliſti. Ac noui equidem Romanum populum, ipſamque Aulam, vbi tuam diu prudentiam, doctrinam, integritatem, in publicis muneribus obeundis degùſtaſſet, ægrè nimis tuam poſtmodum tuliſſe abſentiam. itaque noſtris votis annuens Sanctiſſimus, Maximusque Pontifex, ex Veneta Legatione te euocatum, Præfectura Vrbis, plaudentibus omnibus, cohoneſtauit. nuncque optimi Principis beneficio, læti tanto bono perfruimur, maioraque præſtolamur, ad quæ tua te promerita vocant. Adde, quòd tu non ſemel eſſe tibi in optatis oſtendiſti, ne hominum expectatio, horum editione operum fraudaretur; easque inſuper in me ſingularis propemodum tuæ humanitatis ſignificationes effudiſti, vt me tibi arctiſſimo obligationis nexu deuinctum ſentiam, ac ſperem propterea, hoc quodcunque eſt muneris, hilari abs te fronte ſuſceptum iri, ſiue id grati animi indicium, ſiue obſequium addictiſſimi tibi hominis interpreteris.

PAVLVS PAPA V.



D FVTVRAM REI MEMORIAM. *Cnm sicut dilectus filius Andreas Brugiottus Bibliopola Almæ Vrbis nostræ, nobis nuper exponi fecit, ipse secundam partem fragmentorum criminalium, cnm Appendice de immunitate Ecclesiarum, ac Tertium volumen Consiliorum criminalium cum Additionibus à quondam Prospero Farinacio composita, propediem in lucem edere intendat, ac vereatur ne postqnàm in lucem prodierint alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt, eosdem libros imprimi, ac typis dari cnrent, in ipsius Andreæ præindicium, & detrimentnm, nos einsdem indemnitati ne ex impressione huiusmodi aliquod dispendium patiatur pronidere, illumq. specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, & à qnibusnis excommunicationis suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum seriè absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati eidem Andreæ,* vt decennio proximo durante *à primaua dictorum librorum impressione, dummodo tamen antea à dilecto filio Magistro Sacri Palatij approbati fuerint, computandum,* nemo *tam in Vrbe, quam in vniuerso Statn Ecclesiastico, mediatè vel immediatè nobis subiecto,* libros prędictos sine speciali dicti Andreæ, aut eius hæredum, & successorum, vel ab eis causam habentium licentia imprimere, *sen ab alio, vel alijs impressos venales habere, seu proponere possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuersis, & singnlis vtriusqne sexus Christifidelibns, præsertim librorum impressoribus* sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, & typorum omnium, *pro vna Camera nostra Apostolica, ac pro alia eidem Andreæ, & pro reliqua tertijs partibus accusatori, & Iudici exequenti irremissibiliter applicandorum, eo ipso absque vlla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto decennio durante, libros prædictos ant aliquam eorum partem, etiam prætextu additionum, ant explanationum tam in magno, quàm in paruo folio, ac tam in Vrbe, quam in vniuerso Statn Ecclesiastico prædictis, sine huiusmodi licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impressos vendere, aut venales habere, ant proponere quoquomodo audeant, seu præsumant. Mandantes idcirco dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, ac Præsidentibns, Gnbernatoribus, Prætoribus, & alijs Iustitiæ ministris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status nostri Ecclesiastici prædicti, quatenus eidem Andreæ, eiusq. hæredibus, & successoribus, sen ab eis causam habentibus huiusmodi, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocnnqne ab eodem Andrea, seu alijs prædictis fuerint requisiti, pœnas prædictas contra quoscunque inobedientes irremissibiliter exeqnantur. Non obstantibns constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis statntis, & consuetudinibns, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, prinilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, & approbatis, cæterisq. contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam in ipsis libris impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxvij. Nouembris MDCXIX. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.*

S. Card. S. Susannæ.

Locus ✠ Sigilli.

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo Patri Mag. Sacri Palatij Apostolici.

Cæsar Fidelis Vicesg.

EX commissione Reuerendissimi P. F. Hyacinthi Petronij, Sacri Apost. Pal. Magistri, vidi, & perlegi volumen hoc Tertium Consiliorum Criminalium Prosperi Farinacij I.C. Romani, & Additiones ad eiusdem Farinacij opera, nihilque in eo, quod Catholicæ fidei, Sacrorum Canonum decretis, aut bonis moribus repugnet deprehendi, ipsumque propterea in lucem dari posse existimo, & in fidem me subscripsi. Romæ hac die 1. Augusti 1619.

Ego Antonius Fidus I.C. Spoletinus.

Imprimatur.

Fr. Gregorius Donatus Romanus, Magister, & Reuerendiss. P. Fr. Hyacinthi Petronij Rom. Sacri Palatij Apostolici Mag. Socius Ord. Præd.

INDEX ARGVMENTORVM.
QVAE IN HOC TERTIO VOLVMINE
CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM CRIMINALIVM
PROSPERI FARINACII I. C. ROM. CONTINENTVR.

Consilij Centesimi nonagesimiquinti Argumentum.

Testes

F I N I S.

PRO-

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM CRIMINALIVM PROSPERI FARINACII I. C. ROMANI.

Liber Tertius.

ARGVMENTVM.

IN hoc consilio defenduntur quædam particulares personæ, quæ non communitatis nomine, sed vt singuli habuerunt recursum ad Papam, illi porrigendo memoriale, in quo plura cuiusdam officialis grauamina exponebantur, ad effectum vt ab officio remoueretur; licèt contra eas prætenderetur incursus seditionis, illicitæ Congregationis, & conuenticulæ, ac etiam Bullæ Clementis VIII. super bono regimine.

SVMMARIVM.

Memoriale Principi porrigens contra aliquem calumniosè, pœna iniuriarum tenetur, num. 1.

Memoriale Principi porrigens vt prouideat officialium grauaminibus, nulla pœna tenetur, n. 3. & 4.

Congregationes factæ in palatio Communitatis ad effectum remouendi officialem propter plures, quas facit iniustitias, licitæ & impunibiles sunt, quia ad bonum finem, num. 5. Vbi ampliatur hæc conclusio etiam quòd inde sequatur aliquod delictum, & etiam quòd statutum prohiberet expressè congregationem, & conuenticulam, etiam ad bonum finem, & num. 6. & seq.

Bulla, & constitutio Sixti V. probibens conuenticulas intelligitur solùm de conuenticulis factis pro recuperanda, adipiscenda, & retinenda possessione, & non de alijs, num. 6.

Bulla, seu constitutio Sixti V. probibens conuenticulas & collectas, non habet locum, nisi armati interueniant, num. 6.

Bulla, seu constitutio Clementis VIII. de bono regimine, probibens vniuersitatem non posse transmittere ad Vrbem Nuncios, seu Ambasciatores sine licentia &c. non comprehendit eos, qui non sub nomine vniuersitatis, sed singulorum recurrunt, nu. 7. & num. 26. & seqq.

Iudex quisque etiam supremus, allegari potest suspectus, num. 9.

Iudex suspectus allegari potest ex qualibet causa, etiam leui, num. 9. in fine.

Iudex suspectus recusatus amplius ingerere se non potest in causis, in quibus fuit allegatus suspectus, num. 10.

Seditionis crimen non committitur, nisi tractetur contra publicam vtilitatem, vel Principis perniciem, num. 12.

Protestatio nihil decernit, aut statuit, sed tantùm protestantis animum declarat, num. 12. in fine.

Conuenticulæ auctor magis punitur, quàm illi, qui in conuenticula interuenerunt, num. 13.

Mandans molestari non potest non constito de mandatario, num. 14.

Contractus præsumitur initus iuxta formam præcedentis tractatus, num. 15.

Solitum quod est fieri, factum præsumitur, nu. 16.

Querelæ falsitas præsumitur ex tarditate temporis, num. 17.

Instrumentum cuius vigore fuit lata sententia, quæ exequutionem habuit, testibus reprobari non potest, num. 18. & 19.

Corpus delicti non dubitatiuè, sed plenè, & concludenter probari debet, num. 20.
Testes de auditu ab alio, qui contrarium dicit, nihil probant, num. 21.
Testes deponentes contra stylum, & verisimilia nihil probant, num. 22.
Amissio scripturâ potius præsumitur, quàm subreptio, num. 23.
Scientia probanda est concludenter, & non præsumptiuè, quando agitur ad pœnam, & de graui præiudicio, num. 24.
Scriptura, quòd fuerit subtracta ab eo, qui in illa interesse habet, non est sufficiens iudicium ad torturam, num. 24 in fin. & num. 25. Vbi præsertim quando interesse est modicum.
Præcedentia declarant sequentia, num. 27.
Lex, seu constitutio vna declaratur per aliam, num. 28.
Bulla, seu constitutio Clementis VIII. prohibens Communitates ad Vrbem transmittere Ambasciatores sine licentia, procedit quando Ambasciatores transmittuntur pro interesse publico, secus si priuato, num. 29. & seq.
Lex, seu constitutio loquens in casu simplici, non habet locum in casu mixto, num. 29.
Principalis intentio agentis in quolibet negocio attendi semper debet, num. 30.
Obseruantia est optima interpres legum, & constitutionum, num. 31. & seq.

CONSILIVM CXCV.

1 SI Domini Eques Butius, & alij Tusculanenses in memoriali per eos porrecto Sanctissimo non vera expressissent, & per calumniam conquesti essent de domino Auditore Illustrissimi Domini Patriarchæ Gubernatoris Tusculi, facilè admitterem eos effugere non posse aliquam pœnam, cum quod tunc iniuriarum actione tenerentur probat tex. in l. item apud Labeonem. §. si quis libello. ff. de iniur. Socin. cons. 118. n. 5. vol. 3. in fi. vers. Hoc idem probat tex. lib. 1. cum alijs per me allegatis in Pract. q. 105. n. 240.

2 Verum cum in processu mihi exhibito non viderim de hoc tractari, imo nec in eodem processu hoc memoriale perlegerim, & ni fallor agatur solum de quibusdam prætensis congregationibus illicitis, seu conuenticulis factis in Palatio communitatis & coram Prioribus, ad effectum recurrendi ad vrbem, & ad eundem Illustrissimum Dominum Gubernatorē, ac etiam ad Sanctissimum ad effectum remouendi ab officio auditoratus ipsum Dominum Auditorem, propter plura illata grauamina, ac præsertim pro eo, quod vellet fontem in platea existentem reducere extra portam Ciuitatis, quod, vt dicitur, tendebat in maximum eiusdem Ciuitatis præiudicium.

3 Facilè etiam dici potest prædictos inquisitos nullum illicitum, aut delictum commisisse, cum vnicuique liceat ad superiorem ac ad Principem recurrere, & officialium grauamina, seu aliorum defectus, ac delicta in precibus exponere, vt Princeps prouideat, prout in his terminis scripserunt Roman. cons. 96. col. 2. vers. vel dicitur coram superiore. Boss. in tit. de inquisition. nu. 127. & in tit. de iniut. num. 4. in princ. Bertazz. cons. 214. nu. 1. vers. Hoc præsupposito, & latius cons. 391. n. 1. & seqq. Honded. cons. 112. num. 6. & num. 7. ad fin. vbi propterea subdit, quod aliter dicere esset præcludere viam ne subditi, voce seu in scriptis grauamina officialium, seu aliorum Principi referant, quod dicit absurdū, & bene, et n. 36. in fi. & seqq.

4 Et sicut hæc conclusio apud me in iure verissima est, ita etiam passim practicatur in vrbe, in qua quotidie videmus hominum turbas ex vicinis oppidis quodammodo ad populum clamantes contra suum dominum, nedum officiales ad Sanctissimum ad præmissum effectum venire, & tamen si in memorialj per eos Sanctissimo porrecto falsa expressa non fuerint, & de hoc constet, non memini aliquos inquisitos, & punitos.

5 Et hinc infertur, quod congregationes, seu coadunationes factæ in Palatio Communitatis Tusculi, ad effectum remouendi dominum Auditorem propter plura prętensa illata grauamina Sanctissimo exponenda, prout exposita fuerunt, nisi vt dixi constet de exponentium calumnia, puniri aliqua pœna iuris, statutorum, aut bannimenrorum non posse, ex quo non ad illicitum sed ad id quod à iure permittitur, & sic ad bonum finem, scripserunt Card. Zabarell. in cap. pastoralis, in princ. n. 2. vers. Quod procedit, quando sunt in malum, de sent. & re iud. Felyn. in c. exhibita. nu. 4. in fine, vers. Idem addo, extra. de iudic. Vbi notabiliter dixit conspirationem, quæ fit ad bonum finem reputari potius concordiam & confederationem, quam conspirationem. Boss. in tit. de crimin. læsæ maiest. num. 29. Bertaz. cons. 192. num. 8. & seqq. Vbi ampliat etiam. quod ex congregatione facta ad bonum finem, sequatur aliquod delictum, concordat Vrbis statutum lib. 2. cap. 34. & cap. 35. in fin. lib. 2. Alios retuli in quæst. 113. num. 159. & num. 174. vbi ex Boss. in loco præallegato amplius probaui, præmissam conclusionem procedere etiam quod statutum, conuenticulam seu congregationem factam ad bonum finem expressè prohiberet, quandò in processu constat de bono fine, prout in casu nostro.

6 Et quod attinet ad Bullam Sixti V. cuius pœnam incursam prætendit Procurator fiscalis Tusculi

in denunciatione facta dicto D. Commissario in Ciuitate Tusculi, vltra præmissa addo quod eadē Bulla non loqui videtur nisi de conuenticulis, & collectis factis pro recuperanda, adipiscenda, & retinenda possessione, ex late deductis inter mea consilia conf. 65. n. 68. & seqq. & amplius non de omnibus collectis, seu conuenticulis, sed tātum de collectis, & conuenticulis armatorū. Quæ quidem armatorum qualitas cum hic non adsit, frustra de pœna dictæ Bullæ tractatur. l. 2. §. docere. ff. de vi bonor. rapt. l. 1. §. ait prætor & ibi Bar. ff. ne quid in flumin. public. Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 19. num. 27. vers. Cæterum &c. Decian. conf. 18. num. 226. lib. 1.

7 Et quo ad bullam Clementis VIII. cuius pœnam pariter comminatur idem procurator fiscalis in denunciatione prædicta, ex ea forsan quod prædicti inquisiti, ad vrbem se contulerunt absque licentia, satis sit in facto dicere, quod non venerunt prout loquitur bulla nomine vniuersitatis, sed nomine singulorum à quibus procuratores deputati fuerunt, ad Sanctissimum habuerunt recursum.

8 Quibus non obstet si forsan prætendatur delictum in quibusdam protestationibus factis à pluribus ciuibus coram prioribus. Nam quo ad protestationem factam die 15. Martij 1614. insistere opus non est, cum eam non fecerunt nūc inquisiti, & carcerati, qui etiam si sic protestati fuissent delictum aliquod non commisissent prout demonstrabitur si opus erit. quo vero ad protestationem factam die 23. Martij eiusdem anni, ex præallegatis apparet protestantes nullum commisisse delictum, dum instant dari memoriale Sanctissimo, & congregationi boni regiminis de grauaminibus illatis ab Auditore, & pręsertim de diuersione fontis.

9 Et circa protestationem factam die 1. Aprilis, in qua allegant suspectum Auditorem, & stante suspicione allegata protestantur ipsum non recipi ad exercitium Auditoratus, & quod eidem libri communitatis non ostendantur nisi cum interuentu syndici, ex qua vt audio, prætenditur, fabricantes præsertim, & dictantes dictam protestationem constituisse se Principes legesque condidisse, remouendo officialem Principis, & propterea intrare pœnam seditionis. Respondeo quod quisque iudex etiam supremus allegari potest suspectus, vt de Cardinali Legato de Latere scripsit Roland. conf. 19. n. 17. lib. 3. immo & totum Collegium, vt per Doctores, in c. 1. de iudic. cum alijs per Iacob. Philipp. Port. conf. 91. n. 18. & seqq. & est communis, vt per Roland. d. conf. 19. n. 12. & seqq. Et ad iudicem suspectum allegandum quælibet causa etiam leuis sufficit, vt per Dec. in cap. postremo, num. 12. & in c. speciali, num. 22. de appellat. Petr. à Plac. in epit. delict. cap. 40. nu. 12. vers. & primo. Rota diuers. part. 2. decis. 2. n. 13.

10 Et dum suspicione allegata pendente protestantur, Auditorem non admitti ad exercitium Auditoratus, protestatio hæc est conformis iuri communi, secundùm quod iudex suspectus allegatus, in causa & causis, in quibus suspectus allegatur, se amplius ingerere non potest, nec debet, & per ipsum gesta, tam de iure ciuili quàm canonico absque alia appellatione, seu probatione sunt nulla ipso iure. ad glos. in l. apertissimi, in verbo exequutores. C. de iudic. Franch. post Bal. in c. cum speciali, quæst. 21. de appellat. Misinger. obseruat. 52. centur. 2. & est magis communis, ex relatis per Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 6. num. 1. & seqq.

11 Non ergo video quomodo sic protestantes instantes, & petentes, dicantur legem condere, se Principes facere seditionisque pœnam incurrere cum seditio non dicatur nisi tractetur contra publicam vtilitatem, vel Principis perniciem, Foller. in pract. crim. in verbo, item quod commisit crimen læsæ maiestatis, n. 18. & 19. dixi q. 113. 176. & seqq. & in his terminis, num. 201.

12 Nec verum est, quod ipsi remoueant officialē Principis, illiue quoquomodo resistāt, sed tantam petunt & instant, à superiore remoueri stantibus grauaminibus illatis; aliud autem est instare, vt remoueatur, & ob id ad Principem recurratur, vt punctualiter contigit in casu nostro, & aliud illum vt prætenditur remouere, aut decretum facere vt remoueatur. hoc enim vltimum in processu mihi exhibito non inueni, ideo dici non potest, quod se Principem faciant aut legem condere noluerint, iuxta ea quæ latius dixi d. quæst. 113. nu. 4. vbi allegatos hic repetere superfluum est. Protestantes autem nihil decernunt, aut statuunt; sed tantum eorum animum declarant l. Nesennius, & ibi Bart. in 1. notab. ff. de negoc. gest. l. qui aliena. §. final. C. de acquir. hæredit. idem Bart. in l. et si quis. §. final. ff. de religiosis cum similibus.

13 Ex quibus cum constet, principales & particulares sicut supra se congregatos, iurantes & protestantes punire de iure non posse, quia nihil mali fecerunt, minus etiam puniendi sunt eorum auctores seu capita. quod si auctores prædicti prętensæ conuenticulæ, seu illicitæ congregationis puniendi essent, prout non sunt, puniri etiam deberent & ipsæ particulares personæ congregatæ, vt & qui in conuenticula interuenerunt licet mitiori pœna, tam vigore bannimentorum & statuti Vrbis, quàm etiam de iure communi. Guidopap. quæst. 423. vers. crederem tamen. Aym. conf. 224 num. 4. & num. 5. & num. 8. in fin. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 19. nu. 7. & tamen ex illis nullus molestatur prout molestari non debet.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem.

14 Contra Dominum Paulum Blasium vltra prætensam illicitam congregationem, & conuenticulam, seu populi cõcitationem, quatuor alia ex processu videntur intẽtata crimina. Primo scilicet falsitas obligationis cuiusdam insolidum factæ à Cæsare de Aron. Secundo sortilegium, seu factura in quadam Recotta trãsmissa Dianæ filiæ Albiniæ. Tertio attentata violentia in eandem Dianam. Quarto occultatio processus, vt dicitur facti in causa prædicta. Ad primum multa possent dici, sed satis est, quod Dominus Thomas, qui de mandato domini Pauli prætẽditur falsam obligationẽ scripsisse, examinatus, fuit relaxatus. quo cassu contra dominũ Paulum prætensum mãdantem agi non potest, iuxta vulgarẽ regulam de qua in l. si is qui rem, la seconda. §. si tu Titium. ff. de furtis.

15 Verum quod hæc Cæsaris querela sit prorsus falsa, & quod ex ea nõ poterat carcerari dominus Blasius arguitur, Primo ex sua propria confessione dum in querela dicit, adiisse dominũ Paulum vna cum N. & insimul mutuo petijsse rubrũ vnũ cum dimidio frumenti, offerẽtes se insolidum obligare. Cur ergo est, quod se insolidum non obligauerit intrat conclusio, quod contractus præsumitur initus iuxta formam prçcedentis tractatus, Bal. conf. 21. col. 2. vers. venio igitur, lib. 4. Decian. conf. 62. n. 23. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 122. nu 44. & 45. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 35. num. 18. in princ. & in fine.

16 Arguitur secundo eadem querelæ falsitas, quod in alijs apocis, de quibus in processu, confectis ab eodem Thoma, frumẽtum quando fuit datũ duobus ambo se insolidum obligarunt. Cur ergo est, quod in hac obligatione Cçsaris dominus Paulus voluit recipere obligationem insolidum? Hoc non est verisimile, quia quod solitum est fieri factum præsumitur l. si quis donaturus. ff. de vsufruct. l. final. in fin. C. de fideiuss. cum alijs per Euerard. in loco ab vsitato, seu solitis.

17 Et demum querelæ falsitas deprehenditur ex eo, quod dum fuit ciuiliter citatus, hoc non apposuit, quod vtique opposuisset si se insolidum non obligasset. & propterea dum post relaxationẽ man dati, & solutionem factam dat istam querelam præsumitur falsitas, & calumnia ex tarditate temporis. Bal. conf. 37. quidã tabellio, in fi. lib. 1. Marf. in pract. §. diligenter, n. 201. Vulpell. conf. 94. n. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20. n. 6.

18 Et scriptura, cuius vigore fuit lata sententia, quæ exequutionem habuit, quod testibus reprobari non possit voluit Bal. conf. 37. quidam tabellio, nu. 2. lib. 1. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 105. nu. 30. in fin. Bertazzol. conf. 398. num. 10. 11. & num. 13.

19 Ex quibus apparet depositionem Cæsaris Scandrigliæ, dicentis se non interfuisse apocæ, nihil obstare, tum ex præmissis, & alijs pluribus, quæ ne longior sim adduci possent, tum ex allegatis per Natt. conf. 394. n. 30. Boss. in tit. de fals. n. 40. in fin. & n. 42. & per Franc. Marc. decis. 486. n. 8. & 9. par. 1. Menoch. d. cas. 105. n. 14.

20 Ad secundum de sortilegio seu factura, multa pariter possent dici, sed satis est, quod in processu non constet de corpore prætensi delicti, cum tam ipsa Diana, quam Albinia eius mater, aliæq. mulieres desuper examinatæ, dubitatiue deponant, quod non sufficit l. 1. §. item illud, in vers. liquere igitur debet. ff. ad Syllan. l. si quando, in vers. patefacta, & ibi Bal. nu. 2. & Ias. num. 12. in 4. notab. C. vnde vi. Aym. conf. 244. in princ.

21 Ad tertium de prætensa attentata violentia, pariter, & satis est dicere, quod omnes mulieres pro Curia examinatæ non deponunt nisi de auditu à Diana, quæ in sua depositione nihil de hoc dicit, & si aliquid diceret illi credẽdum non esset. Anan. conf. 56. col. 2. vers. non obstat si dicatur. Boer. decis. 319. n. 7. Honded. conf. 100. n. 26.

22 Ad quàrtum de occultatione processus, si vt mihi præsupponitur in Curia Ciuitatis Tusculanæ stylus est, vt querelæ, & testes describantur in libro ligato, & non in folijs seu fasciculo, vtique testes, qui processum factum esse, & se examinatos fuisse deponunt, multum suspecti essent deponentes contra stylum, & inuerisimilia. Iacob. Aegid. in tract. de testib. n. 24. Franc. Curt. in eodem tract. concl. 16. n. 39. vers. illud enim. Boss. in tit. de opposit. contra testes, nu. 94. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 474. n. 59.

23 Sed dato quod constet de confectione processus, hodie nõ reperitur ergo fuit subtractum. consequentia non valet, cum potuerit etiam amitti propter negligentiam Cancellarij. hoc magis prçsumendum est tum ad exclusionem delicti, vulgata l. merito. ff. pro socio, cum alijs per Menoch. de præsumpt. d. lib. 5. præsumpt. 2. num. 2. & seqq. Tum etiam, quia non in libro redactus, sed in folijs facilè deperdi poterat, præsertim cum ob illius non releuantiam facilè Cancellarij illius curam non tenebant.

24 Et in omnem euentum quod dominus Paulus illum subripuerit, licet de eius interesse forsan ageretur non est præsumendum, cum non constet de eo scientiam habuisse, quæ sicut in dubio non præsumitur, l. verius. ff. de probation. ita ex quo agitur criminaliter ad pœnam, & sic de graui præiudicio; scientia per fiscum esset concludenter non autem præsumptiuè probanda. Paris. conf. 23. num. 241. lib. 1. Put. decis. 77. nu. 7. lib. 2. Rota coram Cardinali Seraphino in Romana Secretariatus 17. Februarij 1592.

25 Vltra quod solum interesse, seu commodum non sufficit ad faciendũ prçsumere subtractionem scripturç nisi alia cõcurrant, Blãc. de indic. n. 422.

Plot,

Plot. de in lit. iurand. num. 884. secundùm antiquam impressionem. Boss. in tit. de indic. num. 63. Honded. cons. 96. num. 68. lib. 2.

25 Præsertim in casu nostro, in quo prætensum interesse modicum est, cum agatur de processu prorsus Domino Paulo non nociuo. quod euidenter apparet ex eo, quod pro hac causa nunquam fuit citatus, nec vocatus à Curia nedum examinatus, & tamen ad præsumendum subtractionem scripturæ quæ pœna falsi punitur, modicum interesse, seu commodum non sufficit, cap. accedens. vbi glos. & communiter omnes extra de crimin. falsi. Aym. cons. 75. num. 16. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20. num. 49. Honded. cons. 109. num. 23. & 24. lib. 1.

26 Quo ad pœnam bullæ Clementis Octaui super bono regimine, quam incurrisse ex aduerso prætenditur Dominos Equitem Butium & alios, paucis in prioribus scriptis me expediui. quia vt verum fatear, non credebam super ea dubitari posse sed cũ vt audio dubitetur de illius incursu, tribus rationibus pœnam huiusmodi minime incursam esse, luce clarius ni fallor, nunc demonstrabo.

27 Et primo, quia vt alias dixi, & in facto verissimum est, non nomine communitatis sed vt singuli ad vrbem venerunt, & hoc in facto refricari non potest, ergo bullæ pœnam non incurrerunt, quia ad hoc vt illius pœna locum habeat, necesse est, vt congregationes hominum, seu singulares personæ de quibus in eadem bulla, in vers. cæterum ad vrbem transmittant seu veniant, non vt singuli, & nomine proprio, sed nomine communitatis, quod apte probatur in d. vers. cæterum, in princip. vbi non solum consilijs, adunantijs, sed congregationibus, magistratibus, & administratoribus cõmunitatis, sed etiam singularibus personis prohibetur *ne bona aut iura communitatis vendant alienent hypothecent, censum super illis imponant, nec vllo modo pro alijs obligent seu ære alieno obstringant*. Qui omnes contractus, seu distractus in præiudicium communitatis fieri non possunt à singularibus personis, nisi nomine communitatis sic contrahant, & de illius bonis. si enim nomine proprio, & sua propria bona distraherent seu obligarent, bulla non intrat, & hoc credo non habere difficultatem.

27 Sic in sequente versiculo, Neque legata, qui venit continuatiue ad præcedentem, prohibitio facta *prædictis mittendi legatos, seu oratores ad Sedem Apostolicam, publicis seu priuatis, & proprijs sumptibus, etiam sub nomine agentis, negociorum gestoris, vel procuratoris, neue quispiam id munus suscipere, aut obire audeant, nisi habita prius licẽtia &c. sub pœna &c.* intelligi, & declarari debet secundum præcedens caput, ex vulgari conclusione, quod præcedentia declarant sequentia, & qualitas in præcedentibus apposita censeatur etiam in subsequentibus repetita. decis. Pedemont. 68. n. 8. et 147. n. 16. Roland. cons. 60. n. 44. lib. 1. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 64. n. 19. & 20.

28 Idque suadetur etiam, quia eadem constitutio super bono regimine, refert se ad aliam constitutionem Sixti V. quæ est in ordine 43. par. 1. in qua prædictæ prohibitiones tã obligandi bona & iura communitatis, quam etiam mittendi legatos, et oratores ad Sedem Apostolicam, taleq. munus suscipiendi, sic omnino intelligendum est et apertè loquitur, quãdo nomine communitatis hęc fiunt. et sic intrat alia vulgaris conclusio, quod vna lex, seu constitutio declaratur per aliam, eam præsertim ad quam se refert. l. non est nouum. ff. de legibus l. vtrum. ff. de petit. hæredit. lib. 1. vbi præsertim Socin. ff. de reb. dub.

29 Secundo, dato etiam quod pœna de qua agitur, incurreretur per singulares personas, seu alios transmissos, et venientes non nomine communitatis, sed nomine proprio, et vt singuli. (quod minime verum credo ex præallegatis) adhuc necesse est, vt saltim transmittantur, et veniant saltim pro interesse communitatis & publico, secus si pro priuato. Alioqui esset impedire recursum ad Sedem Apostolicam, sed sic est, quod iste ad Sanctissimum recursum habuerunt ad Vrbem transmissi fuerunt, & venerunt pro pluribus grauaminibus, ipsis particularibus illatis, & præsertim pro tentata amotione fontis in præiudicium suarum mulierum, ergo constitutionis pœna non intrat. Et licet etiam hinc sumpta occasione putauerint etiam grauamina publica in præiudicium communitatis Sanctissimo exponere, & referre, non tamen ex hac mixtura puniri possunt, quia constitutio loquens, seu intelligenda in casu simplici, non est trahenda ad casum mixtum. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. l. hoc legatum. ff. de legat. 3. Præsertim in constitutione pœnali nedum correctoria, & à iure communi exorbitante. l. vim passam. §. præscriptione, & ibi glos. in verbo Coniunctam. ff. de adulter. & l. mariti. §. hoc quinquennium. ff. eodem. Alex. in l. illam, in fin. C. de collation. & in l. si dignum. num. 3. ff. ad l. falcid. Corn. cons. 63. licet ex pluribus, num. 9. lib. 2.

30 Præsertim in casu nostro in quo originalis, & principalis causa recurrendi ad Sanctissimum, fuit grauamen, vt dixi propter tentatam amotionem fontis, quod eos vt singulos respiciebat. & ideo succedit conclusio, quod in actu, & negocio attendi debet principalis causa, & id quod principaliter agitur, non autem quod incidenter, & accessoriè, l. si seruus. ff. de action. empt. l. si quis nec causam, in princ. & l. rogasti. ff. si cert. petat.

31 Tertio quatenus præmissa aliquam reciperent dubitationem, prout non recipiunt, omnis tollitur difficultas ex subsequuta obseruantia secun-

dum quam vt alias dixi quotidie videntur ad Sanctissimum subditorum turbę, contra suos Dominos & officiales, populatim recurrere, nec contra eos criminaliter processum. & si quandoque ob id carcerati fuerunt, paucis tamen in carceribus retenti diebus absque ylla pœna ex carcerati extiterunt. & hæc obseruantia est optima legum, & constitutionum interpres, nec longi temporis cursum ad eam inducendam requirit, l. si de interpretatione. ff. de legibus. Aym. conf. 201. num. 11. Rot. diuers. decis. 574. num. 3. & seq. par. 1. & decis. 256. n. 5. & seq. par. 2.

32 Nec dicatur, quod hoc sit allegare inconueniens, quia immo inconueniens est, quæ de consuetudine Principe sciente seruantur non seruare, & quidem si aliter statuatur, erit vt aliàs dixi pręclusa via particularibus personis referendi Sanctissimo officialium grauamina. cum præsertim facile euenire possit, vt officiales ipsi concordes cum administratoribus communitatis, omnes insimul malè communitatem tractent. & si tunc particularibus prohibitum est nomine proprio suo hæc Principi referre, non modicum publicæ vtilitati præiudicium afferetur, sed quando veniunt, & recurrunt pro eorum proprio interesse res non habet difficultatem.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

VVLNERANS aliquem, cum quo inimicitiam non habebat, præsumitur de mandato alterius vulnerasse, & secundùm bannimenta Gubernatoris Vrbis assassinij pœna tenetur, & de pluribus indicijs contra mandantem.

SVMMARIVM.

Mandato alterius præsumitur quis aliquem vulnerasse, quando vulnerans cum vulnerato inimicitiam non habebat, num. 1.

Inimicitia facit indicium ad torturam in delictis occultis, & difficilis probationis, num. 2.

Inimicitia probatur ex non salutatione, & non allocutione inter aliquos, num. 3.

Inimicitia capitalis oritur ex prolatione verborum turpium, & ex iniurijs, num. 4.

Minæ speciales iuxta formam delicti sequuti, non solùm faciunt indicium ad torturam, sed alijs concurrentibus adminiculis sufficiunt ad condemnandum, num. 5. & 6. Vbi præsertim in eo, qui solitus est minas exequi.

Mendacium in substantialibus facit indicium ad torturam, num. 7.

Assassinium probatur probabilibus argumentis etiam ad pœnam ordinariam, num. 8.

Argumenta probabilia dicuntur esse, quando ex illis oritur indicium indubitatum, num. 9.

Mandans, quando possit de mandato inquiri, & processari, si fuit vulnerata persona incognita, num. 10.

Minæ nunquid probentur per testes singulares, num. 11. & seqq.

Testes singulares faciunt indicium ad torturam, num. 14.

CONSILIVM CXCVI.



1 CAVSA de qua agitur non est causa simplici vulneris, aut frisij, sed causa assassinij. cum enim Ioannes Maria fuerit in facie vulneratus ab incognita persona, quam non apparet cum eo vllam vnquam habuisse inimicitiam, certum est, quod non nisi de alterius mandato sic vulnerasse præsumendum est. ad glos. in l. non ideo minus. in verbo quoniam. & ibi Bald. num. 1. C. de accusation. tex. est apertus in l. etsi certus. ff. ad Silan. & ibi Ang. num. 1. vers. habent ergo remedium assessores. Ang. de malefic. in verbo & Sempronium Rodulfi. num. 4. vers. & bene notã. & ibi Augustin. in addition. Ludou. Peguer. decis. crimin. 5. num. 9. vers. & etiam in mandatario, cum alijs per Farinac. in tit. de indic. & tortur. quæst. 37. num. 154.

Et consequenter intrat crimen, & pœna assassinij, etiam quod pecunia non interuenerit, sic expressè dictantibus bannimentis Illustrissimi Domini Gubernatoris Vrbis cap. 19. non solum ex parte mandatarij, sed etiam ex parte mandantis, vt in ijsdem bannimentis cap. 38.

2 Stante itaque grauitate, & atrocitate criminis, grauiter etiam causa hæc tractanda est. & quod propterea Tullius, & Ioannes Baptista carcerati pro prædicto assassinio, nedum torqueri sed condemnari possint, facit Primò contra eos grauis, quam habebant inimicitia cum vulnerato, prout de magno odio, & maleuolentia, in genere deponunt Defendius Gambirasius, Astrubal Mucinus, & Simon Iuliani. Nec eam negare audet Tullius in suis constituris, cùm liberè fateatur inter eos filios, & Franciscum Cantellum Dominum vulnerati, ac Centelli domum non intercedere bonam intelligentiam occasione haustionis aquæ. Hæc autem inimicitia sola in delicto occulto, & difficilis probationis (prout est quando agitur de mandato quicquid forsan secus sit in alijs delictis) indicium facit ad torturam. Clar. in pract. quæst. 21. vers. Inimicitia vigens. in fine. vbi testatur ita apud eum seruatum fuisse. sequitur Hippol. Rimin. cons. 302. num. 8. & nu. 9. in fin. lib. 3.

Constat

3 Conſtat ſecundo, quod Ioannes Maria, & Ioannes Baptiſta ſe inſimul non ſalutabant, nec loquebantur. toruo oculo, & mutato colore Ioannes Baptiſta Ioannem Mariam inſpiciebat, prout bene deponunt Defendius Gambiraſius, Angelus Martij, & Aſtrubal Mancinus, & idem Tullius fatetur *che li figliuoli non praticano con la caſa di Franceſco Centelli, & è più d'vn' anno che Franceſco non hà parlato, ne parla ad eſſo*. Ex quibus non ſalutatione, & non alloquutione ſimultanea, inimicitiam eſſe bene probatam probat tex. in cap. ſi inimicus. 93. diſtin. gloſ. in cap. cum Adrianus, in verbo, & ad ſalutandum. 73. diſtinct. Blanch. de indic. num. 109. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 42. num. 10. Decian. in tract. crimin. lib. 3. cap. 25. num. 76. vbi de communi.

4 Tertio, ſuccedit altercatio inter eos orta cum prolatione turpium verborum, & iniuriarum, ac etiam ſubſequuta mentita, de quibus deponunt Angelus Martij, Franciſcus Piola, & Cæſar Federici, & eorum occaſione emanatum monitorium de non alloquendo, quod Tullius fatetur. ex quibus pariter capitalem ortam fuiſſe inimicitiam dubitari non poteſt. Marſil. in l. 1. §. præterea, nu. 57. verſ. item oritur etiam capitalis inimicitia ex verbis iniurioſis. ff. de quæſtion. Blanc. de indic. num. 104. Paul. Merend. conſ. 88. num. 3. & ſeqq. lib. 2. inter conſ. crimin. diuerſ. in fol. Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 25. nu. 52.

5 Quarto, concurrunt contra prædictos minæ ab illis contra vulneratum prolatæ, non ſolum generales, vt deponit Franciſcus Piola audiuiſſe Ioannem Baptiſtam, dicentem Ioanni Mariæ: *Non paſſarà troppo, che te ne farò pentire*. & de auditu ab eodem Ioanne Baptiſta eſt conteſtis Cæſar Federici, ſed etiam ſpeciales de ſfriſiando eundem Ioannem Mariam, prout deponit Simon Iuliani, qui amplius dictum Ioannnem Baptiſtam dicentem: *non voglio che ci venga à pigliar l'acqua, vna volta ci hà da reſtar lui, ò io*.

Quæ quidem minæ non ſolum faciunt indicium ad torturam, vt per Gandin. in tit. de præſumpt. & indic. dubitatis. num. 23. Guido de Suzar. de indic. & tortur. num. 33. verſ. item an fuerit ei minatus. Blanch. de indic. num. 180. & ſeq. Boſſ. in tit. de indic. nu. 44. Honded. qui de communi teſtatur conſ. 107. num. 3. lib. 1. ſed etiam alijs concurrentibus ad condemnandum ſufficiunt ſecundum communem, de qua per Plot. de in lit. iuran. §. 54. num. 10. verſ. idem ſi alia plura. Carer. in pract. crimin. in 2. tract. de indic. & tortur. §. duodecimum indicium num. 1. verſ. idem ſi alia concurrant indicia. & num. 2. Aym. conſ. 35. num. 3. & 4. Præſertim in delictis occultis, & difficilis probationis, prout eſt hoc de quo agitur.

6 Et in propoſita facti ſpecie, res minorem habet difficultatem, quia non ſumus in eo qui ſimpliciter minatus eſt, ſed in eo qui minas exequi tentauit. Cum vt deponit Simon Iuliani viderit Ioannem Baptiſtam aliàs proijcientem lapides in Ioannem Mariam, & Aſtrubal Mancinus, & Simon Iuliani dicant, quod Ioannes Baptiſta aliàs voluit baſtonare Ioannem Mariam, & quod propterea eum baculo, quem ſub zimarra gerebat inſequebatur. & ideo non eſt recurrendum ad diſtinctionem, quam faciunt Doctores, an ſcilicet minans ſit ſolitus minas exequi nec ne, cum ex depoſitionibus dictorum teſtium appareat, quod Ioannes Baptiſta minas exequi & tentauit, & nixus eſt. Quo fit vt eo magis contra ipſum ſit præſumendum, iuxta præallegatos Doctores.

7 Concurrit demum mendacium ipſius Ioannis Baptiſtæ, negantis ſe nunquam habuiſſe aliqua altercatoria verba cum Ioanne Maria, de quo conuincitur ab omnibus teſtibus. quod quidem ſolum mendacium in ſubſtantialibus, indicium facit ad torturam, ſecundum Roman. conſ. 8. nu. 2. verſ. Tertium quidem indicium eſt. Nouell. in tract. ad defen. in rubr. reſponſiones reorum. num. 6. vbi de communi. Mandoſ. ad Roman. d. conſ. 8. in addit. litera D. vbi de magis communi. Et licet aliqui contradixerint, hæc tamen opinio communiter recepta eſt in his quæ ſunt difficilis probationis.

8 Quod ſi, vt dixi, agitur de prætenſo crimine aſſaſſinij, intrat concluſio, quod ad effectum condemnandi non requirant concludentes & plenæ probationes, ſed ſufficiant probabilia argumenta. ad tex. clarum, & apertum. in cap. pro humano, & ibi communiter notant omnes, de homicid. in 6. Grammat. vot. 8. num. 6. Boſſ. in tit. de indic. nu. 201. Clar. in pract. §. fin. quęſt. 20. verſ. ſcias tamen. Maſcard. de probation. lib. 3. concl. 121. nu. 77. etiam ad pœnam ordinariam, vt per Petr. à Placha in epitom. delictor. cap. 19. nu. 16. Clar. in §. aſſaſſinium. verſ. præterea quamuis. Ioſeph. Ludouic. concl. 45. in 1. ampliatione. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 30. num. 22.

9 Et in caſu noſtro ex premiſſis facilè colligitur, negari non poſſe quin adſint probabilia argumenta, quæ ſecundum communem, & magis receptam Doctorum ſententiam, tunc adeſſe

adesse dicuntur, quando ex illis oritur indicium indubitatum, sicut in his terminis declarat Farinac. in tit. de reo confess. & conuict. quæst. 86. nu. 43. & seqq. & ex pluribus dubitatis indicijs oriri indicium indubitatum scripsit Bal. in l. final. num. 1. vers. sed quando. & vers. item ponit. & num. 2. C. de probation. Igne. in l. excipiuntur. num. 30. & seqq. ff. ad Syllanian. Brun. de indic. & tortur. par. 1. quæst. 4. nu. 3. vers. quandoque tamen. & num. 5.

10 Quibus non obstant ex aduerso deducta. Et primo quod in processu constet, carceratos non vulnerasse Ioannem Baptistam, sed alium incognitum à vulnerato iuuenem, quo casu non potest contra alios de mandato agi, vt per Marsil. cons. 72. nu. 1. & num. 6. Eugen. cons. 27. num. 32. & Farinac. quæst. 40. num. 119. Marsilius enim nihil dicit ad propositum firmatæ conclusionis. Eugenius autem, & Farinacius loquuntur, quando constat non solum de vulnerante, sed etiam de causa vulneris, & inimicitiæ vulnerantis cum vulnerato. Tunc enim inquiunt non posse de mandato procedi contra alios inimicos. sed hic non constat de inimicitia vulnerantis cum vulnerato, ideo quærendum est ad cuius instantiam illa persona incognita delictum commisit, ad plene tradita per eundem Farinac. in tit. de inquisition. quæst. 3. num. 10.

11 Secundo non obstat alia conclusio, quod scilicet indicia debeant probari per duos testes, & contestes, & præsertim minæ, vt per Osasc. decis. Pedemont. 79. num. 16. Clar, Nouell. & Bertazzol. citatos per Farinac. in quæst. 37. nu. 18. præsertim quando singularitas consistit circa qualitatem minarum, nedum circa locum, & tempus, vt in specie probat Marsil, cons. 72. num. 1. & Siluester Aldobrandinus cons. 71. num. 13. allegatis per Farinac. licet corruptè, vbi supra nu. 42. Hæc, ni fallor, in substantia sunt verba Domini ex aduerso scribentis, secundo fundamento ad fauorem carceratorum facta.

12 In quo aduertendum primo est, quod Farinac. ex aduerso citatus, cum allegatis per eum in quæst. 37. num. 18. & 42. nihil prorsus dicit de singularitate testium, nedum de probatione minarum, & sic corruptè ad hoc allegatur. bene verum est, quod in quæst. 50. num. 41. & seq. facta conclusione, quod minæ probentur per testes singulares, eam declarat procedere dummodo sint concordes in qualitate minarum, licet discordes in loco & tempore, alias secus, ex Foller. quem allegat in pract. criminal. in verbo ita quod sororem auelenauit. num. 25.

13 Et in hac declaratione est iterum aduertendum, quod si testes deponunt super minis non iteratis, sed semel tantum illatis, discordantq. in qualitate minarum, tunc sine dubio nihil probant, quia talis singularitas dicitur obstatiua; & propter testium variationem, de falso suspecta, & ita loquitur Foller. vbi supra allegatus num. 25. & Marsil. ex aduerso allegatus in cons. 72. num. 1. Quod si agatur de minis non vnica vice illatis, sed iteratis, & tunc licet testes sint singulares in qualitate minarum (prout in casu nostro) non per hoc minuitur eorum fides, quia testes deponentes super actu iterabili non dicuntur singulares singularitate obstatiua, & ideo admittuntur, & probant, etiamsi, quod plus est, essent singulares in loco, & tempore, ad glos. in cap. nihilominus. in verb. simul. vers. sed si sæpius. 3. quæst. 9. Florian. in l. ob carmen. §. fin. num. 3. ff. de testib. Caccialup. in l. admonendi. post num. 84. vers. vt autem clarius. ff. de iure iuran. Rolan. cons. 82. num. 41. & seqq. lib. 2. Hippol. Rimin cons. 7. n. 38. & n. 102. & 104. lib. 1. & hoc in iure nullam habet difficultatem.

14 Et rursus aduertendum, quod ad effectum torquendi, de quo nunc agitur, testes singulares etiam admittuntur. Grammat. decis. 34. n. 30. & 35. Paul. Granut. theorem 23. n. 14. Clar. in pract. §. fin. quæst. 53. vers. dixi etiam. Bertazzol. cons. 213. num. 7. & ibi Claudius in additionibus litera E. Petr. Caball. resol. criminal. tom. 1. casu 193. num. 2. & seq. Ad effectum enim torturæ inferendę, absque dubio practicatur regula, quod si non prosunt singula, multa collecta iuuant, ad plene tradita per Farinac. in tit. de reo confesso, & conuicto. quęst. 86. num. 72. & seqq.

15 Et demum ex facto tollitur omnis dubitatio, quia de odio, inimicitia, iniurijs, altercatione, monitorio, mendacio, & alijs indicijs, & pręsumptionibus, constat in processu concludenter per contestes, & reorum confessionem respectiue, & quod Ioannes Baptista minatus fuerit *Che n'hauerebbe fatto pentire Giouanni Maria*, deponere videtur duo testes, & contestes, videlicet Franciscus Piola, & Cęsar Federici.

16 Tertio nō obstat cōclusio, quod quando testes patiuntur plures exceptiones, tunc non probant, etiam quod agatur de delicto difficilis probationis, vt per Grammar. Marsil. Gabriell. & Surd. in locis ex aduerso citatis, huic enim motiuo sufficit negare assumptum.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

AR-

ARGVMENTVM.

Milites Sancti Ioannis Hierosolymitani sunt verè religiosi, & propterea à Duce generali exercitus puniri non possunt, etiam pro delictis in ipso exercitu commissis.

SVMMARIVM.

Milites Hierosolymitani, sunt verè religiosi sub regula sancti Augustini, in Ordine à Sede Apostolica approbato, num. 1. & 10.

Milites Hierosolymitani, comprehendũtur sub dispositione Conc. Trid. sess. 25. cap. 15. de regular. num. 2.

Milites Hierosolymitani, sunt solum subiecti foro Ecclesiastico, num. 3.

Arma bellica tractare, non est quid contrarium religioni, præsertim Hierosolymitanæ, num. 4.

Fortitudo quæ patriam à barbaris tuetur, plena est iustitia, num. 5.

Religionis de essentia non est quod quis sit clericus, sed sufficit quod emittat vota necessaria in religione à Sede Apostolica approbata, nu. 6.

Clerici an & quando possint esse in bello, num. 7.

Milites Hierosolymitani, possunt esse in bello, & tractare arma bellica, num. 8. & 12.

Fratres gaudentes, & Hospitalarij, qui non emittunt tria vota substantialia, non sunt religiosi, & de his loquuntur doctores hic citati, num. 9.

Duces generales exercitus, non habent plus iurisdictionis in suo exercitu, quam habeant reges, & supremi principes in suis regnis, & prouincijs, licet non teneantur seruare ritus, & telas iudiciarias, num. 11.

Clerici qui arma bellica gestant, & immiscent se prælijs, amittunt eorum priuilegium, num. 12. & 15.

Clerici arma bellica tractantes, licet amittant priuilegium can. si quis suadente diabolo, non tamen amictunt priuilegium fori nisi præuia trina monitione, num. 13. & 15.

Priuilegium can. si quis suadente diabolo, facilius amittitur, quam priuilegium fori, num. 14.

Clerici militantes perdunt priuilegia personalia, non priuilegium fori, num. 15. & supra num. 12. & 13.

Clerici qui famulantur principibus laicis, & ab eis stipendia recipiunt, non propterea censentur renunciare priuilegio fori, nec alijs eorum priuilegijs clericalibus, num. 16.

Renunciatio & nouatio, non inducitur per actus positiuos, nisi quatenus ex eis necessario infertur, num. 17.

Clerici non possunt expressè, & multo minus tacitè renunciare priuilegio fori, etiam cum iuramento, num. 18.

Conducens clericos, & alias personas qualificatas ad sua seruitia, censetur illos conducere secundum eorum qualitatem, num. 19.

Licentia militandi concessa militibus Hierosolymitanis à magno Magistro, non operatur vt censeantur dimissi ab eius iurisdictione, & vt censeantur translati in iurisdictionem principis laici sub quo militant, num. 20.

Reges Galliæ prætendunt habere, ex speciali priuilegio Sedis Apostolicæ, facultatem procedendi contra clericos in certis casibus, sed de hac facultate dubitatur, num. 21.

Consuetudo, etiam immemorabilis, non sufficit ad tribuendam iurisdictionem principibus laicis in clericos, & religiosos, num. 22.

Immemorabilis præscriptio non semper æquipollet priuilegio Apostolico, quia illa non potest reddere incapacem capacem, sicut istud, num. 23.

Iuramenti violatio an & quando tribuat iurisdictionem non habenti, num. 24.

Clericus iurans falsum coram Iudice laico, non potest ab eo puniri, num. 25.

Delicta licet non debeant remanere impunita, tamen non propterea debent puniri ab eo qui non habet iurisdictionem in delinquentes, num. 26.

CONSILIVM CXCVII.



N præsenti quæstione pro necessario fundamento in primis firmanda est regula, quod Mi-
1 lites† Hierosolymitani (equites Melitenses hodie nuncupati) sunt verè religiosi, & personæ Ecclesiasticæ, quia sub regula Sancti Augustini in Ordine à Sede Apostolica approbato emittunt tria vota substantialia, nempè Castitatis, obedientiæ, & paupertatis, vt legitur in eorum stabilimentis tit. de regul. c. 1. & 2. & ferè per tot. & in tit. de recept. fratr. cap. 1. & est notorium. quod autem hac ratione sint religiosi, & personæ Ecclesiasticæ traditur per omn. in rubr. de regular. vbi Abb. num. 1. & in indiuiduo de istis Militibus Hierosolymitanis hoc dicit Nauarr. consil. 21. nu. 1. & seq. eodem tit. de regular. vbi dicit, quod qui contrarium asserunt, non satis agnoscunt, & venerantur naturam religionis. & idem de illis dicit glos. in cap. sciant cuncti. in verb. ecclesiasticas. de elect. in 6. Idem quoque dicunt de illis Gemin. in c. 2. §. laici. num. 5. de reb. eccles. non alienan. nu. 6. Barbat. in clement. causam. §. quod si forsan. num. 28. de elect. Cassan. in Catalog. glor. mund. par. 4. consid. 64. & latius par. 9.

in 4.

in 4. consider. vbi refert egregium encomium Diui Bernardi in laudē huius Ordinis, & multos alios congerit. O fasc. decis. Pedemontan. 27. num. 18. & Menoch. cons. 54. num. 17. & de similibus Militibus templarijs idem dicit Abb. in cap. cum deputati. in primo not. de Iudic. & multis argumentis comprobat Vasq. contr. illustr. lib. 3. cap. 105. num. 49. & 50. & ita semper de illis iudicauit Rota Romana, vt penes Mohed. decis. 10. de caus. possess. & propr. & quotidie hoc idem decidit, vt in specie in vna Interamnen. bonorum. 27. Ianuarij, & 5. Maij 1603. coram Cardinali Ludouisio, tunc Rotæ Auditore, in quibus fuit decisum illos, tanquam religiosos esse intestabiles, & in alijs multis decisionibus manuscriptis.

2 Quinimmo † cum Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. de regular. decreuerit, quod in quacunque religione non fieret professio ante decimumsextum annum expletum, & ante annum probationis, ipsamet religio optimè agnoscens se esse comprehensam sub huiusmodi decreto, illud in suis stabilimenris registrauit sub rubr. de recept. fratr. cap. 15. & cap. 28. & in alijs stabilimentis postea factis, adhuc tamen quod viderim non impressis.

3 Et quod † hac ratione dd. Milites sint tantum subiecti foro Ecclesiastico, illoque gaudeant sicuti cæteri regulares, tradunt omnes supradicti, & in specie Felin. in d. cap. 2. sub num. 8. & Barb. in d. Clem. causam eodem. §. quod si forsan. num. 28. de elect. in sexto. & possent ad hoc allegari Bulla Pij Quarti; & aliorum Summorum Pontificum, in quibus isti milites, & eorum loca, tanquam Ecclesiastica eximuntur à iurisdictione Episcoporum, & aliorum ordinariorum ecclesiasticorum, ac alijs quamplurimis priuilegijs à Sede Apostolica decorantur, quæ tanquam superflua in re tàm clara consultò omittuntur.

4 Nec quicquam huic conclusioni † obstat, quod Milites isti arma bellica tractent, quia hoc non est incompatibile, & contrarium religioni. sicut enim possunt institui, & sunt institutæ multæ religiones quæ se exercent in alijs operibus charitatis, tàm spiritualibus quàm corporalibus, ita potest & potuit institui religio, quæ armis bellicis tueatur ecclesiam, & vniuersam Rempublicam Christianam, ab incursionibus, & oppressionibus infidelium, & hæreticorum, & ex particulari instituto sit prompta ad effundendū sanguinē pro defensione & propagatione Catholicæ fidei. cap. noli existimare. cap. apud veros. & per totam 23. quæst. 1. Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 188. artic. 3. Nauarr. consil. 23. sub num. 2. vers. 3. facit, &c. de regular. & in tract. de redd. eccles. ad fin. & latè etiam prosequitur idem Vasq. contr. illustr. eodem lib. 3. cap. 105. num. 46. & 47. vbi inter cætera adhuc etiam allegat illud dictum Sancti

5 Ambrosij, quod † fortitudo quæ Patriam tuetur. à barbaris, plena est iustitiæ & in terminis de istis militibùs Hierosolymitanis, tàm templarijs, quàm hospitalarijs, quod licitè possint arma tractare, & quod nihilominus sint verè religiosi, trad. glos. in fin. in c. duo sunt genera. 12. quæst. 1. & Calder. cons. 7. sub num. 2. vers. ad prædicta benè facit. &c. de for. compet. Sed loco omnium satis est dixisse, quod hoc expresè præcipitur in stabilimentis huius religionis. tit. de regul. cap. 2. & tit. de recept. fratr. cap. 1. & quod ista stabilimenta sunt à Sede Apostolica approbata, & pluries confirmata, & quod propterea stante approbatione Sedis Apostolicæ non possit à quoquam dubitari, quod in istis religiosis militia non sit aliquo modo contraria religioni, & illius instituris.

Quibus sic stantibus non obstant ea quæ in conrrarium circa hoc allegantur, & primo

6 quod isti Milites non sint clerici, † quia ex hoc non infertur, quod non sint religiosi & personæ regulares, cum non sit de essentia regulæ quod quis sit clericus, vt per D. Thom. 2. 2. quæst. 189. artic. 8. ad 2. pro essentia enim regulæ, sufficit quod isti milites emittant tria vota, castitatis, obedientiæ, & paupertatis, vt supra dictum est.

7 Secundo. Hinc tollitur obiectus, † quod clerici non possint esse in bello. cap. reprehensibile. 23. quæst. 8. cum alijs in contrarium citatis. quia omissis his quæ circa hoc dici possent, quando agitur de defensione ecclesiæ & religionis. de quo per glos. in cap. quicunque ead. causa. 23. quæst. 8. & per Franc. de Arias in tract. de bell. num. 6. num. 152. &

8 num. 151. † satis pro nunc sit dicere, quod hic non disputarur de clericis, sed de regularibus qui arma bellica non deposuerunt. immo in melius, ex particulari instituto suæ religionis illa induunt ad defensionem & propagationem fidei catholicæ. & propterea ex hoc instituto bellandi contra infideles & hæreticos, non potest inferri quod ipsi non sint regulares, & personæ ecclesiasticæ. per supradicta. sicut nec etiam posset ex hoc inferri, quod quis non sit clericus, vt infra dicam. Immo quod etiam istis Militibus sit à sua religione permissum in quibusdam casibus, & præuia licentia suorum superiorum, se immiscere in prælijs Christianorum, traditur in eorum stabilimentis, vt sæpè dixi, à Sede Apo-

stolica confirmatis. tit. de prohibitionibus & pœnis. cap. 24.

9 Vnde † non obstant cons. Feder. de Sen. 145. & Calder. d. cons. 7. de for. competen. cuius pars legitur repetita in cons. 4. de regular. quos etiam refert Abb. in cap. 2. sub numero 11. & Butr. sub num. 6. de for. compet. quia, vt patet ex eorum lectura, loquuntur de illis hospitalarijs, seu fratribus gaudentibus, qui non emittunt supradicta tria vota substantialia in aliqua religione à Sede Apostolica approbata, sed tantum habent specialem quendam modum viuendi. Et propterea ibi omnes non obscurè comprobant supradictam conclusionem quatenus sentiunt quod si emitterent supradicta tria vota in religione approbata, essent verè religiosi, & personæ ecclesiasticæ, & gauderent priuilegio fori. prout etiam expressis verbis dicit Calder. d. cons. 7. de for. compet. loquendo de Templarijs & Hospitalarijs Hierosolymitanis, qui professionem emittunt. vbi declarando etiam glos. in cap. duo sunt genera. 12. quæst. 1. dicit quod deuoti, de quibus in illo textu, debent intelligi de illis deuotis, qui professionem emittunt in religione à Sede Apostolica approbata, vt sunt Templarij & Hospitalarij.

Et in his etiam terminis loquuntur glos. & Doct. in Clement. 1. de relig. domib. & in Clem. cum ex eo. de sent. excommunicat. & Bart. in l. semper. §. fin. ff. de iur. immun. & alij in contrarium citati. qui semper considerant an sit vel non sit facta emissio istorum votorum in religione approbata.

Ex quibus etiam patet responsio ad d. cap. duo sunt genera. ex aduerso citatum. quia vt dixi, in illo comprehenduntur etiam deuoti, hoc est regulares professi, qui etiam ex permissione ecclesiæ arma mouere possunt, vt declarat ibi glos. 1. & Calder. d. cons. 7. de for. compet.

10 Et ex † his omnibus intrepidè constituendam esse existimo supradictam conclusionem, quod isti milites Hierosolymitani sunt verè religiosi, & personæ ecclesiasticæ, & quod propterea non possunt à Iudicibus secularibus iudicari & puniri, iuxta dispositionem cap. 2. vbi in indiuiduo Felin. sub num. 8. de foro competen. cum alijs supra in princip. citatis. & nullus, saltim ex scriptoribus catholicis, & approbatis, in hoc contrarium dicit.

Constituta igitur ista regula videndũ superest, an aliqua ratione limitari debeat in Duce exercitus, & in delictis in exercitu commissis.

11 qua etiã in re præmittendũ est, † quod summi Duces exercitus, licèt in modo procedendi non teneantur seruare ritus, & telam iudiciorum quæ seruantur in pacatis ciuitatibus & prouincijs, tamen non habent maiorem iurisdictionem in exercitu quam habeant supremi Principes in eorum territorijs, immo potius minorem, & illis regulariter assimilari solent, vt per Cepoll. in tract. de Imperat. milit. eligen. cap. pro Imperatore. num. 9. Paris de Put. in tract. de re milit. cap. an comes. num. 4. & seq. Et ideo si Serenissimus N. in suo regno non habet iurisdictionem super istis Militibus, & alijs religiosis, ita multo minus illam habere potest supremus Dux sui exercitus, per supradicta. Et quia non potest plus iuris esse translatum in d. supremum Ducem, quam in Serenissimo N. qui illum constituit. regula nemo plus iuris. de regul. iur. in 6. l. nemo. ff. eod. tit. & vtrobique scriben. Neque in hue reperitur ipsum exercitum habere aliquod speciale priuilegium, cum etiam in iudicijs Militaribus seruanda sint iura & leges, vt traditur per Parid. de Put. in d. tract. de re milit. cap. 2. & præsertim sint seruandi sacri canones, & decreta Summorum Pontificum, in quibus Spiritum sanctum loqui credimus, vt dixit text. in cap. si ille. 50. dist. & c. 1. 25. quæst. 2. quæ etiam leges imitari non dedignantur. c. clerici. de iudic. Cuius rei occurrit militare & opportunum exemplum Regis Saul, qui cum crederet se necessitate belli compulsum, non potuisse expectare aduentum Samuelis Summi sacerdotis, spreto illius præcepto obtulit holocaustum Domino, vnde fuit à Domino reprobatus, vt legitur in 1. libro Regum c. 13. quo exemplo, & alio quod de eodem Saul habetur eodem lib. 1. Regum c. 15. ac alijs quamplurimis, docemur, etiam in bello iura ecclesiastica, & Constitutiones Summorum Pontificum impune sperni non posse.

12 Primo ergo † pro limitatione huius regulæ in contrarium adducitur exemplum clericorum, qui quando arma gestant, & immiscent se prælijs, amittunt eorum priuilegium. cap. perpendimus. & ibi communiter scriben. de senten. excomm. cum alijs in contrarium citatis, sed dupliciter respondetur.

Primo. Quod hoc exemplum non applicatur istis militibus, cum non solum diuersa, sed etiam contraria ratio militet in istis quàm in illis. alij enim clerici, & religiosi, militando in habitu seculari rem prohibitam faciunt, & in pœnam huiusmodi transgressionis suis priuilegijs priuantur, vt expressè legitur in c. cum non ab homine. in fin. & c. in audientia. & cap. contingit. il secondo. de sentent. excomm. Ista ergo ratio non procedit in militibus Hierosolymitanis, quia gestando arma,

ma, & dimicando contra infideles, quorum appellatione veniunt hæretici, vt per Io. Lupi in tract. de bell. §. habeat. num. 5. & Franc. de Arias eod. tract. num. 101. non dicuntur facere rem illicitam, immo potius faciunt rem permissam ab eorum regula, & consequenter non merentur pœnam sicuti alij religiosi. l. Graccus. C. de adult. cũ vulgar. maximè cum isti milites in bello non dimittant eorum habitum sicut dimittunt clerici, & alij religiosi, quod multum consideratur à Doctor. in contrarium citatis. semper enim portant Crucem albam, qui est proprius illorum habitus.

13 Secundo respondetur, † quod licèt clerici, & alij religiosi, arma bellica tractantes contra suarum religionum instituta, & secularibus negocijs se immiscentes, cadant à priuilegio personali canonis, si quis suadente diabolo, tamen non propterea cadunt à priuilegio fori, nisi præuia trina monitione desistant. cap. contingit. il secondo. & ibi Card. propè finem. & Abb. de senten. excomm. & traditur etiam in cap. in audientia. in fin. & in cap. cum non ab homine. in 2. responso. eodem tit. & notant omnes in cap. perpendimus. vbi Card. in 6. opposit. eod. tit. Alexan. conf. 8. num. 10. lib. 1. Sozz. conf. 12. num. 19. libro 1.

14 Facilius † enim amittitur priuilegium d. Canonis, quàm priuilegium fori. Abb. in cap. 1. num. 6. de apost. Card. in d. cap. perpendimus. in 7. & 8. opposit. Sozz. dicto conf. 12. num. 19. lib. 1. Maxime si adhuc aliquod retineant signum sui clericatus vel religionis, vt isti milites retinent semper suam Crucem albam, vt dixi, iuxta declarationem quam facit Card. in d. cap. contingit. il secondo. prope fin. de senten. excomm. Vnde multo minus debent isti Milites cadere ab hoc priuilegio fori, cum nec militando in hoc exercitu contraueniant eorum regulæ, nec aliqua vnquam monitione fuerint ab ista militia euocati, per supradicta.

Et ex his colligitur responsio ad Fabr. lib. 3. tit. 12. defin. 14. ad Papon. lib. 1. tit. Cases qui il sont. art. 6. ad Suar. com. opin. vers. clericus. ad Guid. pap. quæst. 138. ad Io. Imberg. lib. 4. instit. forens. ad Clar. in prax. crimin. q. 75. num. 6. ad Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 9. num. 87. Barb. conf. 11. vers. præterea facit, &c. lib. 1. & Gig. de pens. quæst. 55. num. 2. ex aduerso citatos. Quia (præterquam quod nonnulli ex eis loquuntur contra communes theoricas doctorum, & arguunt à quibusdam casibus specialibus, extendendo illos ad alios casus, quod non licet, in quo tamen vlterius non insisto, quia non est opus) loquuntur omnes in clerico, vel alio religioso, qui dimisso habitu clericali vel regulari, exercet militiam prohibitam, & incompatibilem cum suo Ordine, & professione, prout etiam hoc bene declarat Abb. in c. fin. de cleric. coniug. Et nihilominus quatenus supradicti allegant Doct. in cap. fin. de cleric. non resid. & in cap. de cler. coniug. animaduertendum est, quod Docto. ibi dum dicunt, quod clerici militan-

15 tes amittunt † priuilegia clericalia, debent intelligi de alijs priuilegijs competentibus ratione personæ, non de priuilegio fori. per ea quæ supra dixi, & infra repetam quando tractabimus de renunciatione, prout etiam aperte declarat idem Abb. in d. cap. cum non ab homine. sub num. 6. de senten. excommunic. vbi loquendo de clericis qui fiunt stipendiarij, & armigeri Principum secularium, dicit quod perdunt priuilegia personalia, quo verò ad priuilegium fori se remittit ad dicta per eum in cap. perpendimus. vbi apertis verbis dixit, priuilegium fori non amitti, nisi præuia trina monitione, iuxta dispositionem d. cap. cum non ab homine. & cap. in audientia. & cap. cum contingat. il secondo. de sent. excomm. Hæc igitur non applicantur nostris militibus Hierosolymitanis, quia immiscendo se in huiusmodi bello iustissimo, contra hæreticos, aut alias de licentia suorum superiorum, non faciunt actum illicitum, nec incompatibilem cum eorum Ordine, & cum eorum professione, & ideo neque istam, neque aliam pœnam merentur.

Secundo itaque, pro limitatione ad supradictam regulam ex aduerso adducitur tacita renunciatio, quæ colligitur ex receptione stipendij militaris in hoc exercitu, ad trad. per Gig. quæst. 55. de pens. cum alijs citatis. cui limitationi duplici etiam modo respondetur.

16 Primo. Quod † ex huiusmodi receptione stipendij renunciatio ista induci non potest, quandoquidem ex actis positiuis non induci-

17 tur renunciatio, nisi † quatenus ex illis necessario infertur. Felin. in cap. cum accessissent. num. 29. & ibi Dec. sub num. 17. vers. quinto intelligitur. de constit. Alexand. conf. 33. colum. 3. in princ. vers. quinimmo, &c. lib. 5. Dec. conf. 402. num. 6. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 132. & §. 36. glos. 2. num. 50. sicut per similes actus positiuos non inducitur nouatio, nisi sint omnino incompatibiles cum præcedentibus. Bald. in l. fin. sub num. 1. de nouat. Dec. conf. 400. sub numero 9. vers. & his stan. &c. & conf. 444. num. 4. & seq. Aym. conf. 167. num. 5. Gabriel conf. 170. num. 5. lib. 2. Receptio autem stipendij in hoc exercitu istis Militibus, (quicquid sit de alijs clericis & religiosis) non

est

est incompatibilis cum illorum professione, nec pernecesse ex illo infertur, quod voluerint renunciare eorum priuilegijs. tantum enim ista receptio inducit locationem, & conductionem operarum. & possunt simul stare, quod quis locet operas suas alicui, & tamen non intendat se subijcere illius iurisdictioni, & renunciare proprijs priuilegijs, vt est tex. expressus in cap. cum contingat. & ibi communiter scribentes. de for. competen. ex quo videmus quotidie, quod sacerdotes & clerici qui in aulis Principum laicorum inseruiũt pro Cappellanis, vel in alijs similibus honestis officijs, non tamen propterea dicuntur renunciasse priuilegio fori, vel esse effecti de foro laicali, & subiecti iurisdictioni Dominorum & Principum quibus seruiunt.

18 Secundo. Huic limitationi † respondetur, quod non potest censeri tacitè renunciatum huic priuilegio, cui nec etiam expressè renunciari potest. cap. significasti. de for. compet. & ibi communiter omn. nec etiam quo ad hoc aliquid operatur iuramentum, vt in cap. si diligenti. & ibi omn. eodem tit. de for. compet. & ita ab expressa prohibitione renunciandi ad tacitam arguit Abb. in alleg. cap. perpendimus. num. 10. de senten. excomm. Huiusmodi enim priuilegijs fori concessis ratione ordinis quis non potest renunciare in præiudicium sui superioris, vt in d. cap. significasti. & per Abb. in loco prox. citato.

19 Immo hæc prætensa limitatio † propter receptionem stipendij, potest facile retorqueri in contrarium, nempe quia N. vel supremus sui exercitus Dux, quando conducunt istos milites Hierosolymitanos ad sua stipendia, & illos admittunt in suo exercitu, censentur illos conducere, & admittere cum suis qualitatibus, sicut quando quis conducit Cappellanos, & alios Clericos ad sua seruitia, iuxta dispositionem d. cap. cum contingat. de for. compet. ita arguit Bald. & alij in l. contra. §. si filius famil. cum legib. seqq. de pact. cum alijs cumulatis per Tiraquell. de retract. conuent. in fin. nu. 2. & plurib. seqq. Sicut quando quis emit scienter rem emphiteuticam, vel subiectam fideicommisso, non potest propterea agere de euictione, quia censetur illam emisse cum illa sua qualitate. Alexand. cons. 21. num. 6. lib. 5. Roland. cons. 51. libro 4. Tiraquel. de retrac. lignag. §. 1. glos. 9. num. 34. & in fine num. 97. Et ideo cum Serenissimus N. & Dux illius exercitus, sciant hos Milites Hierosolymitanos esse subiectos iurisdictioni ecclesiæ, censentur illos admittere, & recipere ad illorum stipendia, cum ead. qualitate, per supradicta.

20. Nec dicatur, quod † per concessionem licentiæ militandi sub Serenissimo N. Magnus Magister censeatur etiam concessisse licentiam subijciendi se etiam illius iurisdictioni, quia quicquid sit de veritate huius licentiæ, respondetur, quod etiam si expressè Magnus Magister licentiam subijciendi se iurisdictioni dicti Serenissimi N. concessisset, nihilominus nihil suffragaretur, quia non potest ipse huiusmodi licentiam concedere, nec milites illa vti, propter incapacitatem Iudicis secularis, d. cap. significasti. & ibi glos. vlt. circa med. vers. sed nunquid potest, &c. vbi Abb. nu. 25. & Sozz. sub num. 42. in fin. & cæteri omn. communiter de for. competen. Et propterea multo minus potest hoc interpretari ex sola licentia militandi, cum qualibet dispositio interpretetur secundum potestatem disponentis, Dec. & alij in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. num. 50. de constit. Maximè cum hoc, vt dicebam per necesse non infertur, quia potius hæc licentia respicit facultatem locandi, vel præstandi operas suas in illa militia, vt in exemplo quod supra dixi de Cappellanis, & alijs clericis, qui inseruiunt in aulis Principum laicorum, quæ quidem operæ præstari possunt absque eo quod ipsi se subijciant eorum iurisdictioni contentiosæ, cuius laici sunt incapaces, vt dixi, & vt etiam modo repetam respondendo ad prætensam consuetudinem.

21 Nec† faciunt exempla de Rege Galliæ, quia Rex ille prætendit habere hoc priuilegium speciale à Sede Apostolica, vt post alios dicit Decian. in tract. criminal. lib. 4. cap. 9. numero 66. Sed Rip. in cap. 2. num. 73. de iudic. dicit, hoc prætensum priuilegium esse limitatum ad tres tantum casus, vt ibi per eum. licèt Boer. qui verisimiliter debuisset esse de hoc prætenso priuilegio informatus, dicat in decis. 77. num. 3. quod iudices Regij, qui in vno ex dd. tribus casibus manum apponebant, erant excommunicati. Sed quicquid sit de veritate huius priuilegij Regis Galliæ non potest propterea ex eo aliquid inferri ad alios Principes, qui huiusmodi priuilegia non habent. l. quod vero. ff. de legib. cum concord.

Tertio. Itaque pro limitatione ad supradictam regulam exaduerso allegatur consuetudo, quæ licet non probetur, vt ex infra dicen-

22 dis apparebit, tamen † etiam si probaretur non releuaret, etiam si esset immemorabilis cũ sit contra Canones, & contra ecclesiasticam libertatem, vt est tex. in cap. ad audientiam. de consuetud. & in cap. clerici. & ibi glos. in verb. consuetudine. & Abb. in vlt. not. de iudic. Rot. decis. 10. de consuetud. in antiq. Rip. in cap. 2. num. 15. de iudic. Decian. in

B tract.

tract. crimin. par. 4. cap. 9. num. 14. Gabr. de præscr. conclus. 1. num. 17. Et ratio est, quia in his quorum laici sunt incapaces, etiã immemorabilis non sufficit. Abb. in capit. 4. in 1. notab. de consuet. & in cap. causam pariter. in primo not. vbi etiam Felin. num. 2. de præscrip. Card. Zaba. cons. 57. proposita quæstio. Balb. de præscrip. in 1. par. quintæ par. quæst. 7. num. 14. quibus in locis habetur, quod nec etiam scientia, & tolerantia Papæ in hoc suffragetur, vt per Abb. in dict. cap. clerici. in vlt. notab. de iudic. Decian. d. cap. 9. num. 16. Rocc. de consuetud. sect.
23 quarta. num. 33. † Et in hoc non æquiparantur priuilegium & præscriptio immemorabilis, quia priuilegium Apostolicum potest incapacem reddere capacem, quod præscriptio facere non potest. Abb. in d. cap. causam. in primo notab. de præscrip. & in cap. nouit. numero 22. de iudic. & alij proxime citati. Sed in casu nostro, non solum non probatur ista immemorabilis, sed nec etiam quadragenaria, quæ etiam data capacitate laicorum, & quod versamur in iurisdictione inducta de iure positiuo, & præscriptibili; esset necessaria cũ titulo propter resistentiam iuris cõmunis, iuxta dispositionem cap. fin. & ibi Abb. & omn. de consuetud. & cap. 1. vbi pariter glos. magna, & cæteri scribentes. de præscript. in 6. Propter huiusmodi enim resistentiã iuris cõmunis, consuetudo ista diceretur irrationabilis, etiamsi alias Iudices laici essent huius iurisdictionis capaces, prout non sunt, vt patet ex supradictis. & propterea non esset attendenda, cum potius corruptela dici mereretur quam consuetudo. d. cap. fin. de consuetud. cap. mali. cum plur. seqq. distinct. 8. Vltra quod impossibile est, quod in hac materia aliqua inducatur consuetudo quæ releuet, cum quolibet anno interrumpatur per lectionem Bullæ in Cœna Domini. Felin. in cap. cum non liceat. colum. penult. in quinta consideratione. de præscr. Pauin. de offic. & potest. Capit. Sed. Vacan. in fine. vers. delinquentes autem, &c.

24 Non obstat denique, quod † violatio iuramenti tribuat iurisdictionem ei, qui alias illam non haberet. iuxta cons. Feder. de Sen. 93. cum alijs citatis per Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 82. Tum quia ista conclusio non procedit ita simpliciter, vt per D. in contrarium scribentem adducitur. non enim citati Doctores dicunt simpliciter, & indistinctè, quod iuramentum huiusmodi iurisdictionem tribuat, sed loquuntur de delicto commisso in ipsomet iureiurando coram Iudice, vt quando quis iurat falsum in aliquo iudicio. tunc enim quia offenduntur aures illius Iudicis, ipse potest de hac sua offensione cognoscere. iuxta glos. in l. nullum. C. de testib. & ibi scriben. hic autem in iuramento militari nulla inest falsitas, nullumue delictum, sed delictum postea prouenit ex alio actu subsequenti. & sic sumus in terminis omnino diuersis ab illis. Tum quia supradicta conclusio procedit data capacitate Iudicis, vtputa si clericus exemptus iuraret falsum coram Episcopo, vel coram alio Iudice ecclesiastico cessante autem capacitate Iudicis, dicta con-
25 clusio non procedit. † Et hac ratione, clericus qui falsum deposuit coram Iudice laico, non potest, neque ciuiliter neque criminaliter de hoc puniri coram illo, quicquid aliqui, & male in contrarium dixerint, vt per Salic. in d. l. nullum. num. 4. C. de testib. Abb. & cæteri omn. in cap. verum. num. 20. vbi Felin. sub num. 5. testatur de communi. & ibi etiam addent. de iudic. & in hoc etiam residet Decian. in loco supra citato, dum se refert ad Canonistas in d. cap. verum. & in specie ad Felin. Et in hoc standum est potius Canonistis, quam Legistis, licet etiam legistæ hoc idem teneant, vt in hac materia de iurisdictione ecclesiastica dicit Guid. pap. dicta decis. 77. num. 3. & traditur per omn. in capit. primo de nou. oper. nunciat. & in cap. fin. de præscrip.

26 Cæterum, quod in exercitu, & in † bello necesse sit quod delicta acriter, & sine personarum distinctione puniantur, ne militaris disciplina eneruetur, quod etiam multis ethnicorum exemplis ex aduerso comprobatur, nemo est qui id neget. Nec quisquam est qui existimet, quod isti milites, & aliæ personæ ecclesiasticæ impune delinquere possint, hoc tamen non potest tribuere iurisdictionem non habenti, nec propterea violare licet immunitatem ecclesiasticam, & ecclesiasticam iurisdictionem. hęc eadem necessitas puniendorum criminũ vrget in qualibet bene cõstituta Republica, nec propterea Christiani Imperatores, & alij Catholici Principes vnquam crediderunt, neque credunt necesse esse, quod ipsi spreta ecclesiastica iurisdictione, in clericos & religiosos animaduertant. Authent. statuimus. C. de Episc. & cler. cum concord. Residet in illis partibus Nuncius Apostolicus, qui de ecclesiasticis exemptis cognoscere potest. cap. primo de officio legati. capit. veniens. de verborum significatione in sexto. capit. si Abbatem. de electiõ. eodem libro. & si alia necessaria erunt remedia, non sunt à summa Sedis Apostolicæ prouidentia desperanda, quibus salua immu-

munitate ecclesiastica, & iurisdictionum distinctione, militaris disciplina farcta tecta seruetur.

Quare, &c.

Io. Baptista Spada Fisci, & Cameræ Apostolicæ Aduocatus.

ARGVMENTVM.

Donatio libera Castri & iurisdictionis, facta ab Imperatore ecclesiæ etiam inferiori, abdicat supremam iurisdictionem & altum dominium ab imperio, illudque transfert in Sedem Apostolicam. licet secus sit, quando huiusmodi donatio fuit facta laico.

SVMMARIVM.

Iurisdictio suprema, adeo inhæret ossibus Imperij, vt ab eo per donationem Castri factam laico auelli non possit, nec in laicum donatarium translata censeatur, num. 1. & num. 18. vbi assignatur ratio.

Aliud est esse in Regno, aliud esse de Regno, num. 2.

Regnum vel prouincia si alicui concedatur, non tamen censentur concessa castra, & loca in eodem regno existentia, quæ antea in alios fuerant alienata, vel exempta, num. 3.

Exceptio de iure tertij, potest à possessore opponi quando excludit intentionem agentis, num. 4.

Donato libere castro ab Imperatore Ecclesiæ, etiã inferiori, omnis superioritas censetur abdicata ab Imperio, & translata in Superiores Ecclesiasticos, & in ipsam Sedem Apostolicam. ad quos propterea deuoluuntur appellationes, & alia ad dictam superioritatem spectantia, n. 5.

Authores qui supradictam opinionem communem constituunt, num. 6.

Donationem inter factam ecclesiæ inferiori, & factam ecclesiæ Romanæ, non potest constitui probabilis differentia, num. 7.

Donatio facta ecclesiæ ab Imperatore, latissimè interpretanda est quo ad eius præiudicium, quia in ea, optima mensura est immensitas. numero 8. & num. 9.

Donatio facta ecclesiæ, etiam inferiori, censetur facta Deo pro salute animæ donantis, numero 9.

Bona donata ecclesiæ, etiam inferiori, dicuntur facta Sancta Sanctorum, num. 10.

Donatio facta ecclesiæ inferiori, censetur donata vniuersali ecclesiæ Romanæ, cui omnes ecclesiæ sunt subditæ, & membra, num. 11.

In donatione, considerãda solum est voluntas & potestas donantis, data capacitate donatarij, num. 12.

Ecclesia inferior, est capax donationis liberæ à Superioritate Imperatoris, num. 13.

Argumentum à simili, sufficit quod ponat similitudinem in eo de quo agitur, licet adsit aliqua dissimilitudo in reliquis, num. 14.

Donatæ rei dominium, acquiritur ecclesiæ inferiori donatariæ, sed superioritas acquiritur Sedi Apostolicæ, num. 15.

Bona donata, sequuntur conditionem eius cui donantur, num. 16.

Donatio etiam facta à priuato Ecclesiæ inferiori eximit rem donatam à iurisdictione principis secularis, num. 17.

Donatio quantumuis libera, facta laicis, ideo non abdicat superioritatem ab Imperatore donante ne remaneat acefalus, quæ ratio non militat in ecclesia inferiore, num. 18.

Iurisdictiones supremæ in terris duæ sunt, Pontificalis & Imperialis, num. 19.

Authoritates contrariæ confutantur, num. 20.

In ecclesiasticis nemo potest esse acephalus, cum saltim subijciatur ecclesiæ Romanæ, & Sedi Apostolicæ, num. 21.

Imperator potest, si vult, à se abdicare superioritatem, & supremam iurisdictionem, numero 22.

Io. And. in addit. ad Specul. confutatur, & declaratur, num. 23.

C. Romana. §. debet. de appell. in 6. declaratur, num. 24.

Mandell. cons. 62. num. 17. & cons. 64. num. 87. defenditur, num. 25.

Concessio facta ab Imperatore, ex quibus verbis cognoscatur fuisse donationem liberam, & non feudalem, num. 26. & num. 27. & 28.

Concessio facta ab Imperatore, vel alio supremo Principe, semper in dubio præsumitur potius donatio quam feudum, præsertim ad fauorem Ecclesiæ, num. 29.

Obseruantia subsecuta, demonstrat an concessio fuerit facta in liberam donationem, vel in feudum, num. 30.

Allegantur Doctores in indiuiduo loquentes de istis castris, num. 31.

Rationes adducta contra Ecclesiam confutantur, num. 32.

Regalia ex quibus verbis censeantur concessa ab Imperatore, num. 33. & 34.

Pax Constantiæ declaratur, num. 35.

Dictio, saluis, &c. nihil de nouo disponit, sed præseruat, num. 36.

Concessio facta de iuribus, quæ concedens habet in aliquo loco, habet in se tacitam conditionem, quæ-

quatenus ibi aliqua iura habeat, num. 37.
Confirmationes nihil de nouo tribuunt, sed tantum corroborant iam concessa, num. 38.
Actus facti tempore belli, non habentur in consideratione, num. 39.
Obseruantia interpretatiua, debet esse proxima actui de cuius interpretatione agitur, num. 40.
Obseruantia noui iuris inductiua in praeiudicium iuris alteri quaesiti, debet esse praescripta, numero 41.
Consuetudo vnius Prouinciae, non attenditur in alia, num. 42.
Consuetudines contra ius, sunt strictissime interpretandae, num. 43.

CONSILIVM CXCVIII.



Vm Dominus Princeps N. praetendat in ipsum fuisse translatam illam superioritatem, quam (vt ait) Imperatores sibi reseruarunt super istis Castris spectantibus ad Ecclesiam N. necesse est, quòd in primis & ante omnia, de hac translatione doceat, & probet, se in hac superioritate esse successorem Imperij. Bart. in l. non ignorat. C. qui auus non poss. latè Roland. consil. 64. num. 10. & plur. seqq. lib. 1. Menoch. de adipiscend. remed. 3. numero 163. & sequent.

Ideo non sufficit, quòd Domini ex aduerso scribētes, in secundo eorum praesupposito pro indubitato ponant, quòd Dominus Princeps in hoc principatu, habeat & exerceat iura Imperij, vigore inuestiturae Imperatoris. Quia licet indubitatum sit, illum esse Dominum huius principatus vigore dictae inuestiturae, tamen non propterea ex hoc sequitur, quod illa superioritas, quam (vt praetenditur) sibi reseruarunt Imperatores super istis Castris, fuerit vigore dictae inuestiturae in ipsum translata. quia si verum est, vt saepius commemorant Domini ex aduerso scribentes, quod ista superioritas adeo inhaereat ossibus Imperij, vt ab eo diuelli non possit, & quod per quamlibet concessionem, & inuestituram, non praesumitur quòd Imperator eam in alium transferre voluerit, quod † in laicis verissimum & receptissimum esse credimus, iuxta opinionem Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de iurisd. omn. iud. in verb. Pastoralis. prope finem, quae quo ad laicos est communiter recepta, vt testatur ipsemet Peregrin. ex aduerso citatus cons. 1. num. 9. & sequent. Si inquam hoc verum est, sequitur quòd per inuestituram dicti Imperatoris, non censetur translata huiusmodi Superioritas in D. Principem super istis Castris, siue id proueniat ex defectu potestatis, vt aliqui crediderunt, siue ex defectu voluntatis.

1

Maxime cum in hac inuestitura, nulla prorsus mentio fiat de istis Castris, iam ante quingentos annos liberè donatis Ecclesiae N. vt infra dicam. quia licèt essent intra fines d. principatus, non tamen erant amplius de principatu, cum iam alienata essent in Ecclesiam. Aliud † enim est esse in Regno, aliud esse de Regno, vt benè ad propositum nostrū per Hostien. in cap. nimis. in verb. ab eis. & ibidem Ioan. Andr. num. 3. & 4. de iureiur. cum alijs mox citandis. vbi † propterea dicunt, quod si Imperator alicui concedit prouinciam, in qua situm sit Castrum exemptum, & ab alio possessum, non censetur concessisse dictum Castrum, quod licet sit in prouincia, non tamen est de prouincia. maximè si etiam ille possessor Castri illud habuerit ab Imperatore. sequuntur ibidem Anchar. ad fin. Butr. sub num. 7. & plenius Abb. num. 2. & Felin. in cap. graue. sub num. 2. colum. 2. de offic. ordin. Roland. cons. 33. num. 28. lib. 3. Et ideo licèt authores D. Principis fuerint à dicto Imperatore inuestiti de Ciuitate N. & eius Comitatu, non tamen in hac inuestitura comprehenduntur Castra, de quibus agitur. & multo minus eorum praetensa superioritas. per supradicta.

2
3

Nec potest opponi, quod ista sit exceptio de iure tertij, hoc est de iure Imperij. † Quia etiam exceptio de iure tertij, potest à possessore opponi, quando funditus excludit intentionem agentis, quia per eam concluditur, agentem non habere actionem. Roman. cons. 347. num. 4. & 5. Aym. cons. 80. num. 17. ad finem. & benè declarat Thesaur. decis. 4. num. 1. Non enim excipit Ecclesia, quòd ista superioritas pertineat ad Imperatorem, immo id expressè negat, vt infra dicam; sed dicit, D. Principem, nulla ratione hanc Superioritatem praetendere posse, etiam si Imperatori competijsset.

4

Et licet haec sufficiant ad exclusionem huius praetensionis D. Principis; nihilominus, vt nulla etiam relinquatur occasio dubitandi de bono iure Ecclesiae N. & suorum superiorum ecclesiasticorum, addendum duxi, † quod in ea quaestione; An Imperator, vel Princeps liberè donando Ecclesiae inferiori, potuerit, vel voluerit abdicare à se omnem superioritatem, illamque in Superiores ecclesiasticos, & in Sedem Apostolicam transferre, magis communis, & recepta est opinio affirmatiua, & quod propterea appellationes deuoluantur ad superiores ecclesiasticos, & ad Sedem Apo-

5

Apostolicam, & ad illos, illamque spectent alij actus concernentes huiusmodi superioritatem, non ad Imperatorem, vt ex numero,
6 & ex † authoritate Doctorum infrascriptorum clarè colligitur. Hanc enim opinionem tenent omnes infrascripti, videlicet.

1 Glos. in cap. solitæ. in ver. suscipiunt. de maiorit. & obedient. & in cap. 2. in fin. de delictis puerorum.

2 Innocent. in dicto cap. solitæ. in ver. temporalibus. & in cap. verum. sub num. 2. de for. competen. ibi. Si autem Baroniæ non conceduntur in feudum, & infra ibi. Sed nos contra credimus, &c.

3 Specul. de appellat. sub rubr. ad quem sit appellandum. numero 22. versic. Illud dicitur, &c.

4 Archidiac. in cap. Romana. §. debet. de appell. in sexto. & in cap. si quæ. §. his ita. xj. quæst. 1.

5 Dinus relatus à Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de iurisd. omn. iud. num. 16. in vers. Pastoralis.

6 Oldrad. quem refert idem Io. And. ibidem, & cons. 83. sub num. 7.

7 Hostiens. in cap. nimis. in ver. ab eis. de iureiuran. & in Summ. in tit. de appellat. §. à quo, & ad quem. vers. sed pone, &c. & in d. cap. verum. ibi. Sin autem dictæ Baroniæ, &c. d. cap. solitæ. num. 4. & 5.

8 Io. Andr. in dicto cap. solitæ. in prima columna. in fin. dum exponit temporalia, idest feudalia. & melius in dicto cap. verum. ibi. Sin autem Baroniæ prædictæ, &c. vbi etiam dicit, quod cum dominium sit Ecclesiæ quæsitum, Sanctum Sanctorum est Domino. & in d. cap. nimis. dicit. Quòd si subsunt personæ, fortius & res. & loquitur de bonis donatis Ecclesiæ.

9 Henric. Boic. in dicto cap. verum. numero 2.

10 Collect. ibidem num. 3.

11 Io. Monac. in dicto cap. Romana. §. debet. num. 14. in verb. temporalem. de appellat. in 6.

12 Andr. de Isern. in cap. 1. num. 7. qualiter vassallus fidelit. iur. deb. & in constit. Regni lib. 1. tit. de offic. iustit. vers. de feudis.

13 Bart. in l. 1. §. item si quis. numero 4. de appell.

14 Ant. de Butr. ibidem. num. 24. vbi glosa determinat, quod appellandum est ad Archiepiscopum. & in d. cap. verum. num. 11. & in cap. 2. de delict. puer.

15 Bellamer. in dicto capitulo solitæ. numero 10. & in dicto cap. verum. num. 6. versic. tertio quæritur, &c.

16 Cardin. in d. cap. solitæ. sub num. 7. vers. quæro. circa 12. notab.

17 Imol. ibidem num. 15.

18 Abb. num. 3. & in cap. veniens. num. 4. de accusat.

19 Aretin. in d. cap. veniens.

20 Soccin. ibidem. & in d. cap. verum.

21 Barbat. in d. cap. verum. num. 69. & sequent.

22 Felin. in dicto cap. solitæ. & in cap. cæterum. num. 21. de iudic.

23 Anchar. in dicto capitulo Romana. numero 4. versic. 14. nota, &c. de appellat. in 6. & in dicto capitulo verum. num. 8. versiculo vero, &c. de foro competen. & in cap. 2. de delict. puer.

24 Turrecremata in cap. si quæ. §. his ita. 12. quæst. 1.

25 Gemin. ibidem. & in d. cap. Romana. §. debet. num. 3.

26 Franc. in d. §. debet. num. 2. ibi. sed cessante consuetudine, vel priuilegio, iuncto ibi. Si vero Episcopus habet iurisdictionem, &c.

27 Præpositus in rubric. de appell. num. 53. vers. sed quid de Clericis. & in cap. iuncta. 9. quæst. 3. & in d. capit. si quæ. §. his ita. 11. quæst. 1.

28 Guliel. de Benedic. in cap. Rainutius. in ver. & vxorem nomine Adelasiam. 2. decis. n. 24. de testam.

29 Io. de Vaccel. in breuiario Sexti. in d. cap. Romana. §. debet.

30 Afflict. decis. 361. num. 22. & ibi Vrsill. & in constit. Regni. lib. 1. in tit. de offic. Iustit. numero 3. versiculo tangit hic. Andr. de Isern.

31 Guidopap. decis. 436. num. 110. & in tract. de appell. num. 32.

32 Paris. cons. 26. num. 6. cum sequent. libro primo.

33 Marin. Frecc. de subfeud. libro 2. cap. 29. authoritas. sub num. 5. versic. secundo intellige. &c.

34 Alex. de Neuo in d. cap. verum. & in dicto cap. nimis. numero 8. vbi testatur de communi.

35 Bertrand. cons. 331. num. 4. vers. non autem puto. &c. lib. 2.

36 Mandell. Alba cons. 62. num. 19. & 29. & cons. 64. num. 47. vbi dicit magis communem.

37 Bursat. cons. 25. num. 9. lib. 1. vbi testatur de communi.

38 Couar. pract. quæst. cap. 4. nume. 2. vbi etiam de communi.

39 Mascard. de probation. conclus. 1052.

num. 13. vbi magis de communi.

40 Bredero d. de appell. par. 1. cap. 15. litera E. in ver. ab Episcopo. vers. si appelletur. in vers. illud autem.

41 Didacus Perez. in commentar. legum Hispan. lib. 3, tit. 1. l. 2. versic. ex quo infertur, &c.

42 Intrigliol. de feud. cent. 1. quæst. 43. numero 62.

Et non solum ista est magis communis opinio, vt constat ex numero, & ex authoritate supradictorum Doctorum, sed etiam est ve-
7 rior. quia † non videtur posse assignari solida ratio differentiæ, cur Imperator non possit, aut non velit abdicare à se istam supremam iurisdictionem, quando liberè donat Ecclesiæ inferiori, sicut quando donat Ecclesiæ Romanæ, prout etiam considerauit Mandell. Alb. dicto cons. 62. num. 15. & 16. & consil. 64. num. 83. & seq. Nam si consideremus personam donantis, vtraque donatio fit ab Im-
8 peratore, in † cuius præiudicium semper latissima fienda est interpretatio. l. fin. ff. de constit. Princip. Roland. cons. 85. num. 18, & seq. lib. 4. Cephal. cons. 369. num. 73. & seq. Et in his terminis ita dicebant Dyn. & Oldrad. relati per Io. Andr. in supradicta addit. ad Specul. de iurisd. omn. iud. in d. ver. pastoralis. Si vero consideremus causam fi-
9 nalem, vtraque † donatio censetur facta Deo, & eius Ecclesiæ pro salute animæ donantis, qua etiam ratione donatio debet latissime interpretari, vt per Dyn. & Oldrad. relatos per Io. Andr. in loco proxime citato. In his enim quæ hac de causa donantur Ecclesijs, optima mensura, est immensitas, vt dicit Imperator Iustinianus in §. finimus igitur. in authent. de non alien. quem refert Bart. in prohem. ff. sub numero 13. & Ioan. Andr. in addit. supra
10 citata. & † bona etiam donata inferiori Ecclesiæ dicuntur facta Sancta Sanctorum, vt dicit Innoc. in d. cap. vetum. vers. sed nos cõtra credimus, &c. quem ijsdem verbis sequitur ibidem Io. Andr. num. 3. de for. compet. & Afflict. in alleg. decis. 361. nume. 22. Oldrad. d. cons. 83. sub numero 4. & benè hoc etiam probat Mandell. d. cons. 62. nume. 15. & 16. vbi etiam subdit, quod ea, quæ donan-
11 tur † Ecclesijs inferioribus, censentur in effectu donata vniuersali Ecclesiæ Romanæ, quia omnes Ecclesiæ sunt illi subditæ, & eius membra. cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. quod etiam repetit in cons. 64. num. 83. 84. & 85. & sequen. vbi etiam dicit, quod bona singularum Ecclesiarum, censentur bona vniuersalis Ecclesiæ, vt dicit quoque Campeg. inter cons. Brun. cons. 2. num. 29. & seq. & quod omnes Ecclesiæ inferiores dicantur filiæ Ecclesiæ Romanæ tradit Prob. ad Monac. in cap. vbi periculum. num. 13. de elect. in 6. Cum ergo in bonis, quæ liberè donantur Ecclesiæ inferiori, militet eadem ratio, quæ militat in bonis donatis Ecclesiæ Romanæ, debet quoque in eis militare eadem dispositio, scilicet, vt nulla superioritas super eis reseruata censeatur donanti. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Alexand. cons. 5. ad finem lib. 5. Aym. cons. 118 num. 15.

Nec videtur considerabilis ad hunc effectum differentia adducta per Dominos ex aduerso scribentes, & per alios inter Ecclesiam Romanam, & Ecclesias inferiores, videlicet, quòd non deceat Ecclesiam Romanam omnium supremam, alterius superioritatem recognoscere, quæ indecentia in Ecclesijs inferioribus non militat. respondetur enim, in
12 hac † quæstione non esse considerandam qualitatem donatarij, dummodo non sit incapax, sed esse considerandam potestatem, & voluntatem donantis, cum in quolibet actu potestas, & voluntas agentis sufficiant ad illum perficiendum, cap. cum super. de offic. deleg. Abb. in cap. si sacerdos. num. 14. in fin. de offic. ordin. l. omne verbum. & ibi Bald. numero 8. C. commun. de legat. Ideo ista differentia quærenda est in potestate, aut voluntate Imperatoris donantis, non in qualitate Ec-
13 clesiæ donatariæ. † quia si Ecclesia inferior est ita capax huius donationis liberæ à superioritate Imperatoris sicut Ecclesia Romana, nihil refert, quod ista libertas magis deceat vni, quàm alteri, cum plus & minus non faciat dif-
14 ferre speciẽ. & in † hoc argumento à simili sufficit, quod adsit similitudo in eo de quo agitur; licèt adsit aliqua dissimilitudo in reliquis. Abb. in cap. constitutus. in tertio not. de appell. & in cap. translato. num. 3. & ibi omnes. de constit. Dec. cons. 329. sub num. 4. Ideo cum Ecclesia inferior sit capax, vt dicebam, huius liberæ donationis, sicut Romana, debet per Dominos ex aduerso scribentes assignari congrua ratio differentiæ, in potestate, vel voluntate Imperatoris, cur magis potuerit, vel voluerit à se abdicare superioritatem, quando fecit donationem Ecclesiæ Romanæ, quam quando libere donauit Ecclesiæ inferiori. cum in vtraque militet eadem ratio, vt supra dictum est, & in vtraque cesset ratio, quæ militat in donatione facta laicis, vt infra dicam. quandoquidem si dictam superioritatem sibi reseruare voluisset, id facile facere potuisset, vel illam sibi expresse reseruando, vel in feudum concedendo. quod cum non fecerit, credendum est illam sibi reseruare

no-

noluisse. ad l. quicquid astringendæ. ff. de verborum obligation. Et ideo in dubio in ipsius præiudicium interpretatio fienda est, vt supra dixi.

Et ex his patet responsio ad ea, quæ in contrarium dicit Peregrin. in alleg. cons. 1.
15 numero 27. & sequent. † quia licet dominium rei donatæ acquiratur Ecclesiæ inferiori, vt ipse dicit, non propterea sequitur, quod illorum superioritas non possit censeri abdicata ab Imperio, & acquisita eius superioribus ecclesiasticis, & Sedi Apostolicæ, quibus ipsa Ecclesia donataria subest, vt sic bona donata sequantur conditionem Ecclesiæ donatariæ, vt modo dicam. Nec propterea sequitur, quod ista donatio non sit facta Ecclesiæ Dei pro salute animæ donantis, sicut quando donatur Ecclesiæ Romanæ, & quod consequenter etiam illa donatio sit largissimè interpretanda, sicut ista.

16 Et supradicta comprobantur ex † eo, quod bona donata, vt modo dicebam, sequuntur conditionem eius cui donantur. l. 1. in fin. C. de impon. lucrat. describt. lib. 10. Et ideo bona donata locis religiosis, fiunt religiosa. l. quæ religiosis. ff. de rei vindicat. latè per Oldrad. d. cons. 83. numero 3. & 4. Hostien. in dicto capitulo nimis. in verb. ab eis. ibi. Et ex quo personæ subiectæ sunt, multo fortius & res, &c. & ibi Ioan. Andr. numero 4. & legitur, & notatur in cap. primo de immunitate eccles. in sexto. & in capitulo dilecti. de donation. Ideo bona quæ liberè donantur Ecclesiæ, etiam inferiori, debent sequi illius conditionem, vt omnino sint exempta à superioritate Imperatoris, & cuiuslibet alterius Principis secularis, & solum subsint superioribus ecclesiasticis, quibus solis sunt subiectæ ipsæ Ecclesiæ donatariæ. vt deciditur in dicto cap. 1. de immunitate eccles. in sexto. & notatur per omnes in capitulo Ecclesia sanctæ Mariæ. vbi Felin. numero 77. de constitut. l. sancimus. C. de sacrosanct. Eccles. authent. item nulla, &c. de Episcop. & Cleric. Purpurat. cons. 324. numero 2. Sicut quando donatur seruo, censetur donatum Domino, & quando donatur filio, censetur donatum Patri, saltim hodie quo ad vsumfructum. §. primo. & per tot. instit. per quas person. nobis acquir. cum concord.

17 Rursus hoc comprobatur, quia † si priuatus quando donat, vel legat, aut aliter transfert bona in Ecclesiam, etiam inferiorem, illa omnino exemit à iurisdictione Imperatoris, vel alterius Principis secularis. dict. capitulo primo de immunitate eccles. in 6. d. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & vtrobique Doctores. cap. in canonibus. 16. quæst. prima. cap. fin. de rebus eccles. non alienand. Purpurat. dicto cons. 324. numero 2. Multo magis dicendum est hoc idem facere posse, & velle Imperatorem, cum maiorem authoritatem habeat quàm priuatus, & maiora beneficia à Deo consequutus fuerit, vt dicit Iustin. in dicto §. finimus igitur. authent. de non alien.

Et denique ratio propter quam in donatione facta laicis, non censetur quod Imperator voluerit à se abdicare illam supremam
18 iurisdictionem, ne † scilicet ipsi remaneant acefali. ad tradita per Abb. in cap. cum non liceat. numero 16. & ibidem Felin. numero 10. & 11. de præscript. & per Balb. eodem tit. in 2. par. quintæ part. princip. quæst. 2. in princip. Ratio inquam ista non militat in donatione facta Ecclesijs, etiam inferioribus. Quia non propterea ipsæ remanent acefalæ, cum subsint suis superioribus ecclesiasticis, & Sedi Apostolicæ, vt dicit Felin. in d. cap. cum non liceat. numero 11. & Mandell. dicto cons. 62. numero 10. in fin. & numero 11. & 12. & numero 35. & 36. Duæ enim sunt su-
19 premæ † iurisdictiones in terris, scilicet Pontificalis, & Imperialis. cap. solitæ. de maior. & obedient. cap. duo. & capit. si Imperator. distinct. 96. Oldrad. dicto cons. 83. in princip. & ideo non est inconueniens, quòd ea quæ sunt sub suprema iurisdictione Imperij, transferantur ad supremam iurisdictionem Pontificis, quæ est maior, vt in puncto dicit Bald. cons. 345. sub numero 3. ibi. nisi transferatur. &c. lib. primo. & probatur in dicto cap. duo. & cap. si Imperator. distinct. 96. & in dicto cap. solitæ. de maiorit. & obedient. Et ideo, stante hac diuersitate rationis inter donatarios laicos & Ecclesias inferiores, non debet ex vno ad alium inferri. l. Papinianus exuli. ff. de minor. cum vulgar.

Non obstat ergo, quod aliqui tenuerint contrariam opinionem negatiuam, videlicet, quod per donationem factam Ecclesijs infe-
20 rioribus, Imperator non † potuerit, vel non voluerit à se abdicare supremam iurisdictionem. & quod propterea appellationes, & recursus, & alij similes actus pertinentes ad istam superioritatem, ad ipsum Imperatorem deuoluantur. quia, vt ex dinumeratione, & ponderatione Doctorum apparet, communis est in contrarium, à quà in iudicando recedere non debemus. præsertim cum optimis etiam rationibus fulciatur, vt patet ex supradictis, & ex traditis plenissimè per Mandell. in tribus Consilijs desuper editis 62. 63. & 64.

64. Et apparebit etiam melius ex responsionibus infra dicendis ad contraria.

Authores autem, qui pro hac opinione contraria per Dominos ex aduerso scribentes cumulantur, sunt isti, videlicet,

1 Ioan. Andr. in supradicta addit. ad Specul. de iurisdict. omnium iud. in verbo, pastoralis.

2 Angel. in l. prima. §. fin. ff. de off. eius.

3 Castr. cons. 125. col. 1. vers. breuiter dici potest, &c. lib. 2. & cons. 70. quia frustra, col. 4. sub num. 7. lib. 1.

4 Præpos. in cap. col. 6. vers. si autem fieret donatio de Capitan. qui Cur. vend.

5 Ias. cons. 123. lib. 1.

6 Nicol. de Vbald. in tract. de success. ab intest. par. 1. num. 107. & 108.

7 Boss. de crim læs. maiest. num. 100.

8 Franc. Marc. decis. 454. num. 8. & seq.

9 Ofasc. cons. 3. vbi numero 6. post diligentissimam perquisitionem factam pro suo Principe, supradictos tantum octo Doctores cumulauit.

10 Peregr. cons. 1. qui etiam addit.

11 Bartolũ in l. si quando. C. de appell. &

12 Baldum cons. 345. col. 2. lib. 1.

Adeo quod etiam si omnes isti Doctores pro hac opinione connumerari mererentur: essent tantummodo duodecim, quorum authoritas contra quadraginta, & vltra Doctores, qui pro parte nostra supra connumerati fuerunt, non esset habenda in consideratione. Roman. consil. 239. numero 2. versiculo quicquid dixit. Alexander consil. 12. in fin. lib. 3.

Sed veritas est, quòd nec etiam omnes isti duodecim merentur pro ista opinione allegari.

Nam primo, Bart. in l. si quando. C. de appell. loquitur de feudo, & de iurisdictione concessa in feudum, vt bene distinguendo, ipsemet se ipsum declarat in l. 1. §. si quis. ff. de appell. & magis semper attendi debet dictum Doctoris distinguentis, quàm indistinctè loquentis. Soccin. consil. 66. numero 28. lib. 1. Bero. cons. 100. num. 3. libro 1. & illa dictio alternatiua, vel, qua vtitur Bar. in dicta l. si quando. debet resolui in coniunctiuã, cum ad effectum iudicãdi, de quo ibi loquitur Bar. solũ feudũ non sufficiat, sed necessarium est quod habeat annexã iurisdictionẽ, & ideo statim subdit Bar. ista verba, videlicet. Et iudicat vigore illius iurisdictionis, &c. qñ autem duo sunt necessaria, alternatiua resoluitur in coniunctiuam, vt per Felin. in c. licet. sub. num. 40. vers. primo limita, &c. de probat. & sic loquitur ibi Bart. quando feudum est concessum cum iurisdictione; alias esset sibi contrarius, cum in dicta l. 1. §. si quis. in fin. ff. de appellat. expresse dixerit, quod quando iurisdictio non est concessa in feudum, non appellatur ad donantem. Et ideo Bart. non debet connumerari inter istos tenentes hanc opinionem negatiuam.

Similiter Bald. in allegat. consilio 345. ad euidentiam. libro primo, non loquitur de concessionibus factis Ecclesijs inferioribus, sed quatenus dicit, superioritatem non posse euelli de corpore Imperij, nisi transferatur in maius corpus, scilicet Romanæ Ecclesiæ, potius fauet intentioni nostræ. quia quando liberè donatur Ecclesiæ inferiori, superioritas non acquiritur illi Ecclesiæ inferiori, quia esset acefala, quod †in ecclesiasticis non datur. Host. in cap. nimis. in ver. ab eis. & ibi Ioan. Andr. num. 3. & 4. de iureiuran. Sed acquiritur Ecclesiæ Romanæ. cui ipsa Ecclesia donataria est subiecta, vt sic bona donata sequantur naturam, & conditionem donatarij, vt supra dixi per text. in l. quæ Religiosis. ff. de rei vendic. & per Oldrad. consil. 83. numero 3. & 4. Et ita etiam Bald. se ipsum declarat in cap. solitæ. in princip. de maior. & obedien. vbi hanc opinionem restringit ad feudum. Et ideo etiam Bald. ex hoc numero deleri debet.

21

Ofasc. vir alioquin summæ authoritatis, in hac tamen quæstione, in qua consuluit pro Principe suo in hac eadem causa contra eandem Ecclesiam, non plus debet haberi in consideratione, quam Excellentissimi Domini Aduocati, qui nunc in eadem causa scribunt. Et si huiusmodi authoritates essent connumerandæ, in constituenda communi opinione, possemus & nos addere nostris authoribus supra enumeratis Dominum Cardinalem Tuscum, & alios tres Cardinales, qui pro veritate consulti in alia simili causa pro nostra opinione scripserunt, quos refert idem Cardinalis Tuscus in suis conclusion. in litera C. conclus. 187. numero 12. & seq. & ipse quoque idem tractat in litera D. conclus. 689. Et ideo sicut nos huiusmodi authoritates in constituenda nostra opinione omittimus; ita debent æquo animo pati DD. ex aduerso scribentes, quod ex eorum numero amoueatur Ofasc. qui in hac causa pro suo principe ex professo consuluit.

Vnde supersunt nouem tantùm Authores, ex quibus aliqui videntur se fundare in defectu potestatis. nempè Ioan. Andr. in supradicta addit. & Castr. dicto consil. 70. par.
22 prima. In quo tamen communiter reprobantur, quia receptior opinio est, quòd Imperator

rator possit, si velit, à se dictam superioritatem abdicare. vt exempli gratia, si donasset Ecclesiæ inferiori, cum expressa declaratione, quod bona donata subijcerentur supremæ iurisdictioni Sedis Apostolicæ. Et quod hæc sit communis, & receptior opinio testatur Menoch. qui alios quamplurimos citat. consil. 2. numero 69. Ex quo apparet, quòd ista verè est quæstio voluntatis, non potestatis. & quòd illi qui mouentur ex defectu potestatis, mouentur erroneo fundamento. maximè ponderando, quod superioritas transfertur in Ecclesiam Romanam, licet res donetur inferiori Ecclesiæ, vt supra dixi.

Vltra quod Ioan. Andr. in præfata additione, mouetur friuola, ni fallor ratione. Dicit enim quòd dispositio textus in cap. Romana. de appell. in sexto. potius facit pro sua opinione, quàm contra, dum ibi Papa vult, quod per consuetudinem possit induci, quòd in causis bonorum temporalium Ecclesiæ, possit appellari ad Imperatorem. Ergo, vt ipse ait, Papa præsupponit superioritatem Imperatoris, quia alias talis consuetudo non valeret. cap. 2. de consuetud. in 6. Hæc igitur ratio non videtur subsistere, quia si Imperator sibi reseruasset superioritatem, vt ibi tenet Ioan. Andr. appellationes ad eum deuoluerentur ratione huius superioritatis sibi reseruatæ, nec indigeret ea consuetudine, de qua ibi Papa loquitur, sicut illa non indiget in feudalibus. Sunt ergo hæc diuersa, habere superioritatem iure proprio, vigore reseruationis, & illam habere ex consuetudine. quia quando habetur vigore reseruationis; competit statim ex tunc, scilicet à die donationis, & reseruationis; quando verò competit vigore consuetudinis, competit vt ex nunc; nempe post completam præscriptionem dictæ consuetudinis. Aut saltim si ista ratio Ioan. Andr. subsisteret, ista superioritas remaneret in ossibus Imperij habitu, & non actu, quia actio non competeret, nisi postquam habitu fuisset reducta ad actum, mediante huiusmodi consuetudine. Quod si verum esset, Ecclesiæ N. nihil obesset; quia in ea talis consuetudo non probatur. Sed veritas † est, quòd Papa in dicto §. debet, loquitur de consuetudine, per quam acquiritur ista iurisdictio de nouo, non solum donatori, sed etiam cuilibet alteri Principi, cui alias circumscripta consuetudine non competeret. quia per talem consuetudinem legitimè præscriptam, iurisdictio à quolibet, etiam non donatore, acquiri potest. cap. cum contingat. ad fin. & ibi Henric. Boic. sub numero 7. versic. aut secundo modo, &c. & ibi communi-

24

ter omnes. de foro competenti. Ias. in l. more. numero 43. ff. de iurisdict. omnium iud. Idem Ias. in l. imperium. sub numero 20. & Bald. in prima lectura num. 10. eodem titul. Balb. de præscr. in 2. par. quintæ par. princip. q. 3. num. 1. vbi de communi.

Sed, vt redeam vnde sum digressus, ex supradictis patet, opinionem istam negatiuam reduci ad quinque, vel sex authores, quorum paucitas non videtur habenda in consideratione. præsertim cum nulla vrgenti ratione moueantur contra tot, tantosque viros tenentes contrarium. maximè in lecturis, in quibus nulla cadit affectio clientis, & lucri, sicut in consulendo.

Nec obstat quod Domini ex aduerso scribentes, in tertio eorum fundamento, vbi disputant hanc materiam, dicant quòd Mandell. cons. 62. num. 17. & cons. 64. numero 87. videatur inclinare, quòd in dubio non
25 censeatur † Imperatorem voluisse abdicare à se istam superioritatem. quia vltra quod nos non versamur in dubio, vt ex infra dicendis apparebit, verè Mandell. ibi hoc non dicit; sed tantum declarat dictum Io. Andr. in supradicta addit. ad Specul. quod tamen dictum ipse non sequitur.

Rossentallus autem ex aduerso citatus capit. 5. conclus. 11. litera C. loquitur de concessionibus factis laicis, vt patet ex eius lectura, & ex Doctoribus per eum citatis, & præsertim, ex Roland. consil. 1. num. 134. & seq. lib. 2.

Quod autem ista magis communis, & verior opinio, applicetur casui nostro ad fauorem Ecclesiæ N. facile cognoscitur ex concessione N. Imperatoris, confirmata ab Imperatore N. omissis pro nunc alijs priuilegijs, & concessionibus anterioribus. In dicta enim concessione, in qua omnia ista castra enume-
26 rantur, Imperator N. vtitur his † formalibus verbis. Concedimus, donamus, confirmamus, & corroboramus, &c. Quæ quidem verba important liberam, & simplicem donationem. Oldrad. communiter receptus. cõsil. 159. numero 3. Clar. in §. feudum. quæst. 17. vbi de communi. plenissimè Menoch. cõsil. 1. num. 11. & consil. 2. num. 253. & cõsil. 191. num. 9. Ias. consil. 45. in princip. lib. 1. Cephal. cons. 369. num. 49. & seq. Roland. cons. 3. sub num. 73. & seq. libro 1. & cons. 50. num. 17. & plur. seq. & infra sub nu. 5. in septimo fundamento. lib. 3. Soccin. iun. cons. 76. num. 42. lib. 1. Gozzad. consil. 8. num. 16. & seq. Mandell. d. cons. 62. numero 18. & consil. 64. nu. 29. & 30. qui omnes loquuntur de verbo, Donamus, prout

prout etiam de verbo, Concedimus. Idem dicit Cephal. d. conf. 369. num. 51. & seq. & Roland. d. conf. 50. nu. 25. & Soccin. iun. dicto conf. 102. num. 12. lib, 2. Et de verbis confirmamus, & corroboramus. Idem dicit Gozzad. conf. 8. sub numero 19. verf. tertio pondero, &c.

27 Et paulo infra idem Imperator subdit† hæc formalia verba, de nostro, & Regni iure, &c. in prædictæ N. Ecclesiæ ius & dominium omnino transfundimus & delegamus, vt deinceps, & in posterum habeat, teneat, firmiterq. possideat iure proprietatis, omnium hominum contradictione remota, &c. In quibus verbis ponderanda imprimis sunt illa. De nostro, & Regni iure, in ius & dominium prædictæ Ecclesiæ omnino transfundimus, & delegamus. Hæc enim verba significant donationem liberam absque vlla reseruatione, vt in terminis de istis verbis respondit Gozzad. conf. 8. sub numero 17. verf. 2. quod non sit feudum, &c. & num. 18. & seq. Grat. conf. 9. numero 88. & seq. & post alios benè Menoch. dicto conf. 1. num. 19. libro 1. Addita præsertim illa dictione (omnino) quæ indistincte, & tot alem translationem importat. vt per Gozzad. d. conf. 8. sub numero 18. & per Grat. dicto conf. 9. numero 91. Menoch. d. conf. 1. num. 21. Et de similibus verbis idem Menoch. dicto consil. 191. num. 13. & Cephal d. conf. 369. num. 59. Et de verbo delegamus, quod omnimodam translationem significet, non autem feudalem cõcessionem, tradit idem Menoch. d. conf. 1. numero 22. & dicto conf. 191. num. 12. & Cephal. dicto consil. 369. num. 62. Et hæc omnia verba in alia donatione eiusdem N. Imperatoris, ponderauit etiam Mandell. dicto consilio 62. ante num. 6.

Deinde ponderanda sunt illa verba, Iure
28 proprietatis. Quæ verba significant iure directi dominij, & sunt posita ab differentiam iuris feudalis. Quia iure proprierario possidere ille dicitur, qui habet directum dominium, vt post alios tradit Grat. dict. conf. 9. n. 94. & plur. sequen. Socin. iun. dicto consilio 102. num. 13. in fine. & numero 14. libro secundo.

Sicut etiam, quod ista fuerit libera donatio, non feudum, comprobatur, non solum quia in dicta concessione nulla fuit facta mentio de feudo, nec de aliqua præstatione seruitij, neque vllum fuit præstitum iuramentum fidelitatis, vt post alios multos considerat Menoch. dicto consilio 1. numero 28. & 30. & consilio 191. numero 17. & 18. Grat. dicto consilio 9. numero 66. libro 1. Sed

29 etiam † quia concessio facta ab Imperatore, vel ab alio supremo Principe, semper in dubio præsumirur potius donatio, quàm feudum, vt liberalius interpretetur, præsertim ad fauorem Ecclesiæ. Roland. consilio 85. numero 18. & seq. libro 1. Grat. consil. 9. numero 70. & plenissimè Cephal. dicto consilio 369. numero 73. & sequen. & benè Intrigl. post Capic. cent. prima, quæst. 44. num. 62. vbi dicit, quod castra possessa ab Ecclesia censentur allodialia.

Et denique, si qua superesset difficultas, quod non credo, prorsus tollitur ex obseruantia subsequuta, quia non solum demonstra-
30 tur, istam † fuisse liberam donationem, sed etiam omnem superioritatem fuisse abdicatam ab Imperio, & translatam in Sedem Apostolicam, & alios superiores ecclesiasticos. & in hac materia multum huiusmodi obseruantia consideranda est, vt per Menoch. dicto consilio 191. sub numero 18. & 19. & consil. 276. numero 19. libro 3. Aym. consil. 1294. versic. 21. Constat enim, quod ab inde citra, semper ista castra fuerunt possessa tanquam libera ab Ecclesia; itaut recursus, & appellationes, quæ eorum occasione interponebantur, interponerentur ad superiores ecclesiasticos, & ad Sedem Apostolicam; & illius tantum superioritas recognosceretur non Imperij, vt per infinitos actus antiquos, & modernos demonstratur, & in dies plenius demonstrari poterit, si opus erit, vt be-
31 nè† etiam probatur ex traditis per Bald. consil. 9. factum tale est, &c. in narratiua illius thematis. libro 1. & consilio 95. mortuo Gregorio, &c. numero 2. & 3. libro 3. & per Parif. consil. 103. in princip. & per tot. lib. 4. qui in indiuiduo loquuntur de feudis huius Ecclesiæ N. de quibus eriam loquitur Ofasc. consilio 38. vbi in principio dicit, benè in causa fuisse in secunda instantia pronunciatum per delegatos Apostolicos, & sic probat, appellationem fuisse deuolutam ad Sedem Apostolicam. Immo Bald. in dicto consilio 95. in princip. versic. item fecerunt, &c. libro 3. refert quandam constitutionem synodalem factam in hac Ecclesia, in qua sub pœna caducitatis prohibentur feudatarij eiusdem Ecclesiæ facere submissionem Gubernatori laico dictæ ciuitatis.

Ex quibus quidem actibus, credo sufficienter etiam probari præscriptionem, si illa opus esset. sed quia credo illam non esse necessariam, hanc disputationem non aggredior.

His igitur sic firmatis, non obstant ea quæ adducuntur in contrarium. & primo, quod in supradictis concessionibus non appareat

quòd

quòd Imperatores expresſè à ſeſe abdicauerint ſuperioritatem Imperij, quia iſta expreſſa abdicatio non eſt neceſſaria, ſed ſatis eſt, quòd ſit facta libera donatio, etiam Eccleſiæ inferiori. quia tunc bona donata ſequuntur conditionem ipſius Eccleſiæ, & conſequenter tranſeunt ſub ſuprema iuriſdictione Sedis Apoſtolicæ, vt ſupra firmatum eſt ex magis communi, & veriori opinione.

Non obſtat ſecundum, quod ſcilicet Iaſ. & Dec. in l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. allegati per Cardinalem Tuſcum in litera D. concluſ. 689. ſub num. 15. in ſecundo caſu, &c. non probent, ius ſupremæ ſuperioritatis venire in libera donatione caſtri. quia quicquid ſit de hoc, ſatis eſt quòd hoc probetur ex tot alijs auctoritatibus ſupra enumeratis.

Neque obſtat, quòd non cenſeantur con-
33 ceſſa regalia, niſi † exprimantur. Tum quia ad effectum de quo agitur, ſufficeret fuiſſe conceſſam iuriſdictionem, quia cenſentur etiam tranſlata omnia ea quæ ad illam pertinent, vt per Roſental. de feud. libro 5. concluſ. 14. n. 2. iuncta concl. 13. ad iuriſdictionem autem pertinent recurſus, appellationes, & alia eiuſmodi, quæ ſuperioritatem concernunt. Et ideo Doctores, qui hinc inde in hac quæſtione citantur, non conſidetant, An ſint conceſſa, vel non conceſſa omnia regalia, ſed ſolum conſiderant, An fuerit facta libera donatio Caſtri. & tunc magis communiter concludunt, quod ſi donatio eſt facta Eccleſię inferiori, cenſetur abdicata ſuprema iuriſdictio ab Imperio, & tranſlata in ſuperiores eccleſiaſticos, vt ſupra dictum eſt. & ideo fruſtra quæritur de alijs regalibus.

Tum quia dicta concluſio non procedit quando ille cui fuit facta conceſſio, diu vſus fuit regalibus, vt per Roman. conſilio 271. numero 4. Cuman. conſilio 162. Claud. Saiſſel. in tit. qui feud. dar. poſſ. parte prima. limit. 3. Roſental. de feud. libro 5. concluſ. 14. num. 3.

Tum denique, quia in hac conceſſione N. Imperatoris, ſicut in alia Imperatoris N. multa exprimuntur regalia, nempe Curtes, cuius appellatione venit Tribunal, & iuriſdictio. Aretin. conſilio 15. Reuerendiſſime Pater. in princip. & numero 1. Et comprobatur ex eo, quod in priuilegio eiuſdem N. Imperatoris expreſsè dicitur, quod iſti ſubditi non poſſint conueniri, niſi coram Epiſcopo N. aut coram ſuis miſſis, & quod talem legem ibi faciant, qualem antea coram Imperatore, aut coram Comitibus Palatinis facere ſolebant. Item exprimuntur Ripatica, Telonia, Portus, & alia eiuſmodi. Et in conceſſione N. Imperatoris conceduntur expreſsè bona vacantia. quæ omnia ſunt de regalibus, vt in cap 1. quæ ſint regal. Vnde cum poſtea ſubdantur illa verba generalia. Cum omnibus, quæ dici, vel nominati
34 poſſunt, &c. Cenſentur conceſſa etiam cætera omnia regalia. Roman. dicto conſ. 271. numero 2. & ſequen. Claud. Saiſſel. in tit. qui feud. dar. poſſ. parte prima. in ſecunda limitat. folio 109. Roſent. de feud. libro 5. dicta concluſ. 14. numero 4. Quæ ſummatim tetigiſſe ſufficiat. quia pro reſponſione ad hunc ſecundum obiectum, ſufficit, quod fuerit conceſſa libera iuriſdictio, quicquid ſit de alijs regalibus, vt ſupra dixi.

Ad tertium obiectum, quòd ſcilicet ſit fienda diſtinctio inter donationem factam Eccleſiæ Romanę, & Eccleſię inferiori, ſupra demonſtratum eſt, communem, & veriorem opinionem eſſe in contrarium.

Non etiam obſtat quartum, cum, vt dixi non ſit neceſſaria iſta expreſſa mentio tranſlationis ſuperioritatis. quia ſufficit quod donatio ſit liberè facta Eccleſiæ inferiori, cum tunc bona donata ſequantur conditionem ipſius Eccleſię. Et ad authoritatem Oſaſc. conſulentis in gratiam ſui Principis in hac eadem cauſa, fuit ſupra ſufficienter reſponſum.

Quintum quoque argumentum deſumptum ex Peregrin. conſilio 1. numero 5. de pace (ſcilicet Conſtantię, non ſatis intelligo, quomodo ad hanc noſtram queſtionem applicari poſſit. Primo enim illa pax, quic-
35 quid † in ea contineatur, fuit facta inter laicos; nempe inter Fredericum Imperatorem, & Henricum Regem Italię eius filium ex vna, & inter Ciuitates Lombardię, quę contra dictum Imperatorem Fridericum ſocietate ſe coniunxerant partibus ex altera, vt legitur in hiſtorijs illorum temporum. & pręſertim apud Sigonium de Regn. Italię lib. 14. ad finem. quarum ciuitatum nomina ſcribuntur in dicta pace conſtantię. verſic. nomina verò ciuitatum, &c. ſicut infra. in verſic. hi ſunt nuncij, &c. leguntur nomina legatorum, qui pro dictis ciuitatibus pacem à dictis Principibus receperunt. Ex hoc infertur, quòd ſi quid in dicta pace contineretur, quod eſſet pręiudiciale Eccleſię Romanę, vel alijs Eccleſijs inferioribus, eſſet nullum ex defectu poteſtatis. Cum Imperator non poſſit aliquid ſtatuere in pręiudicium Eccleſiarum. cap. Eccleſia ſanctę Marię. & ibi ſcribentes de conſtitut. Et propterea ſi centum annis ante

te dictam pacem Constantię, ecclesia N. ab N. & N. & ab alijs Imperatoribus obtinuerat liberam donationem istorum castrorum, qua mediante, suprema iurisdictio fuerat acquisita Sedi Apostolicæ, nihil potest eis præiudicare si quid in dicta pace in eorum præiudicium contineretur. Maxime cum ille Imperator Fridericus esset acerrimus inimicus Ecclesiæ.

Secundo, inter dictas ciuitates societatis Lombardiæ, non erat ciuitas N. quicquid Domini ex aduerso scribentes per errorem asseuerent. Nam non omnes ciuitates Lombardiæ erant in hac societate contra Fridericum, sed tantum Vercellæ, Nouariæ, Mediolanum, & ceteræ, quæ recensentur in dicta pace, in dicto versic. nomina verò ciuitatum, &c. Reliquæ verò ciuitates sequebantur partes ipsius Imperatoris, quarum nomina describuntur in eadem pace. in versic. Hæ autem sunt ciuitates, &c. & inter istas est ciuitas N. quæ vna cum Friderico, & eius filio pacem receperunt, & obseruare iurarunt. Quatenus ergo Fridericus aliquid detraxisset ciuitatibus societatis, quæ sibi fuerant inimicæ, non tamen ex hoc infertur, quòd aliquid detraxerit ciuitatibus amicis inter quas erat ciuitas N. Et licet ipsæ quoque ciuitates amicæ iurauerint seruare illam pacem; tamen intelliguntur illam voluisse seruare iuxta illius tenorem, & prout tenebantur, tanquam adhærentes Imperatori, non quod voluerint vltra illius continentiam & tenorem, ad se ipsos extendere ea, quæ de alijs ciuitatibus inimicis limitatè dispositum fuerat. Corn. consilio 121. colum. 2. numero 8. & 9. & consil. seq. num. 4. lib. 1. Dec. consil. 213. colum. 3. sub num. 8. vers. & hoc in simili casu, &c.

Tertio, licet in dicta pace. in versic. Hoc quod nos, &c. confirmentur omnes concessiones factæ Ecclesijs, cum illis verbis. Saluis superioribns concessionibus, vt pro ea solita nobis seruitia exhibeantur, sed censu non præstentur, &c. Tamen ista limitatio debet intelligi de illis concessionibus, in quibus huiusmodi seruitia erant reseruata, vt sit sensus, quòd quamuis Imperator liberet Ecclesias, & laicos à præstatione censuum debitorum, non tamen eos liberat à seruitijs debitis vigore superiorum concessionum. illa enim dictio, saluis, nihil de nouo disponit, sed præterita tantum præseruat, & confirmat, vt benè ad propositum Grat. consil. 132. num. 10. Ofasc. decis. 164. numero 7. Cum ergo nostræ concessiones antiquæ nihil prorsus dicant de præstatione seruitiorum, non potest ista præseruatiua vllo modo applicari ad casum nostrum. & si applicaretur non releuaret propter defectum potestatis, vt dixi.

Minus obstat sextum fundamentum, quod fit in concessionibus N. Imperatoris factis Principi N. & in alijs similibus, quia ex illorum lectura duo colliguntur, quæ omnino excludunt nostram Ecclesiam. Primum, quia clare loquuntur de Ecclesijs consistentibus in prouincia N. & in principatu N. Ciuitas autem N. non est de illa Prouincia, nec de illo Principatu, sed vel est Principatus de per se, vel est de prouincia N. aut de Principatu N. vt constat ex inuestitura particulari huius ciuitatis, quam habuit N. ab Imperatore. & probatur ex traditis per Neuiz. inter consil. Brun. 12. numero 77. & plur. sequent. Et de tempore N. Imperatoris, Princeps N. istam ciuitatem non possidebat sicut hodie possidet; ex particulari tamen, & recenti inuestitura Imperatoris N. vt dixi. Ideo priuilegia, & concessiones illæ quæ loquuntur de ciuitatibus N. & N. non possunt intelligi de nostra ciuitate. maximè cum dicta priuilegia non loquantur per verba generalia, sed singulas Ecclesias nominatim exprimant, & inter eas non nominatur nostra Ecclesia.

Alterum quod ex dicto priuilegio Imperatoris N. colligitur, est, quòd expresse loquitur de vassallis Imperij, qui tenebantur præstare homagia, & fidelitates Imperio, pro feudis quæ tenent ab eodem Imperio. quæ verba non possunt applicari Ecclesiæ N. quæ nulla feuda tenebat, nec tenet ab Imperio, nec illi tenebatur, nec tenetur præstare homagium, nec fidelitatem.

Et hoc eodem modo tolluntur sequentia priuilegia, & confirmationes aliorum Imperatorum, quia eodem modo loquuntur de Ecclesijs consistentibus in prouincia N. & in principatu N. & de Ecclesijs tenentibus feuda ab Imperio, & obligatis ratione dictorum feudorum ad dicta homagia, & fidelitates, &c.

Et licet Imperator N. ampliauerit dicta priuilegia ad diœcesem N. tamen ipse quoque se restringit iuxta censuram aliarum Ecclesiarum, & ad iura quæ ipse, & eius antecessores habent, & habuerant in dicta diœcesi N. Ideo debet intelligi respectu feudorum, pro quibus tenebantur aliæ Ecclesiæ, non autem respectu castrorum iam ante tot annos libere donatorum. Et, si in illis castris Ecclesiæ N. Imperator nullum ius habebat, nullum ius concessisse intelligitur. Nec

Nec est necesse, vt ex aduerso creditur, quod pro verificatione huius concessionis,
37 Imperator aliqua iura in dicta diœcesi † habuerit. quia ista priuilegia, & concessiones intelliguntur sub conditione, quatenus Imperator ibi aliqua iura habeat. Aym. consil. 293. numero 5. Roland. consilio 82. numero 18. libro 2. & consilio 2. numero 19. & plur. sequent. libro 3. Natt. consil. 514. numero 30. & sequen. Nec præsumitur quod Imperator voluerit in huiusmodi concessione comprehendere ea, quæ antea alijs concessæ fuerant, & præsertim Ecclesiæ, vt dixi supra in principio. per Hostien. & Io. Abb. & alios in cap. nimis. de iureiurand. Felin. in cap. graue. sub numero 2. colum. 2. de offic. ordinar. Immo etiam si voluisset, non potuisset, cum de iure iam quæsito Ecclesijs Imperator disponere non possit. dicto c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. & ibi communiter scribentes. de constit.

Confirmationes autem Apostolicæ, quæ ex aduerso citantur, exhibendæ sunt, vt videri, & ponderari possint. & verisimile est, quod in eis nihil releuans contineatur in præiudicium præsertim huius † Ecclesiæ, cum confirmationes regulariter nihil de nouo tribuant, sed tantum corroborent ius antea concessum. Roland. consil. 2. numer. 19. libro 3. Ruin. consil. 97. numero 2. libro 3. & traditur per omnes in l. more. vbi Ias. numero 41. Dec. consil. 31. ff. de iurisdict. omnium iud. Si ergo prius istis principibus nullum ius competebat super istis castris, nihil possunt eis suffragari assertæ confirmationes Apostolicæ. quæ tamen vt dixi exhiberi debent, vt videantur.

Superest vltimum fundamẽtum, deductum ex prætensis actibus possessorijs Domini Principis, & suorum prædecessorum. quod tamen non difficile eliditur. quia actus, qui hucusque exhibiti sunt, nihil releuant in casu, & ad effectum de quo agitur. non enim dantur nisi quædam hospitationes militum, contributiones munerum, & subsidiorum, & alia eiusmodi, quæ originem habuerunt de anno N. quo tempore vigebat bellum inter N. & N.

Ideo in his actibus primo considerandum est, quod omnes fuerunt facti de mandato, & ordine ipsius Episcopi N. requisiti, & rogati à Principe, vel ab eius ministris, vt in eis legitur. Ergo tantum abest quod actus huius generis probent istam prætensam superioritatem, quod immo prorsus illam excludunt, cum Princeps non propria authoritate quicquam fecerit, aut mandauerit in istis castris, sed recursum semper habuerit ad Episcopum, prout semper in rebus ecclesiasticis, vrgente publica necessitate fieri debet. cap. non minus. & cap. aduersus. & ibi omnes. de immun. eccles.

Secundo considerandum est, quòd isti actus fuerunt facti tempore belli, & ideo etiamsi fuissent facti à ministris principis
39 laici, non nocerent Ecclesiæ, cum † eo tempore iura sileant, & multa de facto, & meticulosè, aut violenter fiant. cap. ex transmissa. & ibi glos. vltima, & scribentes de præscript.

Tertio considerandum est, quòd isti actus fiebant ab N. contra Imperatorem. ideo non merentur allegari pro actibus factis vigore superioritatis Imperialis, de qua nostra est quæstio, cum fierent contra illam, sed potius sunt imputandi necessitati bellorum.

Quarto, & vltimo. Aut isti actus allegantur pro obseruantia interpretatiua, & ad hunc effectum non releuant, quia distant a priuilegijs Imperialibus Imperatorum quingentis circiter annis. Obseruantia
40 autem † interpretatiua debet probari proxima actui quem interpretari intendit. Bald. in rubr. digestorum. numero 7. ibi. proximam consuetudinem respicio, non remotam. Socin. consil. 6. num. 2. lib. 1. Rota Romana decis. 756. prope fin. parte 1. diuers. & fuit modernis temporibus in eadem Rota decisum in quamplurimis causis.

Aut allegantur pro obseruantia noui iuris inductiua, & tunc cum agatur de præiudicio Ecclesiæ N. & de tollendo ei ius iam
41 quæsitum, debet necessario doceri de consuetudine præscripta. Socin. consilio 117. numero 22. & sequen. lib. 4. Ripa in l. rem quæ nobis. numero 51. & sequen. de acquiren. possess. Rota decis. 15. de re iudic. in nou. Immo hoc respectu, ista non debet appellari consuetudo, sed præscriptio. Balb. de præscription. in prima par. princ. quæst. vltima, numero 12. Alexander consilio 124. sub numero 2. lib. 4. Rocc. de consuetud. sect. 5. numero 3. in princip. & infra circa med. Hic autem deficiunt omnia requisita ad præscriptionem, & in specie scientia, & patientia Episcopi, & Sedis Apostolicæ, vt patet ex actis hoc eodem tempore factis ab Episcopo, & ex appellationibus hoc tempore interpositis ad Sedem Apostolicam, & ad alios superiores ecclesiasticos.

Et licet de anno N. fuerit expeditus quidam Commissarius ab Imperialibus pro

habendo certo numero guastatorum. Tamen iste Commissarius voluit habere etiam potestatem, & mandatum ab Episcopo, vt illo vti posset in castris subditis dicto Episcopatui. & sic etiam iste actus nihil facit ad hanc prætensam superioritatem.

Alios actus non vidi; ideo si illos videre licebit, vt decet, particulariter respondebitur.

42 Consuetudines Germaniç, Galliæ, & Hispaniarum non nocent in Italia, vbi seruatur cap. Romana. §. debet. de appellation. in 6. In quo licet præseruentur consuetudines, tamen non probatur aliqua consuetudo contraria in ista Ecclesia. Immo potius probatur consuetudo conformis dictæ dispositio-
43 ni iuris. & † consuetudines istæ contra ius sunt stricti iuris, & strictissimè interpretandæ, non autem extendendę de vno loco ad alium. Gabr. consil. 81. num. 30. & 47. & & consil. 156. num. 10. lib. 2. Surd. consil. 138. num. 8. & decis. 131. num. 8.

Quare, &c.

Io. Baptista Spada Fisci, & Cameræ Apostolicæ Aduocatus.

ARGVMENTVM,

CAVSA criminalis, ad hoc vt faciat supersedere in causa ciuili, sufficit sola accusatio sine citatione.

SVMMARIVM.

Causa criminalis dicitur præiudicialis ciuili, quando agentis ius & actionem in totum tollit, & absorbet. num. 1.

Donatio falsa exequutionem non meretur. num. 2.

Causa falsitatis instrumenti intentata post ciuilem, facit supersedere in causa ciuili. num. 3.

Causa criminalis intentata post relaxationem mandati in causa ciuili, non facit supersedere in eadem ciuili causa. declara vt numero 4. 5. & 6.

Præsumptus calumniator, non probando querelam datam, condemnatur in expensis. num. 5.

Causa criminalis censetur intentata, & facit supersedere in ciuili per solam accusationem & querelam, etiam sine citatione, & monitorio ad comparendum. numero 10. & *seqq.*

Causa criminali pendente, supersedendum in iudicio ciuili. num. 12.

Puta, aduerbium, stat exemplificatiuè. numero 15.

Arguere verbum, aliud non est quàm accusare. num. 16.

CONSILIVM CXCIX.

1 PROPOSITVM dubium, an causa criminalis falsæ prætensæ donationis contra Dom. intentata, præiudicet ciuili, in casu & ad effectum, de quo agitur, affirmatiuè resoluendum videtur. tunc enim criminalis causa dicitur præiudicialis ciuili, quando agentis ius & actionem in totum tollit, & absorbet. Anchar. cons. 62. num. 2. Aym. cons. 280. num. 1. Rota diuers. part. 3. decis. 133. nu. 3.

2 Et in casu nostro, quod criminalis causa in totum absorbeat ius Dom. agentis, nullam, credo, habeat difficultatem. quia si donatio, cuius vigore agitur, est falsa, nullam prorsus meretur exequutionem, nec ex ea agi potest. Bal. in l. fin. §. si quando. vers. non obstat. C. de ordine cognitionum. etiam in vim obligationis Cameralis. Caputaquen. decis. 274. num. 2. part. 2. & fuit dictum in hac eadem causa Veneris 7. Nouemb. 1614. vers. oppositiones vero.

3 Et magis in specie, quod causa falsitatis instrumenti, per actorem in iudicio ciuili producti, faciat supersederi in eadem causa ciuili, voluit Bellapertic. in l. cum ciuili, col. 1. in fin. vers. verbi gratia &c. C. de ordine cognition. & in l. final. in princ. & ibi etiam Paul. de Castr. nu. 2. C. eodem. Cassador. decis. 1. de mutua petition. cum alijs per Farinac. in pract. tit. de varijs, ac diuersis quęstionib. quest. 100. num. 66.

4 Quibus non obstet dicere, quod A. C. non habebat iurisdictionem sumendi hanc querelam contra Dom. cum iam causa ciuilis fuisset de anno 1601. à iudice ciuili eiusdem A. C. finita per relaxationem mandati. Licet enim ciuilis iudex, per mandati relaxationem functus fuerit officio suo, non per hoc tamen impedit iudicem criminalem, quin criminalem querelam recipere possit, vt passim seruatur. Nec in casu nostro intrat decisio Afflicti 229. in princ. quod scilicet criminalis querela, data post relaxatum mandatum, non faciat supersederi in ciuili, cum querelans se nimium arctauerit, & considerauit Rota in hac eadem causa 5. Maij 1614. vers. mouebat etiam Dominos.

5 Præmissa enim Afflicti conclusio benè procederet, si Rod. tempore moti iudicij con-

contra ipsum habuisset in promptu probationes falsitatis, quæ postea superuenerunt post eius mortem tempore datæ querelæ de anno 1608. per Illustrissimam D.N. eius filiam, sed cum tunc huius falsitatis probationes nullæ adessent, non poterat, neque debebat idem dictus Rod. querelam porrigere, cum si porrexisset, & non probasset, vt præsumptus calumniator condemnari potuisset in expensis. Boss. in tit. de accusation. num. 19. Clar. in pract. §. final. quæst. 61. vers. dixi supra. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 321. num. 4.

6 Et sic respectu Rod. intrat limitatio ad decisionem Afflicti quia scilicet ignorabat falsitatem donationis posse probari, vt bene declarat Barbatia in cons. 43. num. 10. vers. & est diligenter aduertendum. lib. 1. & voluit Farinac. dicta quæst. 100. num. 107.

7 Vltra quod hic non agitur de faciendo supersederi in causa ciuili aliàs contra Rod. per Dom. mota de anno 1601. quæ iam fuit finita per relaxationem mandati, & habuit effectum quo ad terminos decursos, pro quibus mandatum relaxatum fuit, sed agitur de supersedendo in causa ciuili mota per dictum Antonium procuratorem, & cessionarium Dom. contra Illustriss. D. N. de anno 1612. quæ querela dictæ Illustrissimæ D. N. non solum non fuit data post relaxatum mandatum, sed per annos quatuor ante motum iudicium, ideo ex facto cessat obiectio.

8 Nec etiam obstet, quod, in donatione, de cuius falsitate agitur, habeat etiam interesse, & participationem D. N. frater Dom. contra quem nulla est porrecta querela criminalis, & sic quo ad ipsum non debeat supersederi in ciuili.

9 Nam vltra quod, vt in facto bene deducitur, ipse D. N. in dicta donatione nullam prorsus habet participationem, & interesse, sufficit Illustriss. D. N. quod in eadem donatione, ipse D. N. non est vllo pacto nominatus, & quod si donationis instrumentum respectu Dom. donatoris est falsum, falsum etiam reputatur quo ad omnes in eo interesse prætendentes, cum non in parte tantum, sed in totum prætendatur falsum. Et tamen etiamsi falsitas esset in parte substantiali, ex Notarij malitia & dolo perueniens, adhuc in totum, & quo ad omnes falsū reputaretur. ideo pariter & quo ad omnes proposita donationis falsitas debet facere supersederi in causa ciuili.

10 Nec obstet demum quod monitorium contra Dom. in causa criminali fuerit nulliter exequutum, & contra eius formam, & sic ex eo nulla sit inducta pendentia litis criminalis. Ad effectum enim, de quo agitur, vt scilicet supersedeatur in causa ciuili, non est necessaria pendentia litis per exequutionem monitorij contra reum querelatum, sed sufficit sola querela, & sola accusatio, & sic propositam, & intentatam fuisse criminalem actionem, vt benè scripserunt omnes Doctores in materia loquentes, relati præsertim per Farinac. dicta quæst. 100. num. 59. & num. 61. & seqq. qui omnes dicunt supersederi in causa ciuili, proposita accusatione, & seu intentata causa criminali. Quæ quidem criminalis causa in casu nostro negari non potest, quin fuerit proposita & intentata, & per querelam datam, & per repetitionem iurium, & per decretum citationis.

11 Et in specie, quod quando redarguitur falsum coram iudice criminali instrumentum productum coram iudice ciuili, Doctores loquantur, & contenti sint sola accusatione, seu exceptione falsitatis, & sic motam fuisse causam criminalem, scripserunt Bellapert. vbi supra allegatus in l. cum ciuili, in final. verbis. C. de ord. iudic. & in l. fin. in summario. C. eodem, vbi etiam Paul. de Castr. num. 2. Salyc. in l. si docueris. num. 1. in 1. notab. C. de falsis. Odofred. in l. 1. num. 10. vers. hic autem mouetur ciuilis. & d. nu. 10. ad finem. vers. ad solutionem. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet, & alij plures, quos refert & sequitur Farinac. dicta quæst. 100. numero 66.

In eadem.

12 Licet quandoque dici soleat, pendente iudicio & causa criminali, esse supersedendum in ciuili, prout dixerunt Bart. in l. fin. C. de ordin. iudic. Curt. Iun. in l. edita. nu. 181. C. de edendo. Plot. cons. crim. diuers. 73. num. 1. tom. 2. in folio. Cæs. de Grass. rubr. de excepr. decis. 3. numero 1. Clar. in pract. quæst. 2. num. 5. vers. sed quid e conuerso. Farinac. in pract. quæst. 100. numero 71. & alij forsan plures: quasi quod in ciuili causa supersedendum non sit, nisi pendente criminali.

13 Supplicatur tamen aduerti, quod quicquid fit ad effectum reuocandi attentata: ad effectum tamen de quo agitur, videlicet, vt supersedeatur in ciuili ad inducendam causæ pendentiam, non videtur necessaria citatio, sed sola accusatio sufficiat. sic enim dum Doctores hanc materiam tractant, exemplum

ponunt in accusatione. & est, ni fallor, notabilis doctrina Ang. in l. qui prior. col. 2. ff. de iudic. vbi, præsertim in vers. ex prædictis, docet Aduocatum notabilem cautelam, vt cum videt amico suo inferri litem ciuilem grauem, & vult supersederi in ea, faciat quod suus amicus accuset Aduersarium, & in sola accusatione contentus videtur, quia accusatione durante supersedebitur in ciuili, quantumcunque primo mota. & d. col. 2. in fine reddit rationem, quia scilicet vbicunque in iudicio per vnam partium aliquid allegatur (& sic sola allegatione contentus est) quo probato redditur vana probatio aduersarij, semper illud primo cognoscendum est.

14 Quod & idem in ciuili supersedendum esse, eo ipso quod actor criminaliter accusatur, voluerunt Odofr. in l. 1. num. 10. ante fin. col. 3. in fin. vers. absolutionem, quando ciuilis actio criminali præiudicet, & ibi etiam Cyn. post num. 2. Bellapert. in l. cum in ciuili. in vltimis verbis. C. de ordin. cognition. idem Bellapert. in l. fin. in princ. C. eodem. & ibi etiam Cyn. pariter in princ. & Sicard. num. 2. Bart. in l. edita. num. 16. vers. hoc fallit. C. de edendo. & ibi etiam Roman. num. 135. Claud. Seissel. num. 68. Alex. in l. reum criminis. nu. 2. ante fin. C. de procurat. Idem Ang. in d. l. qui prior. vers. ideo autem dixi. per tex. quem allegat in l. adulterij accusatione proposita. C. de adulterijs. Paul. de Castr. in l. fin. nu. 2. C. de ordin. iudicior. Afflict. in const. si ciuiliter. n. 10. Put. decis. 275. lib. 1. Rolan. cons. 13. nu. 1. lib. 2. Idem Clar. in prac. quæst. 2. nu. 4. vers. sed quæro nunquid. Farin. quæst. 100. num. 66. Caputaquen. decis. 264. nu. 1. par. 2. vbi, quod Cameralis obligatio exequi non potest, postquam aperta fuit via ad cognoscendum de falsitate. Per accusationem autem esse apertā iudici viam cognoscendi de falsitate omnes sciunt. Addo Rimin. Sen. omnino videndum in cons. 294. vbi, & quod plus est, supersedendum consuluit in causa ciuili, etiam ante accusationem, ex solo interrogatorio facto actori, an velit vti testibus examinatis, attento quod illos reus redarguere intendit de falso.

15 Et ex prædictis Doctoribus plerique loquuntur per aduerbium, puta, quod stat exemplificatiue. l. in his. §. Imperator. ff. de solution. l. in omnibus. ff. de action. & obligation. & sic intrat conclusio, quod exempla, licet regulam non distinguant. l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi & vi armata, declarant tamen quomodo sit intelligenda, & in quo casu. Dec. in l. eum qui. num.... de iurisd. omn. iud. Cephal. cons. 13. num. 16. lib. 1.

16 Addo ad præmissam conclusionem, tex. in l. si docueris. C. de falsis. vbi dicitur, codicillorum exequutionem impediri, quando de falso redarguuntur. prout in eodem verbo, arguuntur, in proposito vsus est Aym. cons. 280. sub nu. 1. vers. similiter. Arguere autem de falso aliud nō est quàm accusare, vt benè declarat glos. in d. l. si docueris. in 1. glos. in figuratione casus. & ibi etiam Salyc. n. 1. Item & glos. in l. cum quædam. in verb. falsum. C. de fid. instrum.

17 Ex quibus sequitur, dato quod monitorij contra Dom. sit nulliter exequutum, & consequenter non faciat litis pendentiam, ex alleg. per ex aduerso Dominos scribentes, in casu tamen de quo agitur, non tollit pendentiam causæ criminalis, quæ ad effectum vt supersedeatur in ciuili, ex sola accusatione inducitur, vt ex præallegatis apparet.

18 Prout sequitur, quod data nullitate exequutionis dicti monitorij, & consequenter ignorantia causæ criminalis, potuerit Dom. validè donare N. Nam licet hæc asserta nullitas, & ignorantia tollat defectum litigiosi, nō tamen tollit defectum falsitatis donationis, quæ vt dixi, vt in ciuili supersedeatur, sufficit sola accusatio.

19 Item & sequitur non obstare, quod ex aduerso dicitur, accusationem hanc esse calumniosam, propter defectum indiciorum, & corporis delicti. Nam ad effectum vt accusatio sustineatur, & valida sit, nec quod indicia præcedant necesse est, nec quod constet de corpore delicti. licet bene vlterius procedi non possit ad inquirendum nisi præmissa præcedant, prout ex aduerso loquuntur allegati Doctores.

20 Sic nec etiam obstat, quod eadem accusatio fuerit data post relaxatum, & exequutum mandatum de anno 1601. nam vt alias dictum fuit, fuit relaxatum contra Rod. non contra illustrissimam Dominam N. quæ porrexit querelam de anno 1618. & sic antequam conueniretur.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

An & quando instrumentum reputetur falsum, seu de falso suspectum, ex eo quia non reperiatur in protocollo Notarij, & de nonnullis alijs præsumptionibus, ex quibus instrumentum reputatur falsum, & quando notarius possit extendere, & corrigere instrumentum.

SVM-

SVMMARIVM.

Instrumentum reputatur falsum, vel saltim de falso suspectum, quando in protocollo notarij, cuius nomine rogatum est, non reperitur, num. 1. & 16.

Instrumentum est manifeste falsum quando non reperitur illius originale inter scripturas notarij principalis, & notarius qui asserit se de ea rogatum, non est amplius in officio, num. 2.

Falsitatem commissam creditur in instrumento, quando pro habenda copia fuit soluta summa excessiua, num. 3.

Corruptus præsumitur notarius, qui pro mercede publicationis recepit summam excessiuam, numero 4.

Instrumentum suspectum est de falso, quando in eo reperitur obligatus aliquis quem se non obligasse notarius confessus fuit, numero 5. quod dictum declara vt num. 7.

Confessio extraiudicialis, etiam parte absente, plenè probat contra confitentem, num. 6.

Notario asserenti falsum fecisse instrumentum non creditur, nisi cum assertione notarij alia concurrant, num 7.

Non potest quis in duobus locis vno eodem tempore stare, num. 8.

Femina in criminalibus admittitur etiam ad reprobandum instrumentum iuxta forma Constitutionis Marchiæ, qui locum habet in Statu ecclesiastico, num. 9.

Vxor licet deponat ad fauorem coniuncti sui probat, quando eius depositio tendit etiam contra virum qui præsumitur magis dilectus, nu. 10.

Domestici testes probant quando sumus in actu gesto in domo, num. 11.

Testes, etiam si non sint integri, quando deponunt de facto habente iuris præsumptionem, reputantur idonei, num. 12.

Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit absque instrumentum minime rogatum præsumitur, num. 13.

Quando notarius principalis facit finalem quietantiam notario substituto, qui inseruiuit in eius officio, omnium instrumentorum ab ipso rogatorũ, & in eadẽ quietantia illud instrumentum non restitutum apparet, num. 14.

Argumentum ab inuerisimili, maximam falsitatis præsumptionem inducit.

Fides societatis, seu memoria, nihil probat, nec executionem meretur, num. 17.

Falsitas instrumenti probatur etiam per probationes non integras, & minime concludentes, præsertim quando agitur ad tollendam fidem instrumento, num. 18.

Instrumentum datum per notarium qui longe ante desierat esse substitutus in officio vbi fuit rogatum non probat, num. 19.

Notarius an possit corrigere, & extendere instrumentum per ipsum rogatum post temporis interuallum, num. 20.

Extensio instrumenti quando præsumatur facta post motam litem, vel dimissum officium, num. 21.

Confessio facta in positionibus, plene probat, & præiudicat ponenti, num. 22.

Confessio propter reiterationem, plene probat, maxime cum adminiculis, num. 23.

Mandatum de manutenendo debet dari pensionario quando de quasi possessione exigendo constat ex confessione titularis, num. 24.

Confessio extraiudicialis probat de æquitate canonica, num. 25.

Confessio extraiudicialis, etiam de iure ciuili probat in iudicio summarijssimo, in quo sufficit semiplena probatio, num. 26.

Confessio titularis, etiam vnius termini pensionis, vel partis illius, sufficit ad exigendum quasi possessionem exigendi, num. 27.

Causa vniuersalis per quam peruenitur ad actum magis attenditur quam ipse actus, num. 28.

Nuncio non creditur super eo quod deponit, citatum respondisse, num. 29.

Confessio procuratoris, etiam non docto de errore, potest reuocari per principalem, numerò 30.

Confessio procuratoris probat quasi possessionem in iudicio summarijssimo, num. 31.

Confessio procuratoris præiudicat principali ante reuocationem ipsius confessionis, num. 32.

Confessio extraiudicialis probata per testes singulares, nec etiam de æquitate canonica probat, num. 33.

Testes non sunt contestes quando eorum depositiones aliquo modo discordant circa locum, tempus, personas, & actus, num. 34.

Vxor non præsumitur aliquod habere vltra dotem datam marito, num. 35.

Vxor quæ cum viro commoratur, non est verisimile quod ignoret ea, quæ per virum aguntur circa ea quæ pertinent ad ipsam vxorem; num. 36.

Verisimile non est, quod mulier permittat veterari creditum, num. 37.

Confessiones extraiudiciales fiunt plerunque absque animi deliberatione, & ideo debent per iudicem ponderari eorum circunstantiæ, numero 38.

Aequitas non habet certos terminos constitutos à lege, & propterea arbitrio Iudicis eius æstimatio relinquitur, num. 39.

Cessio facta ex causa, si de veritate causa aliter constat, quam per confessionem cedentis præsumitur simulata, num. 40.

Mercatorum libri non faciunt fidem contra tertium, num. 41.

Confessio in instrumentis, inducit probationem manifestam, num. 42.

Numeratio simulata dicitur quando numerationis confessio præcessit ipsam numerationem, num. 43.

Numeratio non probatur ex ordine dato de soluendo existente in filsa Banchi, *nisi in dicto ordine appareat de quietantia, num.* 44.

Simulatum præsumitur debitum cessum, quando non constat ipsum debitum esse indubitatum, num. 45.

Iuramentum non excludit simulationis præsumptionem, num. 46.

Inuerisimile est, quod mercator proximus decoctioni, magnam quantitatem pecuniarum mutuet absque spe lucri.

CONSILIVM CC.



Gitur præcipuè non de puniendo aduersario, sed de tollendo fidem instrumento per ipsum producto, ex capite falsitatis. & quidem quod eiusdem instrumenti transumptum ab eo Ianuæ commoranti, sit apertè falsum, vel falsum
1 tim de falso suspectum † euidenter apparet, quia in protocollo notarij, cuius nomine dicit se rogatum, non reperitur protocollum. doctrinæ sunt claræ, communes, & sine contradictione, vt videre est ex allegatis per Grāmat. decis. 106. in fin. vers. dicebam igitur. Couarr. pract. quæst. 1. 19 n. 3. ad fin. vers. 4. erit obseruan. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. n. 736. & de arbitr. lib. 2. & casu 187. n. 30. & de præsump. lib. 5. præsump. 20. num. 32. & cons. 42. num. 11. & cons. 188. in fin.

Et cum originale prædicti instrumenti nec etiā reperiatur inter scripturas d. notarij principalis; & N. qui hodie asserit se de eo rogatū, nec amplius stet in officio eiusdē notarij, res
2 est expedita, & falsitas manifesta, prout† alias in puncto resoluit Rota coram Reuerēdiss. D. Damasceno in Rom. societatis officij. 20. Maij 1611. cuius decisio post mea consilia. lib. 2. est registrata in decis. 329. n. 2. & latius in eadem coram eodē. 13. Nouemb. eiusdē anni, cuius copia in fine præsentis consilij ponitur.

Et licet ex præmissis falsitas d. instrumenti credatur euidens, & notoria, adhuc tamen ex abundanti concurrit ad eādē falsitatem detegendam, primo solutio scutorum 65. data per N. pro asserta mercede publicationis, & transumptionis instrumenti, quæ sola pecuniarum solutio, sic præsertim excessiua, corruptiones & falsitatem aperte significat. Bartol. in l. 1. in princip. post Glos. in verb. ad vocat. ff. de
4 falsis. & in l. diuum. n. 7. & ibi Ias. n. 21. ff. de re iud. & est cōmunis ex relatis per Clar. in S. falsum. vers. quid è conuerso. in princip.

5 Concurrit secundo eiusdem N. extraiudicialis confessio per duos cōtestes optime probata, dū libere dixit, & fassus est in societate officij de qua agitur, nō obligasse N. quia quidem extraiudicialis confesso, etiā parte absente facta, plene probat contra confitentē. Rota coram Illustrissimo Ludouisio, bonorū oleorū,
6 Lunæ 20. Martij 1609. & coram Reuerendiss. Damasceno. in Pampilonen. Pensionis. mercurij 16. Ianuarij 1601. & coram eodem in Romana pecuniaria. 4. Martij 1613. quæ positæ sunt in fine præsentis consilij.

7 Nec facit† quod notario asserenti falsum fuisse instrumentū, non credatur in præiudiciū illius ad cuius fauorē instrumentū celebratū fuit, quia non procedit hæc conclusio quādo prout in casu nostro vltra notarij assertionem alia cōcurrant. Boss. in tit. de falsis. n. 99. Surd. deci. Mātuana 135. n. 5. & 50. Cōcurrit tertio ad eiusdē fasitatis probationē assertus locus stipulati instrumenti, nēpe in carceribus Turris Nonæ, & tamen per plures testes fuit probatum, quod de isto tēpore N. qui dicitur obligatus, erat domi detentus tanquā infirmus, cū cautione deinde nō discedēdo sub pœna scut. 2000. Ergo falsitas est clarissima, quia in duobus locis vno eodem tēpore quis stare nō potest. l. optimam. C. de contrahen. empt. S. item verborum. instit. de inutil. stipul. Grāmat. decis. 16. n. 4. vers. & iste est modus. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 170. n. 8. & seqq. Pauion. de probation. lib. 1. c. 36. n. 14. & 15. & c. 37. n. 24. & seqq.

Nec obstant huic fundamento exceptiones datæ contra testes illud probantes. nam quod sint feminę quę in criminalibus non admittūtur, præsertim ad reprobandū instrumentū in quo debent esse testes omni exceptione maior
9 res† obiectio tollitur ex cōst. Marchiæ, de qua lib. 4. cap. 13. quæ locum habet etiam in Statu ecclesiastico. Vulpell. cons. 24. in fin. n. 11.

10 Quo vero ad vxorem N. cum ipsa, licet deponat ad fauorē sui sororij dep. etiam contra maritum de falsitate instrumenti in eius officio. commissa accusatum, quem magis diligere præsumendū est quam N. & consequenter plene probat contra ipsum. Dec. cons. 163. n. 11. vers. adhuc accedit. Aym. cons. 6. num. 62. Gabriel. art. 6. de testibus. conclus. 4. n. 88. & cons. 22. num. 9. cum alijs per Mascar. de probat. lib. 2. conclus. 858. num. 17.

11 Et quod attinet ad alios testes idem proban-

bantes, licet sint eiusdem N.famuli,& dome-
11 stici,non sunt tamen famuli, & domestci N. querelantis, & nihilominus cum deponant super facto domus, de quo ipsi melius informati præsumuntur quam quisquis alius. hoc ideo magis quam alij illud probar. l. cōsensu. & ibi Alberic.n.10. C.de repud. c.veniens.in fin.extra de testib.Plot.de in lit. iurand. §. 4. n.23.Boss.in tit.de oppofition. contra testes. n.93 vers.& quod de ijs quæ fiunt domi.

Et præsertim quod eorum depositiones ha bent pro se iuris assistentiam,cum nemo pr̃su
12 marur velle cautioni iam lare contrauenire, & pœnas soluere,& consequenter etiam quod non essent magni testes,cum deponant de facto habente iuris præsumptionem,repuranrur integri,& idonei. l. ob carmen. §. si restes. & ibi Bald.n.1. in 2.notab. ff.de testib.Gabriel. consf.154.n.43.& seq. lib.1.cum alijs per Anron.Gabriel.tit.de restib.conclus.4. num. 89. lib.1. Mascard. de pro lib. 3.conclus. 1219. n.7. & seq. & vlterius hoc idem , quod testes deponunr, fatetur ipsemet aduersarius in suo examine aperte dicens, quod de tempore stipulati contractus erat in domo. quid igitur vlrerius quęrendum?

Nec etiam obstat,quod ex aduerso dicatur
13 M. esst domi retentum,potuisse habere,licen tiam de discedendo, prout quandoq; dari solet.non enim probat hoc esse,quod ab hoc cō tingit abesse. c.in præsentia. extra de probat. cū vulgarib. & dum ex aduerso excipitur de licentia data oportet,quod excipiens, conclu denter,non autem per possibile, suam probet exceptionem. Herculan. de negatiua. nu.22. decis.Pedem.51. num.1.

14 Concurrit quarto tacita confessio N. qui dum facit carcerare N. pro restitutione omnium scripturarum,facit sibi finalē quietantiā omnium instrumentorū ab ipso rogatorum,vt ex dicta quietanria apparet,instrumentum de quo agitur non fuisse restitutū euidens signū, & demonstratio,quod d. instrumentū nō fuit rogarū. quia si fuisset rogarū G. coegisset ipsum N. ad illud protocollan. prout fecit protocollare alias obligationes eiusdē societatis.

Concurrit non modica falsitatis verisimilitudo, quia scilicet si M. fuisset obligatus in eadem die, & coram eisdē testib. prout alij obligati reperiuntur, ad quid conficere duo instrumenta?non ne poterat N.not.in eodem
15 instrumento obligare etiam M.? postquam in eodem loco, & coram eisdē testib. obligatio dicitur stipulata.intrat hic regula, quod frustra fit per plura,&c. & argumentum ab inuerisimilitudine maximā falsitatis præsumptionem inducit.Socin. cons. 28.n.9. lib.3.Alba. cons. 224.in fin.sub.n.6. & seq. & cons. 485. n.8.Natt.cons.633.n.13.& seq.& n.18. vers. & prædicta faciunr.lib.3.Aym.cons.28.n.1.

Nō obstat apoca subscripta ab A.C. in qua præcipuum ex aduerso fit fundamentū,adsunt hæc verba, videlicet. *Et per il presente obligo non s'intenda derogato à gl'altri oblighi fatti da noi à fauore del medesimo N. nell' instromento di detta Compagnia.*

Ex quibus verbis tacite videtur M.confiteri se iam obligatum in instrumento societatis ad fauorem N.nam quod verba prædicta non comprehendunt personam M. sed aliorum in sac. obligatorum, apparet euidenter ex verbis prædictis. quia per eadem verba noluerunt partes derogare obligationibus factis nō ad fauorem A. de quo nunc quæritur, sed ad fauorem T. pro quo alij in societ. nominati obligant se pro sorte principali, & pro fructibus, vt vtcumque sit, hæc asserta M. confessio est relatiua ad instrumentum in quo se obligauit T. & P. sed sic est,quod in eodem instru mento non reperitur obligatus M. ergo contra ipsum nihil prorsus probat. Rota corā Reuerendiss. Comitulo in Romana pecuniaria 5. Maij 1589.

16 Prætenditur enim ex aduerso,M.fuisse obli gatum non in instrumenro in quo oblig. T. & P.sed in alio instrumento separato.quod cū vt dixi,non reperiatur protocollatum,nec inter scripturas G. aperte detegitur falsum ex præallegatis.

17 Fides societatis, seu memoria subscripta à G. nihil probat, nec executionem meretur, prout notum est.cum præsertim ad G. bonam fidem recognoscentis in hac societate vtilitatem resulraret.

18 Nec etiam obstat,quod falsitas instrumēti debeat plene & concludenter probari, non au tem per præsumptiones,& coniecturas. nam vltra quod in proposita facti specie adsunt concludentissimæ falsitatis præsumptiones, contrarium verius,& magis communiter receptū esse constat ex allegatis per me in tit. de falsitate. quæst. 151. 152. n.2. & seq. vbi relatos Doctores hic iterum referre superfluum putaui.

Præsertim quando,prout in casu nostro,nō agitur principaliter ad pœnā, sed ad tollendum instrumentum,dixi in d.q.152.n.10.vbi pariter plures retuli restantes de communi, & magis communi Doctorum sententia.

Quare &c.

Tenor autem decisionum superius allegatarum infra sequitur.

DE-

DECISIO CORAM Reuerendissimo Sacraro.

Romana societatum. 14. *Nouemb. 1611.*

Domini perstirerunt in decisis coram me in hac causa, sub die 20. Maij proximi. quod scilicet societates fuerũt deperditæ per
19 mortem Hieronymi, ex quo per illius heredes non darerur de nominatione particulari vitę alterius, facta per prędictum Hier. Non obstat quòd immo de nominatione vitæ alterius, nẽpe Illustris. D. Card. Burghesij, constet per pu blicũ instrumentum rogatũ nomine Accursij tunc temporis notarij A.C. & qui etiã de prędictis societatibus fuit rogarus. quia attenta serie facti, non visum fuit Dominis esse adhibendã fidem huic prætenso nominationis instrumento, etenim de illo, neq; in protocollis, neq; in folijs Accursij aliqua reperitur memoria, sed solum quod hęredes Hieronymi cum citassent Paulum ad restituendã sortẽ principalẽ cũ fructibus, & fuisset illis oppositũ, quod pecunię essent deperditę per mortem Hier. & quod in scripturis Accursij nulla reperiebatur nominatio, prędicti hęredes ad docendum de nominatione citarunt corã A. C. quẽdam Angelum qui de tempore contractarũ societarũ fuit substitutus Accursij, & nomine magistri fuit rogarus de prædictis societatibus. & iste Ang. dedit in actis instrumentũ nominationis à se conscriptũ nomine Accursij. quod quidẽ instrumentũ non visum fuit attendendũ. quia iste Ang. lõge antequam darct huiusmodi instrumenrũ desierat esse substitutus Accursij. vnde non poterat amplius se in illis scripturis ingerere. Put. decis. 5. de fenr. & re iud. cum alijs in alia decisione.

Vnde non applicãtur quæ alias solent dici
20 de facultate not. in exrendendis, vel corrigẽdis rogitibus suis, etiã post interuallũ tẽporis. nam omisso an hoc possir fieri ante morã litẽ, de quo per Felin. in c. ex literis. n. 8. de fid. instrum. Gabr. de consuetud. concl. 3. n. 45. iste non est casus. quia neque apparet quod Ang. tunc tẽporis esler notarius, neq; se rogauit no mine proprio, sed nomine magistri. vnde in istis exorbitantibus à iure cõmuni, quod vnus se roget nomine alterius, aurh. de Tabellion §. nos autẽ. non debet fieri extensio de casu simplici ad casum mixtum. l. cũ passam. §. pręscriptione. ff. ad l. Iuliam de adult. Bart. in l. sti pulationum. l. 2. nu. 2. ff. de verb. oblig. Anan. cons. 63. n. 1. vers. & per hoc. Rom. cons. 259. ad fin. Dec. cons. 212. n. 2.

Et sic de doctrinis loquẽtibus de vero not. ad istos substitutos nomine, quia possunt allegari rariones differentiæ inter substitutos & norarios ordinarios, de quibus loquũtur DD. Primo, quia illi notarij solent approbari à publico. vnde illis ranta adhibetur fides. Menoc. de arbitr. casu 92. n. 4. Calder. cons. 2. n. 2. de testib. Capic. decis. 61. in fin. isti autẽ iuuenes, qui in Curia exercenr officiũ substituti, nõ habent huiusmodi approbationẽ. Secundo, not. rogatus, retinet penes mattium suum in breuiaruris. vnde nil mirũ si post aliquod tẽporis inrerualũ, potest extendere vel corrigere instrumenta, quia cum imbreuiarura possunt semet ipsos instituere. Isti verò iuuenes substituti, post dimissum officiũ non habent penes se imbreuiaturam, nisi alias allegent se subscripsisse magistris. vnde nimis periculosum esset docere quod possit memoriter extendere instrumenta super gesta per annos ante.

21 Circa aliud quod, nõ probetur extinctio facta post morã lite, & post dimissum officium, vnde presumatur facta in tempore. Socin. iun. cons. 594. n. 5. vel primo. Rota in Rom. Casalis Iuliani. 4. Iunij 1584. corã bon. mem. Robusterio, cũ alijs allegatis. fuit responsum, primo, iura allegara loqui in notarijs, pro quibus magis præsumirur, quam pro istis substitutis, ex dictis supra. secundo, quod præsumptio contrarijs præsumptionibus tollitur, vel saltim eneruatur l. diuum. ff. de restitut. in integ. l. licet Imperator. ff. de leg. 1. Castr. cõs. 26. n. 3. li. 2. Dec. cons. 470. n. 10. Abb. cons. 79. nu. 1. Surd. cõs. 80. n. 21. Cõtrariæ præsumptiones in hoc casu sunr. Primo quod nõ probatur in scripturis Accursij adesse aliquã memoriã huiusmodi nominarionis. Secundo, quia procurator heredum Hier. obtinuit decretum conrra d. Ang. vr extenderet instrumenta prædictę nominarionis, vt in extractu fol. 192. & 193. ergo non erant prius extensa. Et in hanc senten tiam eo facilius inclinarunt Domini, quia materia est multũ periculosa. vnde multum caute dicebatur esse procedendũ, ne alias detur occasio fraudibus, cõtra notata ibi. l. qui sub prætexru. C. de sacros. ecclesi in l. in fundo, ff. de rei vãdic. & in c. quanto. vers. per hanc responsionem. de diuort. Butr. cons. 5. n. 2. & cõsil. 42. n. 2. Alex. cons. 108. n. 4. lib. 4.

DECISIO CORAM ILLVSTRISS. D. Ludouisio, nunc Sanctiss. D. N. Gregorio XV.

Bononien. Oleorum. *Lunæ 20. Martij 1609.*

1 PRoposito dubio ad quem spectassent dolia olei 98. an ad Paulum Draco, vel ad Iulium Cæsarem, propter varietatem & multitu-

tudinem probationum, quæ pro vtraque parte contrariæ offerebantur. Rota 18. Aprilis præteriti ordinanit, quod viderentur iura vtriusque partis separatim. & postea, si opus erit, in concursu. In cuius ordinationis executione ceptum fuit à iuribus Bartoli, filij & hęredis q. Iulij Cæsaris Tittæ actoris, & dubitari an ex deductis pro parte d. Bartoli, constaret dolia olei 58. spectasse ad Iulium Cæsarē eius patrē. quod fuit resolutū affirmatiue.

Nam quod dolia 35. ex ipsis, spectassent ad ipsum adest clara & explicita confessio partis aduersæ in positionibus per ipsum datis. quæ confessio facta in positionibus plenè probat, & præiudicat ponenti. Alex. conf. 172. in princ. lib. 6. late Gabr. de confess. concl. 1. nu. 12. Quantum autem ad dolia 23. residuum summæ 58. adest cōfessio Pauli, qui post mortem Iulij Cæsaris, respectu computorum olei fassus fuit nullum interesse habuisse in magazeno, sed inseruisse de nudo nomine. quæ confessio est probata per testes mulum qualificatos, cōtestes de loco & tempore, quę etiā si emanasset parte absente probat de æquitate canonica. ex cumular. per Gabriel. de confess. d. concl. 1. n. 46. quod sequitur Rota. Put. decis. 12. lib. 2. & fuit dictum in vna Ispalen. iuris votandi. 16. Martij 1575. coram Cantuccio. & in Romana societatis 1. Iulij 1591. coram Reuerendissimo Perusino.

Præsertim adest alia similis cōfessio in instrumento consignationis apocæ, ita vt etiam plenè probet propter iterationem, vt per Gabr. conclus. d. num. 58.

Concurrunt etiam adminicula ex libris super hoc negotio tentis. Petrus enim tenebat vnicum librum pro toto negocio, nulla habita distinctione inter dolia 35. & dolia 23. cuius libri ignorantiam Paulus allegare non potest cum illum quotidie haberet præ manibus, immo in libro Pauli met reperiuntur adnotatæ omnes partitæ quas ipse Paulus habebat ex retractu oleorum. quę omnes partitæ indistinctę sunt positæ ad creditū Iulij Cæsaris. quod est manifestum indicium, totum oleum ad ipsum spectasse.

Magnum etiam dd. confessionibus præstat adminiculum, quod de his dolijs 58. positis in magazeno, ipse Paulus emit 12. dolia, & de illis tantum soluit gabellam pro dolijs 23. non pro 12. tantum. solidatio enim computorum facta post mortem Iulij Cæsaris, in quo Paulus diligentissime se gessit, memor etiam minimarum partitarum suum fauorem concernentium. & tamen de istis dolijs nullū verbum, & in computo remansit debitor libra rum 4888. pro quibus petijt dilationem ad soluendū, cuius summę nō remāsisset debitor si dd. dolia ad ipsum spectallent, immo forsan euasisset creditor.

Non obstabat quod istæ confessiones possint intelligi de alijs oleis per Petrum Gipsium administratis, quæ essent Iulij Cæsaris. quia non apparet quod vltra dolia 58. Draghus in magazeno Petri posuerit alia olea sua, nec minus quod sub nomine Draghi Petrus administrauerit alia olea Iulij Cæsaris.

Non est verum, quod Petrus esset minister Iulij Cæsaris, quia immo vt colligitur ex positionibus, Petrus erat deputatus ab ipso Paulo. & dum Petrus dictum oleum vendendo recipiebat pretium, illud afferebat ad Paulum, quia illud ponebat ad creditum Iulij Cæsaris, vt apparet ex libris Petri & Pauli.

Concurrant etiam adminicula adducta per informantes, &c.

DECISIO CORAM
Reuerendiss. Sacrato.

Pampilonen. pensionis.

Mercurij 16. Ianuarij. 1613.

PRo informatione fuit tentum, mandatum scilicet de manutenendo esse dandum Didaco, de cuius quasi possessione exigendi constat ex confessione titularis, quæ sufficit non obstante quod agatur de onere beneficij ad decis. Put. 325. lib. 2. Rota in causa Taurionen beneficij. 5. Martij 1584. coram Orano. in Lucana Cappellaniæ 1. Ianuarij 1610. coram Reuerendiss. Bononien. & fuit in specie dictum in hac eadem causa die 14. Maij 1612. coram me.

Et licet confessio fuerit extra iudicium, non ideo minus plenè probat de æquitate canonica. Put. decis. 11. num. 3. & 52. numero 1. lib. 2. Gabriel. de confess. conclus. 1. num. 46. fuit dictum in causa Ispalen. iuris votandi. 16. Martij 1571. coram Cantuccio, relata inter diuers. impress. decis. 4. numero 1. par. 2.

Vltra quod in hoc summarijssimo iudicio, in quo sufficit semiplena probatio. Alexand. conf. 103. num. 3. lib. 7. Dec. consil. 56. num. 1. & 158. numero 12. late Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34. Rota in causa Lucana pensionis. 4. Iunij 1574. coram bon. mem. Card. Lancellotto, relata inter diuers. impress. decis. 196. numero 4. parte prima. Ista confessio extraiudicialis suffragaretur etiam de iure ciuili, cum de illo iure faciat cerni plenam probationem. Bart. in

l. ad-

l. admonendi. num. 48. & ibi Iaf. in repet. n. 158. ff. de iureiur. Roman. consil. 373. numero 3. Marsil. singul. 201. num. 2. Afflict. decis. 375. num. 3. stante maxime quod apparet de titulo Didaci, nempe de reseruatione pensionis, vnde ista possessio tanquam titulata, eo magis est manutenenda. Bart. in l. si duo. numero 4. versic. si vterque probat. ff. vti possid. Bald. consil. 420. numero 8. libro primo. latè Menoch. de retinend. remed. 3. numero 733. Caputaquen. decis. 339. par. 2.

Nec refragatur quod confessio titularis sit de solutione vnius termini tantum, quia hoc sufficit. Rip. in capitulo cum ecclesia Sutrina. numero 53. de caus. possess. & propriet. Roman. consilio 311. num. 7. Rot. in dicta Lucana pensionis relata inter diuers. impress. decis. 196. numero 2. par. 1. Immo sufficeret solutio partis termini. Aegid. in capit. in litteris. numero 15. circa fin. versic. in hoc & forte. de restitutione spoliat. facit text. in l. si cui res. & ibi Bartol. ff. de leg. 2. Dec. consil. 618. num. 2. Afflict. decis. 13. num. 21.

Et enim magis attenditur causa vniuersalis, per quam peruenitur ad actum, quam
28 ipse actus, iuxta doctr. Bald. in l. 1. num. 24. vers. tu dic. C. de emancip. liber. sæpè approbatum à Rota, & signanter in causa Assisien. Canonicatus. 14. Iunij 1610. coram me. Confessio autem titularis, satis probari visa fuit ex relatione quam de ea facit notarius, dum intimauit litteras reseruationis pensionis cum appositione duorum testium, iuxta consuetudinem notariorum illarum partiū, iunctis geminatis & iudicialibus factis per eius procuratorem.

Licèt enim regulariter non credatur nuncio super eo quod deponit citatum respondisse, cum hoc minime concernat eius officiū. Castren. cons. 765. num. 2. in fine. libro 2. Butr. in cap. cum pacati. num. 8. de appell. Gabriel. de cit. conclus. 4. nu. 1. Sicut etiam non solet fieri magnum fundamentum super confessione procuratoris, tanquam illa quæ potest quandocunque, etiam non docto de errore, per principalem reuocari. Rot. decis. 2. de confess. in nou. Verall. decis. 139. numero 3. par. 2. Put. decis. 16. in fin. libro 3. Attamen in hoc summarijssimo iudicio, in quo sufficiunt leuiores, siue semiplenę probationes. Alexander consilio 103. numer. 3. libro 8. cum alijs supra allegatis, visum fuit Dominis, omnibus simul iunctis, ad effectum de quo agitur esse probatā quasi possessionē maxime quia cōfessiones procuratorū nō sunt reuocatæ. vnde non solū deseruiunt pro adminiculo confessionis principalis, quam retulit notarius, sed immo ante dictam reuocationem omnino præiudicant principali. Pedemon. decis. 39. num. 38. Rota Ianuen. decis. 110. num. 2. fuit dictum in Cochen. limitū. 17. Decemb. 1593. coram bon. mem. Card. Blanchetto. & in Marsilien. pecuniaria 6. Iunij 1611. coram Reuerendiss. Bononien.

DECISIO CORAM
Reuerendiss. D. Sacrato.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 4. Martij 1613.

Resolutum fuit, non probari Horatium habuisse scuta quingenta. nam tota probatio reducitur ad testes, per quos præten
33 ditur probata confessio extraiudicialis Horatij de habitu istarum pecuniarum, quæ confessio de æquitate canonica probari dicebatur ex Put. decis. 52. lib. 2. cum alijs allegatis. quos testes non releuare Domini censuerunt, ex eo quod sunt singulares, non autem contestes loco & tempore. vnde neque etiam de æquitate canonica. Castr. cons. 296. num. 3. libro 1. Paris. consil. 60. num. 45. lib. 4. Gabriel. conclus. 40. num. 18. lib. 2. Afflict. decis. 364. num. 4. Cæs. de Grass. decis. 97. num. 4. de senten. & re iud. Put. decis. 476. lib. 2. & fuit dictum in Romana pecuniaria 3. Maij 1595. coram bon. mem. Penia.

Et quantum ad singularitatem, primus te-
34 stis deponit, Horatium dum loqueretur cum Cleria cōfessum fuisse se habuisse pecunias ab Elisabetta ibi. *mi ha pur dato* 500. *scudi Elisabetta tua madre*. Secundus vero testis dicit pecunias fuisse per Elisabettam numeratas Horatio, & sic non sunt contestes, quia alter deponit de confessione, alter vero de effectuali numeratione facta non Horatio, sed Cleriæ. Et licet idem secundus testis deponat, Horatium altercantem cum Elisabetta dixisse se habuisse istas pecunias; attamen nec in hoc est contestis cum primo. quia primus deponit de sermone Horatij cum Cleria, secundus verò de sermone Horatij cum Elisabetta. Præterea primus dicit, quod quando Horatius prædicta loquebatur cum Cleria in cubiculo, Elisabetta erat in sala. secundus vero, quod Horatius dum dicebat à se relicta altercabatur cum Elisabetta in cubiculo Cleriæ. Tertius testis nec pariter est contestis, dum deponit de confessione Horatij. nam primi duo deponunt de die im-

immediate subsequente numerationem, &
quod adhuc Elisabetta plorabat, & alterca-
batur cum Horatio super hoc. Tertius vero
testis deponit de tempore post, & quod Eli-
sabetta iam erat reconciliata cum Hor. ibi.
*la mattina seguente mi disse Elisabetta essere
stata sforzata dare li detti scudi* 500. *& che
detto Horatio gl'haueua fino dato delle bot-
te, &c.* & postea subiungit, *& doppo più
volte mi sono trouato in casa, &c. & men-
tre Horatio diceua queste cose, già era repa-
cificato con Elisabetta, &c.* Quartus testis,
neque ipse concordat cum primis. dicit enim
quadam die Petrũ tertium testem fuisse cum
Horatio, & Elisabetta plorante, & quod di-
ctus Petrus requisiuit Horatium, vt faceret
quietantiam Elisabettæ. qui Horatius nega-
uit facere, asserendo quod Elisabetta dede-
rat sibi pecunias per forza, & quod dictus
Petrus de hoc contendebat cum Horatio,
istud dictum non concordat cum confessio-
ne, de qua per secundum testem. quia illa
fuit facta postquam Horatius erat reconci-
liatus cum Elisabetta, ibi. *già era ripaci-
ficato con Elisabetta, & tutti stauano in pa-
ce.* iste autem quartus testis deponit, quod
Elisabetta plorabat, & Petrus contendebat
cum Horatio.

35 Prędictis accedebat magna inuerisimili-
tudo, quod Elisabetta mutuauit gratis, &
siue quietantia scut. 500. cum esset vxor ma-
riti pauperis, & qui non soluebat propria
debita, vt probatur per informantes pro Ho-
ratio. Nec apparet quod ipsa Elisabetta
haberet vltra dotem datam marito, nec
præsumitur habuisse, iuxta notat. in l. Quin-
ctus. ff. de donat. inter virum, & vxorem.
quia maritus conuentus ab Horatio pro so-
lutione alimentorum, præstitorum sibi &
Elisabettæ vxori, nullum verbum de com-
pensatione, sed petijt dilationem cum tan-
36 tum esset conscius prætensi mutui, vt dicunt
testes, nec sit verisimile, quod Elisabetta,
quæ cum viro commorabatur, ignorauit peti-
tionem Horatij super proprijs ipsius Elisabet-
tæ alimentis. Accedit longa taciturnitas Eli-
sabettæ in repetendis pecunijs, & quod nec
37 Elisabetta habebat quietantiam. Vnde mi-
nus est verisimile, quod permitteret vete-
rari creditum, iuxta etiam auaritiã sexus mu-
liebris. ad not. per Glos. in l. si à sponso.
§. quod si sponsa. verb. raro accidit. C. de
donat. ante nupt. Bald. consil. 366. nume-
ro 5. lib. 2. Alex. cons. 144. n. 10. lib. 5. Pa-
ris. cons. 537. n. 12. cum pluribus seqq. li. 4
Menoch. de præsump. li. 3. præsump. 136. n. 7.
Et proinde cum multũ circumspecte pro-
38 cedendũ sit in istis confessionibus extraiudi-
cialibus, quæ plerunque ab hominibus fiunt
sine animi deliberatione, causa ioci, vel io-
cantiæ, vel studio benedicendi, aut male-
dicendi, vel ipsius solæ loquacitatis calo-
re, atque interdum cum mulierculis, vel in-
ter conuiuia, & commessationes. Vnde cum
conclusio, quod confessio extraiudicialis
probet, sit fundata in mera æquitate, vt pa-
tet ex supra allegatis, ex quo regula iuris ci-
uilis est in contrarium, vt per glos. in l. v-
nic. verb. soluere. C. de confess. Oldrad.
consil. 291. num. 3. Signorol. cons. 33. nu-
mero 2. Alciat. in rubrica. ff. de verborum
obligat. num. 13. Curt. iun. cons. 168. num.
1. multum debet deferri Iudicis arbitrio in
ponderandis circunstantijs facti. quia cum
38 æquitas non habeat certos terminos consti-
tutos à lege, relinquitur Iudicis arbitrio illius
æstimatio. l. 1. ff. de iure delibe. l. vnica.
§. expilatores. ff. de effractor. l. sanctio le-
gum, & ibi glos. ff. de pen. Glos. fin. in cap.
finem litibus. versic. hoc est generale. de do
lo & contum. late Menoch. de arbitrio Iudi-
cis. lib. 1. quæst. 11. num. 1. & per totum.
sicut etiam in materia probationum eidem
arbitrio multum defertur. §. ideoque diuum.
& §. eiusdem. ff. de testibus. §. si vero aliquod
auth. de instrum. caut. & Crauett. consilio
78. num. 7. & seqq. Menoch. de arbitr. iud.
cas. 90. num. 1. & 2.

Ita arbitrati sunt Domini in proposito ca-
su, &c.

DECISIO CORAM
Reuerendissimo Comitulo.

Romana Pecuniaria.

Veneris 5. Maij 1589.

29 FVit concorditer resolutum cessionem per
D. Macafassum factam Octauio contra
Balduinum, esse simulatam, & nullam, vt ex ca
agi non possit. nam cessio facta ex causa, si
de veritate causæ aliter non constet quam
per confessionem cedentis, præsumitur simu-
lata. l. per diuersa. vbi Bartol. num. 11. &
l. ab Anastasio. vers. 2. ipsa persoluit Conrad.
Salic. l. 2. colum. vlt. C. ne lit. pendent. Soc-
cin. cons. 18. num. 10. lib. 1. Rom. consil.
86. num. 9. Soccin. iun. de Com. cons. 97.
num. 70. lib. 1. add. ad decis. 1. de alienat.
iud. mut. cau. fact. in nou. Put. decis. 22. li-
bro 3. Peregr. decis. 41. lib. 2. cum alijs cu-
mulatis per Gabriel. de action. concl. 5. nu-
mero 21. de act.

Sed

Sed Macafassus cessit scuta 1950. vt dixit mutuata Balduino die 12. Aug. anni 1586. & restitui promissa in diuersis terminis pro to tidē ducatis, quos confessus fuit realiter recepisse ab Octauio ex causa cessionis prædictæ per medium Banchi D. Bernardini Olgiati, neq; aliter de hac numeratione constat, ergo cessio simulata.

Nec enim probat numerationē annotatio extracta ex manuale Bāchi D. Bernardini, in qua Macafassus, sub die 9. Sept. eiusdem anni creatur debitor 1980. ducatorum pro totidē per ipsum mutuatorū Balduino. Tū quia alia est persona D. Bernardini creditoris, alia Octauij cessionarij, & non possit intelligi per viam liberationis breui manu facta solutio ab Octauio Macafasso. ad l. singularum. ff. cert. petat. Tum quia libri mercatorum non faciunt fidē
40 contra tertium. Caputaq. decis. 155. par. 2. & multo minus adnotationes ex manuali. Rot. Ianuen. decis. 1. n. 23. Est etiā nulla huiusmodi cessio, quia cum debeat constare de debito, quod ceditur iuxta decis. Peregr. 50. libro 2. cum alleg. per informantes, de hoc debito Balduini cesso hactenus non constat.

. Nec dicatur, mutuum probari per publicū instrumentum confessionis sub die 12. Aug. quod inducit probationem manifestam. l. cū precibus. C. de probat. Bal. conf. 215. n 3. lib. 2. Ruin. conf. 12. n. 1. lib. 4. Crauett. cōs. 35. in fine. quia cū talis confessio sit relatiua ad ban cū de Olgiatis, non probat nisi receptio pecuniæ verificetur ex bāco. ad tex. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Bal. in l. 1. C. de fid. instr. in princ. Atque si attēdirur adnotatio Banchi sub die 9. Septemb. ex ea quatenus vera sit, detegitur simulatio. confessio enim præcessit
42 numerationi per tres dies, quod est argumentum simulationis. Bal. in l. ab Anastasio. nu. 5. Rom. conf. 445. n. 2. quatenus verò falsa arguatur, ex eo quod adscribitur, Balduino factam fuisse numerationem Neapoli die 9. Septembris, quo die Balduinum ex graui morbo decubuisse Viterbij attestantur Medici, & multi ciues Viterbienses, corruit fides annotationis. Bal. l. scriptum. de fid. instr. Soccin. conf. 277. col. pen. vers. primo quia cōcordia. lib. 2. Tiraq. in pręfat. l. si vnquam. n. 48. C. de reuocan. donat. & debitum confessum euanescit. arg. l. Clemens. §. fin. de hæred. instit. Crauet. conf. 230. num. 2.

. Neque multum coadiuuatur fides adnota-
43 tionis ex prætenso ordine sub die 17. Aug. dato ipso bāco per Macafassum, vt solueretur dicta quantitas Balduino, qui ordo postea repertus fuit in filcia. quia si Balduinus pecunias recepisset, adscripsisset etiā quietantiam iuxta stylū. Præterea, cum hæ scripturæ prouениant à personis de quorum interesse agitur, & quod Octauius dicat habere curā, & generalem administrationē in banco, tenuē contra tertium producunt auctoritatem. ad nor. per Bar. in l. differre. nu. 2. de iure fisci. vt in l. repetita. de fid. instrum. & in l. Seia. vbi Castr. in princip. ad Velleian.

Cum igitur debitum cessum ita se habeat
44 illud nō esse indubitatum, quale requiritur vt excludat pręsumptionē simulationis. ex traditis per Corn. conf. 263. Castr. conf. 292. in fin. li. 2. Crescen. decis. 207. & fuit dictum in vna Esina bonorum. 8. Iunij 1584. coram R. P. D. Gypsio.

Nec iuramentū adiectum impedit quo minus cōtractus arguatur simulatus. Socin. cōs. 264. n. 11. li. 11. causā autē simulationis in cō
45 fessione Balduini, illa considerabatur per nōnullos ex Dominis, vt opponit de statu firmiore Macafassi, quæ ad decoctionem aliqui inclinabant, apparente hoc credito, aliquo modo sustentaretur.

Quod enim absq; vlla spe lucri Mercator proximus decoctioni tantā pecuniæ quātitatē eo modo mutuauerit, prorsus inuerisimile visum fuit. arg. à solitis. iux. l. certi conditio. §. si numeros. ff. si cert. pet. l. quod si nolit. §. qui assidua. de ædilit. edict. & ita cōclusum cessionē. de qua agitur, omnino inutilē esse D. Octauio ad agendum contra D. Balduinum,

Placuit tantum ad proban. absentiam à Ciuitate Neapoli die 9. Septemb. 1586. ipsius Balduini testes aliquos formiter examinādos.

ARGVMENTVM.

CENSVS dicitur simulatus, & in fraudem vsurarum celebratus, quando pecunia in eo numerata, deseruiuit tantum loco monstræ, & fuit emptori censūs restituta, in infrascriptis responsis magistraliter declaratur articulus.

SVMMARIVM.

Instrumentum Camerali obligatione vallatū, facit probationem claram, & rem manifestam, nu. 1.

Pecuniam fuisse numeratam vbi constat, census non potest dici simulatus, num. 2.

Instrumentum non reprobatur per testes qui non sint omni exceptione maiores. n. 3. 13. & 39.

Pecunia vbi fuit numerata in instrumento census, sed postea restituta in extinctionem alicuius debiti ex alia praexistenti causa, census non potest dici simulatus, num. 4. & 5. Declara vt num. 32. vide num. 49. & seq.

Cen-

Census creatus ex creditis veris & realibus, sustinetur etiam quod pecunia non fuerit numerata, num. 6. & num. 18. 19. & 20.
Negatiua solutionis, probari debet per allegantem, nu. 7. & num. 24.
Simulatio numquid præsumatur ex non solutione per longum tempus, num. 7. & 8. & num. 24. & seqq. & num. 37. 38. & seqq.
Simulatio probari debet per efficaces & dilucidas probationes, n. 9. contra. n. 27. & 30. & n. 53 & seqq.
Exceptio simulationis non impedit exequutionem Cameralis obligationis, num. 9.
Iuramentum tollit exceptionē simulationis, n. 10.
Simulatio plene & concludenter, & non per coniecturas probanda est, quando opponitur aduersus instrumentum, n. 11. Declara vt n. 29. 39. & 40.
Testis deponens de facto proprio, vt plene probet cum adminiculis, debet esse omni exceptione maior. nu. 14. 41. & seq.
Archiuij probatio non suffragatur nisi inter subditos, & in territorio in quo adest Archiuium, num. 15.
Laceratio scripturarum, præsumitur facta ab eo cuius interest, num. 16.
Simulatio census, non censetur probata ex restitutione pecuniarum numeratarum, nisi eadem restitutio fuerit facta incontinenti post contractum, nu. 17.
Præsumptio simulationis, excluditur ex qualitate personarum, num. 20.
Soluisse non dicitur quando præcessit pactum, vt soluta pecunia restituatur. Declara nu. 22. 23. & 49.
Simulatio non præsumitur ex sola correspectiuitate, num. 23.
Simulatio probatur per vnicum testem, num. 28.
Testis vnicus probat in materia difficilis probationis, n. 28. saltim iuncto iuramento in supplementum. d. n. 28.
Contractus dicitur simulatus, quando pecunia in eo numerata, fuit statim restituta, nu. 30. 31. & seqq. vide num. 47. & seqq. & 57.
Præsumptiua probatio sufficit in his quæ sunt difficilis probationis, num. 56.
Simulatio probatur duabus, & ad summum tribus coniecturis, num. 55.

CONSILIVM CCI.

1 ANDATVM videtur relaxandum pro fructibus census, de quo in publico instrumento obligatione Camerali vallato, quod facit probationem claram, & rem manifestam. c. cum dilecti. vbi Abb. n. 3. de donat. Bald. in l. interest. nu. 2. C de solut. Bart. in l. 1. num. 8. ff. de oper. no. nunc cum vulg.

2 Neque obstare videtur, quod census fuerit simulatus in fraudem Bullæ Pij V. sub eo prætextu, quod verè ex tot debitis quæ habebat D. N. contractus fuerit, non autem in pecunia numerata, iuxta depositionem vnius testis ex aduerso examinati. nam cum de numeratione constet ex dicto eiusdem testis, & ex ipso instrumento, iuxta doctrinam Bart. in l. singularia. n. 22. vbi Ias. n. 48. & Dec. nu. 33. ff. si cer. pet. quam Rota in terminis census sæpe secuta est, & signanter in Beneuent. census 18. Martij 1613. coram Reuerendiss. Decano.

3 Ideo Primo nihil facit depositio d. testis, tum quia est vnicus, cum tamen in ore duorum vel trium stet omne verbum. l. vbi numerus. ff. de testib. cum vulg. tum etiam quia pariter diuersas exceptiones, de quibus in facto. & propterea non potest dici omni exceptione maior, prout esse debet ad istum effectum. l. optimam. ad fin. vbi Bald. C. de contrah. & commit. stipul. Ias. cons. 124. n. 2. ad fin. vers. ad istud obiectum. lib. 1. & fuit decisum in Foroliuien. census 13. Nouembr. 1589. coram Litta. & in Rom. census 8. Martij 1610. coram Reuerendiss. Bonon.

4 Deinde, etiam si id totum quod deponit iste testis, esset probatum per duos contestes, tamen nihil releuaret. quia nihil impedit quo minus potuerit census verè & realiter contrahi cum interuentu pecuniæ numeratæ, quæ postea eidem emptori census fuerit restituta in extinctionem debiti ipsius venditoris census, vel aliorum. imò ista præexistens causa, quæ vera fuit, excludit omnem simulationis & fraudis suspicionem, iuxta allegata in Romana census 16. Nouembris 1604. coram Reuerendissimo Bononien. & in alia Romana census 8. Martij 1610. coram eodem, quarum particulæ dantur.

5 Quamuis enim fuisset conuentum, quod pecuniæ solutæ pro censu, illico soluerētur eidem emptori, & ideò videri possent non solutæ, iuxta text. in l. qui sic soluit. ff. de solut. tamen secus est quotiescunmque etiam ex momentanea traditione acquiritur aliquod commodum parti. tunc enim non potest dici pecunias non fuisse solutas, prout isto causa, in quo ex illa traditione fuit translatum dominium pecuniarum in venditores census, qui postea ex illis receperunt commodum extinctionis proprij vel aliorum debiti. Bald. in l. si tibi. num. 1. vbi Alex. num. 5. Ias. num. 10. & Dec. in fin. ff. si cert. pet.

& in proprijs terminis fuit decisum in Romana census. 10. Ianuarij 1605. coram Illustriss. Lancellotto. & in dicta Beneuent. census cotam Reuerendiss. Decano, vt in particula.

6 Vlterius, vbi etiam ex ipsis creditis contractus fuisset census, cum tamen constet ex depositione eiusdem testis, illa vera fuisse & realia, adhuc etiam in terminis Bullę Pij V. posse sustineri. decisum in Beneuentana census 29. Martij 1593. coram Card. Pamphilio, & in Eugubina census. 10. Februar. 1597. cotam Litta.

7 Nec obstat, quod magna suspicio oriatur contra istum censum, qui ab anno 1582. citra non fuit exactus. nam vltra quod de anno 1586. fuit actum pro fructibus, & obtentum relaxari mandatum, (quod postea non fuit exequutum propter litem criminalem motam contra D. N. super prętensa simulatione. cum enim esset diues & senex, noluit se subijcere carcerationibus, & criminalitatibus, quas homines ingenui aufugere solent) dicitur etiam primo, de hac negatiua non constare, quia si exactum fuisset, quietantiæ essent penes aduersarios, vt fuit ponderatum in dicta Rom. census 26. Nouembt. 1604. coram Reuerendiss. Bonon.

8 Præterea, istud etiam nil releuaret, quia alias frustratoriæ essent præscriptiones, si ex eo solum quod per multum tempus creditor non exegerit, resultaret præscriptio aliqua satisfactionis vel simulationis. Rot. dec. 788. nu. 11. par. 1. Surd. de alim tit. 1. q. 42. num. 92. & seqq.

9 Vltra quod ad probandam simulationem, requiruntur efficaces & dilucidæ probationes. Caputaq. decis. 163. p. 3. & fuit dictum in prox. alleg. Rom. census. in qua etiam fuit additum, quod cum agatur de executione obligationis Cameralis, illam non debet impedire exceptio simulationis.

10 Accedat etiam, quod cum aduersarij in instrumento iurauerint, omnia in instrumento contenta esse vera, non possunt modo dicere, censum fuisse simulatum vel vsurarium, absque absolutione à iuramento. quod cum facient vti periuri sunt à limine iudicij repellendi, vt in terminis fuit decisum in Beneuentana census. 16. Decembris 1594. coram Card. Mantica. quæ datur. Ex quibus &c.

Antonius Cerrus Aduocatus.

In eadem causa secundum responsum.

11 Fvndat suam intentionem D. N. super reali numeratione pecuniarum in instrumento census, ideoque si aduersarij prætendunt illam fuisse simulatam, tenentur id probare plene, & concludenter, non autem per coniecturas, ex alleg. per Becc. consil. 52. numero 4. & Farinac. de simul. q. 162. num. 132. qui licet num. seq. contrarium teneat, non est curandum de eius auctoritate, cum Rota secus teneat, vt ibi per eum. & in Romana census 10. Ianuarij. 1605. coram Illustrissimo Lancellotto. & in Romana census 17. Maij 1600. coram Illustriss. Card. Millino.

12 Quæ probatio non extat in casu isto, nam vnicus testis fuit examinatus, qui non probat. tum quia est vnicus, qui plenè non probat, etiam de facto per ipsum tractato, non concurrentibus adminiculis, ex alleg. in alia.

13 Tum etiam, quia patitur diuersas exceptiones in facto alias relatas. & tamen vt probet contra publicum instrumentum, in quo asseritur omnia in illo contenta esse vera, esse debet omni exceptione maior, iuxta distinctionem factam in Parmen. Status, vt per Cardin. Seraph. decis. 1191. num. 4. & in terminis nostris in Foroliuien. census. 13. Nouembris 1589. coram D. Orano. vt in particula data.

14 Imò ex eo solum quod sit vnicus, etiam vt plenè probet cũ adminiculis, requirirur quod sit omni exceptione maior, vt post alios tradit D. Farinac. de testib. q. 63. cap. 4. num. 213. & 215.

15 Nec obstant adminicula. nam scripturæ quæ asserũtur extractæ ex prætenso Archiuio N. nihil omnino probant, quia Archiuium non operatur nisi inter subditos, & in territorio illius Ciuitatis, hic autem versamur extra territotium, & D. N. non est subditus. Felin. in capitulo ad audientiam. numero 12. de præscript. Caputaquen. decis. 42. num. 1. par. 1. Put. decis. 185. num. 1. lib. 3. Card. Seraph. decis. 642. num. 1. & custos etiam est suspectus, cum agatur de interesse Communitatis, & nonnullorum particularium, ideoque multo minus probat. Put. decis. 25. de fid. instrum. Anton. Aug. in epit. eod. tit. num. 22. Rot. decis. 183. nu. 4. & 5. parte 2. diuers.

16 Prçterea, istę scripturę sunt valde suspectæ, cũ fuerint laceratę ex lib. originali, in quo tepe riebãtur compaginatę, vt patet ex foliatione, ideoq. vel d̄bebat extrahi copia parte citata, & cũ Iudicis decreto, vel erat producẽdus totus li-

libet, in quo potest aliquod extare, quod faciat in contrarium, alias enim sic præsumitur contra aduersarios. Bald. cons. 406. ad fin. lib. 4. Aym. cons. 134. num. 17. & cons. 172. num. 6.

17 Vlterius quando etiam scripturæ probarent, nō video in quo adminiculentur testi, in eo quod deponit, pecuniam fuisse restitutam post nonnullas horas, in quo consistit punctus simulationis. quamuis enim per venditores cēsus actum fuisset contra debitores N. & Iudex decretum fecerit, quod illi tenerentur ad fructus census, vt dicunt scripturæ, non tamen sequitur, quod loco pecuniatum per N. fuerint incontinenti data nomina debitorum exigenda. tum quia post censum legitimè creatum, potuit per vēditores solui pecunia recepta eidem emptori ex interuallo, & sine fraude, ad liberandum debitores ex propria voluntate venditorum. tum etiam quia id potuit fieri ex conuentione inter debitores & venditores census absque aliqua participatione emptoris. vt etiā est verisimile, posteaquā Iudex voluit illos teneri ad fructus census pro rata debiti, quod facere non potuisset si conuentio non interuenisset. solū enim potuisset ab eis repeti solutū actione negociorum gestorum. ideoq. cum ex dictis scripturis non probetur restitutio pecuniarum incontinenti facta, ex qua oritur correspectiuitas, nullum adminiculum præstant testi, nec concludūt simulationem, prout necesse est. Caputaq. decis. 163. per tot. pat. 3. & fuit dictum in Rom. census 26. Nouembris 1604. & in alia 8. Martij 1610. coram Bononien.

18 Denique quando verum est nō solum id quod continetur in scripturis, sed etiam id totum quod deponit testis, nō sequeretur censum esse simulatum, & vsurarium, quia cum appareat verè & realiter, Communitatem & alios fuisse debitores, potuisset fieri conuentio quod census crearetur ex pecunijs realiter numeratis, & quod postea ex illis soluerentur debita Communitatis, & aliorum, vt in supra alleg. decis. fuit resolutum, quarum copiæ datæ fuere.

19 Non obstat, quod prædictæ decisiones loquantur, quando debitor ipse vendit censum vt soluat proprium debitum, nam ego non video rationem diuersitatis inter vnū & alterum casum. quia cum Bulla Pij V. requirat numerationem, si numeratio præsumitur simulata ex vicinitate temporis, & correspectiuitate, vt in decis. Senogallien. census coram Penia ex aduerso alleg. eadem ratio intraret in vēdente censum, & soluente proprium debitū. & tamen quia iste census verè potest contrahi mediante pecuniæ numeratione, & postea solui proprium debitum etiam ex conuentione cessat simulatio, vt in decis. sup. alleg. vnde eodem modo debet posse solui debitum alienum, etiam ex conuentione, & cessare simulatio.

20 Et nihilominus istud non esset debitum omnino alienum, sed partim propriū, vt deponit d. testis, iuxta 46. partim verò Communitatis. quod cum ad omnes spectaret, ijdem priores rogare fecerunt eundem D.N. vt illis daret ad censum pecuniās per eos debitas, prout factum fuisse deponit dictus testis iuxta 38. omnino videndus. vbi addit, quod D.N. dixit se id facturum si fieri posset de iure, prout postea dixit D. N. fieri posse, ex qualitate huiusmodi personarum excluditur præsumptio simulationis. Becc. d. cons. 52. & seq. cum alleg. per D. Fatinac. d. q. 162. num. 172. & seq.

21 Præsertim verò, quia potuit etiam iste census vendi per aduersarios pro ipsis debitoribus, qui recognouerunt postea bonā fidem, & fructus soluere teneantur, vt probatur ex decreto de quo in dictis scripturis, & ex d. teste, iuxta 42. vbi etiam iuxta 43. addit, censum fuisse ab aduersarijs venditum sponte, & absque vlla fraude, quia ipsi non erant homines qui possent ab aliquo decipi.

22 Nec obstat, quod pecuniæ nō possunt dici translatæ in dominium venditorum census, quia D.N. mitteret testem ad illos associādum, vt postea restituerent. nam istud factum fuit ad euitandū numerationem pecuniarum, vt deponit idem testis iuxta 40. ibi, *& per non hauer fatica poi à ricontarli &c.* & cum restitutio fuerit facta ex noua causa, scilicet pro extinguendo debito, partim proprio partim Communitatis & aliorum, & sic attulerit vtilitatem, cessat dispositio l. qui sic soluit. ff. de solut. vt fuit dictum in Bonon. census 24. April. 1600. coram Card. Pamphil. & in Beneuen. census 24. April. 1613. corā Burratto. quæ alias datæ fuere.

23 Non obstat decis. Senogallien. quia ibi præcesserat venditio merciū, quæ datæ præsumebantur loco pecuniarum, & hic nō fuerunt datæ merces, sed sumus in claris quod fuit numerata pecunia ex verbis instrumenti, & depositione eiusdem testis. vltra quod ex sola correspectiuitate non videretur etiam præsumenda simulatio in fraudem vsurarum, vt fuit dictum in supra allegata Bonon. census coram Card. Pamphilio.

24 Denique non obstat taciturnitas. Primo, quia de illa nō constat, & tamen debet probari per fundantem se in illa, neque in hoc est sumēda probatio ab eodem teste, de quo adminiculando agitur, vt deduxi in alia. vltra quod idem testis iuxta 44 dicit esse posse, quod N. fructus exegerit, vt etiam repetit super 5. additionali.

25 Secundo. Quia si D.N. tacuisset, id fuisset propter timorē monitorij criminalis sibi præsentati ad euitādū molestias, vt idē deponit iuxta 44. ac super 4. & clarius super 5. vbi addit. sciebat enim ius suū saluū esse, & fructus currere, vt dixi in alia.

26 Tertio, quia cum d. N. citare fecerit aduersarios de anno 1588. & deponit idem testis super tertio, & constat de mandato relaxato, licet postea tacuerit propter timorem criminalitatis, tamen nihil

nihil releuat, postea quam semel fuit interrupta præsumptio, quæ & ipsa interrumpitur per citationem, sicut præscriptio. Card. Seraph. decis. 36. num. 1. & decis. 792. num. 5. Ex quibus &c.

Antonius Cerrus Aduocatus.

In eadem causa tertium responsum.

27 PRo resolutione præsentis dubij, prius firmandum est factum, & postea videbitur an inde resultet nullitas census. Factum ita se habet. D.N. erat creditor Cōmunitatis N. & particularium in scutis 250. hoc creditū cessit D.N. & litis consortibus, qui imposuerūt cēsum similis omnino summæ ad fauorē eiusdē N. In quo censu, licet interuenerit numeratio pecuniæ pro mōstra, nihilominus incontinenti fuit eadem pecunia per eosdem venditores census restituta eidē N. seu eius factori. de hac serie facti, deponit idēmet testis qui erat agens & factor partis aduersæ, & per cuius manus totum hoc negotium transiuit, & propterea plusquam semiplenam probationem facit. & concurrentibus aliquibus circumstantijs facti, quę in hoc casu plures in informatione facti enumerantur, plenè probat. Rimin. Sen. cons. 392. n. 13. Crauet. cons. 491. n. 11. Verall. decis. 267. n. 271. par. 3. fuit dictum in Rom. pensionis domus 22. Iunij 1587. coram Mantica. Maximè verò in hac materia simulationis, quæ tāquam difficilis probationis, leuioribus probationibus cōtentatur. Honded. post alios cons. 46. n. 11. lib. 1. cum infinitis cumulatis per Farinac. de falsit. quæst. 162. num. 47.

28 Et in specie vnicum testem sufficere dicit Menoch cons. 39. n. 11. Ioseph. Ludou. in suis cōcl. de simulat. concl. 25. & in pūcto, de teste negotiorum gestore & factore, Decian. cons. 62. sub n. 22. vers. quarta ergo. lib. 3. prout regulare est in materia difficilis probationis, quod vnicus testis sufficiat. Farinac. post relat. de testib. q. 63. nu. 38. Vel saltem vnus testis sufficit ad deferendum iuramentum in supplementum, vt in hac materia simulationis. Farinac. de falsit. quæst. 162. num. 131.

29 Nec obstat, quod cum agatur de impugnando instrumento, requirantur apertissimę probationes. nam aduertendum est, quod non impugnatur instrumentum, sed imò dicitur omnia in eo contēta oculariter in celebratione instrumenti interuenisse, & ideò benè notarius de illis attestatus fuit, sed dicitur, quod partes inter se occultè conuenerunt vt pecunia solum interueniret, vt vulgo dicitur, pro monstra. in quo nihil leditur fides notarij, & testium, à quibus dependet tota fides instrumenti, vt optimè distinguit Farinac. videndus de falsit. q. 162. n. 133. & sensit Rot. post cons. Farinac. lib. 1. decis. 140. sub nu. 10. vers. prout nec obstat.

30 Ex hoc facto ita firmato, resultat inualiditas census. in substantia enim pretium census fuit cessio illa crediti correspondentis omnino summæ pretij census constituti. & pecunia illa solum interuenit pro monstra, vt in specie fuit decisum in Senogallien. census 26. Aprilis 1591. coram Penia, prout in copia. quę decisio resoluit præsens dubiū, nā ibi duo solum concurrebant. primo, quod fuerat eadē die facta venditio quorundam bonorum cum ijsdē creditoribus census. secundo, quod pretiū dictorum bonorum erat omnino eiusdē quantitatis cū quantitate census creati. & ex his duabus coniecturis fuit dictum, quod cēsebatur alter contractus alteri inesse, & ex hoc census fuit declaratus nullus. in instrumēto autē census, nedum concurrunt ambæ istæ coniecturæ, sed quāplures aliæ bene in facto ponderatæ. & præsertim illa, quæ est maxime ponderanda, scilicet instantanea restitutio dictę pecunię, & eidem emptori census, quæ circūstantia in dicta Senogallien. deficiebat.

31 Quod enim constat de huiusmodi instantanea restitutione inter eosdemmet contrahentes, censetur simulata solutio pecuniæ pro sola monstra, non autem ad effectum transferendi dominium, & possessionem, bene Rim. Sen. cons. 407. nu. 7. & seq. Paris. cons. 86. n. 30. lib. 3. Decian. cons. 62. n. 24. lib. 3. bene etiam Sim. de Pret. cons. 120. n. 36.

32 Nam censetur inter partes conuentum antequam dicta pecunia numeraretur, quod statim illa numerata restitueretur, nō autē præsumitur facta restitutio ex noua causa. Bal. in l. per diuersas. n. 44. C. mād. vbi propterea dicit, quod in materia l. per diuersas, quæ requirit pretium in cessione actionis, quod si idē pretiū appareat restitutum cedēti, censetur ficta cessio, late Sim. de Pret. d. cons. 120. n. 36. & Rimin. Sen. d. cons. 407. n. 7. & seq.

33 Ex quo resultat, quod nō interuenit pecunia nisi pro simplici monstra, vt notarius posset attestari de actuali, & interuētu, & numeratione. quod nō sufficit pro validitate cēsus, vt dixit Rota in Assisien. pecuniaria 7. Maij 1610. & 28. Ianuar. 1611. corā R.P.D. Māzanedo, vbi Rota propterea declarauit censum nullū, & Rot. in d. decis. relata Farin. post 1. lib. consil. decis. 140. sub nu. 10. ibi. & vnus testis deponit, pecunias solum fuisse ostensas.

34 Nec dicatur, quod in hoc casu vltra ostensionē instrumēti etiam numeratio, nam illa numeratio, quæ non tendit ad translationē dominij & possessionis, habet vim simplicis monstrę. cum magis sit attēdendū id quod vere agitur, quā quod simulatè cōcipitur. l. 1. & l. multū interest. C. si quis alteri.

35 Non obstat, quod instantanea restitutio non impediat veram & realem solutionem, quando ex momentanea restitutione aliquod commodum acquiritur parti, ad quod ex aduerso alias solet allegari decisio Beneuentana census 8. Martij 1610. coram Illustrissimo Ludouisio, relata per Farinac. in nouiss. impress. decis. 282.

36 Respondetur, quod ambæ decisiones loquuntur

tur de vẽditore, qui per prius erat debitor,& qui mediante restitutione dictarum pecuniarũ consecutus fuit liberationem. In hoc autem casu venditor census nõ erat per prius debitor emptoris census,sed debitũ prouenit ex illa cessione crediti, & sic in hoc casu de plano applicatur decis. Senogallien. corã Penia,in qua debitor non erat per prius debitor,sed tunc quando fuit creatus census, fuit factus debitor occasione emptionis bonorum. & d. decis. Senogallien. expressè approbatur in d. decis. Illustris. Ludouisij,& ibi solum respondetur non applicari,quia ibi multa concurrebant,in nostro autem casu, nedum eadem quæ in casu dictæ Senogallien. concurrunt, sed multo plura, vt supra ponderaui.

37 Demum simulatio d. census maximè arguitur ex diuturnitate tanti temporis,scilicet 28.& plus annorum, quo toto tempore aduersarius nunquam aliquid petijt, imo facto eidem monitorio super nullitate d. census, semper ab inde citra tacuit. ex qua taciturnitate tanti temporis oritur maxima præsumptio inualiditatis dicti census alias verisimiliter dictus D. N. non fuisset negligens per tantum tempus in exigendo, ad tradita per Rot. decis. 788. nu. 2. pat. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. num. 19.

38 Tanto magis,quia dicta taciturnitas prouenit non ex negligentia & inaduertentia, sed ex deliberato Consilio D. N. affinis D. N. de omnibus optimè informati. quem verisimile est optimum Consilium dedisse dicto D. N. & propter vinculum affinitatis, & propter notam probitatem, & peritiam illius. Ex quibus &c.

O. Beltraminus Aduocatus.

In eadem causa quartum responsum.

39 Quod primò obijcitur, testes esse non debere omni exceptione maiores,quinimò non idoneos sufficere ad probandum simulationem, procedere potest vbi non ageretur de probanda simulatione contra instrumentum clarè loquens,at secus vbi ageretur contra instrumentum.quia cum faciat probationem probatam, requiruntur testes omni exceptione maiores, vt ita dictum Prob. ad Monach. in c. 1. n. 11. de testib. in 6. declarauit Rot. in Parmen. Status apud Card. Seraph. decis. 1191. n. 4. & in terminis simulationis in contractu,fuit dictum in Foroliuien. census 13. Nouembr. 1589. coram Orano,vt in particula,& in Rom. census 8. Martij 1610. coram Reuerendiss. Bonon. cuius copia fuit data,vbi etiam allegantur aliæ decisiones.& quod requirantur concludentissimæ probationes ad probandum huiusmodi simulationem, fuit etiam in terminis decisum in alia Rom. census coram Illustriss. Millino, quæ etiam datur.

40 Ideoque non releuant auctoritates Mascard.& Farinac. in contrarium alleg. quia magis est deferendum auctoritati Rotæ in tot decisionibus, & terminis nostris præcisis simulationis in casu ratione defectus numerationis pecuniæ. & possunt etiam intelligi vbi ageretur de probanda simulatione eius quod non continentur in publico instrumento, iuxta distinctionem Rotæ in d. Parmen. status.

41 Et nihilominus vbi etiam non requirerentur testes omni exceptione maiores, quia agatur de probanda simulatione contra instrumentũ,adhuc is qui deposuit in hac causa non sufficeret, cum sit vnicus qui plenè non probat,etiamsi deponeret de facto per ipsum tractato. Castr. cons. 338. n. 3. in fin. vers. item non obstat. p. 1. Alex. cons. 192. num. 13. lib. 6. Aym. cons. 73. nu. 3. Gabr. de test. conclus. 1. num. 20. vers. contrarium. Caput. decis. 271. num..... par. 3.

42 Quamuis enim concurrentibus adminiculis, testis de facto proprio probet,istud tamen procedit vbi ille esset omni exceptione maior, alias secus, vt post alios latè tradit Farinac. de test. quæst. 63. cap. 4. num. 213. & 215.

43 Vltra quod isto casu, adminicula non sunt talia quæ sufficiant,prout in casu Decian. in ex aduerso alleg. cons. 62. n. 22. & seq. lib. 3. in quo concurrebant infinita ibi relata,quia hic cessant. sunt enim satis leuia,vt D. meus arbitrari potest,cuius iudicio istud remittitur,vt post alios tradit Farinac. d. quæst. 63. num. 222.

44 Nam quod venditores essent valdè pauperes; & in malo statu constituti, non facit quod valide contrahere non potuerint,prout cantat instrumẽtum. quod autem emptor diù tacuerit non probatur prout fieri debet,cum potuerit sibi aliquando satisfieri,& quietantiæ remaneant penes debitorem,vt fuit dictum in Rom. census. 26. Nouembris 1604. coram Reuerendiss. Bonon. alias allegat. & de simili taciturnitate ob quam arguebatur negligentia & omissio possessionis, fuit alias dictum in vna Mediolanen. fructuum 4. Decembr. 1585. coram Robusterio.

45 Nec obstat depositio dicti testis circa huiusmodi negatiuam,quia vltra quod valde suspecta est, non potest sumi adminiculũ ab eodẽ teste. Et vbi etiã probaretur ista negatiua non releuaret, quia taciturnitas procedere potuit ob negligentiam.& quod mihi valde verisimile videtur, potuit emptor tacere ad euitandas vexationes criminales, sciens nil illius suum saluum esse, quia alias frustratoriæ essent præscriptiones iuxta alleg. in alia.

46 Sed admissa, sine veri præiudicio depositione dicti testis pro vera, & plene probante, non tamen posset prætendi iste census simulatus in fraudem vsurarum. quia cum re vera interuenerint pecuniæ numeratæ, stant simul quod census verè,

rè & legitimè creatus fuerit, & postea emptores census voluerint easdem pecunias habitas, soluere venditori ad liberandos debitores. & fuit decisum in duabus decisionibus Roman. census supra allegatis, & in Beneuentana census aliàs allegara, & nunc datur copia alterius decisionis Romana census. 17. Maij 1600. coram Millino.

47 Nec obstat, quod pecuniæ fuerint numeratæ solum ad apparentiam, & vt dicitur pro monstra, ideoq. illa non releuet, vt per Rimin. Sen. cons. 407. num. 7. & seq. Paris. cons. 86. num. 3. lib. 3. Decian. resp. 62. n. 24. lib. 3. & Sim. de Pret. cons. 220. n. 36. & decis. in Assisien. pecuniaria. 7. Maij 1610. & 28. Ianuarij 1611. coram R. P. D. Manzanedo, quia illud in facto negatur, cum imò pecuniæ inseruierint ad effectum creandi censum verum, & legitimum, nec alias deponat restis.

48 Et licet prætendatur illas fuisse incontinenti restituras, tamen vltra quod, vt idem testis deponit, istud non fuit factum incontinenti, sed post nonnullas horas, nihil etiam obstat. quia potuit validè incontinenti fieri restitutio, & absque fraude, & simulatione, vt in decisione supra allegat. & cum restitutio habeat suam causam, ad effectum scilicet soluendi debitum quorundam particularium, ex vicinitate actus non potest induci correspectiuitas ad præsumendum delictum, vt fuit decisum in Bonon. census coram Cardinali Pamphilio.

49 Nec obstat l. qui sic soluit. ff. de solut. quia dispositio dictæ l. non procedit quotiescunque ex momentanea rraditione acquiritur aliquod commodum parti, vt ex pluribus, & fuit decisum in supra allegata Bononiensi census, & in Beneuentana census, vbi etiam allegantur aliæ decisiones Romana census coram Illustrissimo Lancellotro, & loquitur in fortioribus terminis conuentionis, vt patet ex lectura. quod commodum est euidens isto casu, quia si fuerit solutum debitum proprium, vt loquuntur omnes decisiones per me allegatæ semper idest cum soluendo alienum debitum, & actio contra ipsos. l. soluendo. ff. de neg. gest. cum vulg.

50 Nec obstat decisio Senogallien. census coram Penia, quia in illa prius fuerat celebratum instrumentum venditionis quarumdam mercium, & alia concurrebant, quę hic cessant, vt in specie fuit illi responsum in dicta Romana census 8. Martij 1610. coram Reuerendiss. Bonon.

51 Denique non obstat, quod iste census ita fuerit constitutus de consilio D. N. quia vltra quod istud etiam solum probatur per dictum testem potius fauore huiusmodi pacti, cum non sit verisimile, hominem illum insignem voluisse dare pessimum Consilium simulandi in fraudem vsurarum; tamen si illum potuerit consulere quod taceret quando fuit actum criminaliter contra eum, sciens quomodo se habeant vexati criminalitatibus, & quod ius suum semper saluum fieret. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypor. sol. cum vulg. Ex quibus &c.

Antonius Cerrus Aduocatus.

In eadem causa quintum responsum.

52 Visis doctissimis allegationibus Iuris Excellentissimorum Iuris Consultorum, Cerri, & Beltramini, & ab Amico interrogatus quid pro veritate sentiam, pro resolutione & responsione duas mihi faciendas inspectiones decreui. Prima scilicet, An simulatio, & coniecturis & præsumptionibus probetur, an verò eius probatio debeat esse concludens, & plena. secunda nunquid in casu de quo agitur, adsint tot præsumptiones, & coniecturæ, quæ simulationem, de qua agitur, concludenter probatam reddant.

53 Et quidem quo ad primam inspectionem dico, quod licet Caputaq. decis. 421. p. 2. dixerit, quod ad probandum simulationem aduersus publicum instrumentum requirantur probationes non præsumptæ, sed veræ, claræ, & concludentes. Rot. diuers. par. 2. decis. 69. nu. 2. vbi, quod simulationis causa concludenter probari debet, & in vna Mediolanen. simulationis coram Corduba 17. Maij 1599. relata post mea Consilia lib. 1. decis. 128. n. 1. vbi, quod simulationis probatio debet esse plena, & concludens, quod & idem voluerunt grauissimi plures Doctores per me relati in tract. de falsit. quæst. 162. num. 98.

54 Verior tamen, & magis communiter recepta est Doctorum sententia, quod scilicet simulatio coniecturis, & præsumptionibus deducta, plenè & concludenter probata dicatur, quam vltra Doctores per me relatos in dicta quæst. 162. num. 97. in criminalibus subsellijs etiã ad condemnandum esse practicaram, & pro veritate testari possum, eamq. & Rot. Rom. & omnes ferè Italiæ Rotæ amplexę fuerunt, vt videre est in vna Placentina vsurarum 8. Aprilis 1583. coram tunc Cardin. Aldobrandino relata post mea consilia decis. 29. & in alia Pracentina vsurarum. 1. April. 1588. coram Orano, post eadem consilia decis. 57. num. 1. & in alia coram Card. Lancellotto, Ciuitatis Castelli bonorum. 8. Februarij 1602. post eadem mea consilia decis. 140. nu. 1. vbi amplius quod ita pluries fuit in Rota resolutum, & coram Pegna Senogallien. census. 26. Aprilis 1591. & coram Illustriss. D. Card. Bononien. Rom. census. 26. April. 1604. & coram Reuerendiss. D. Decano. in alia Romana census 1. Februar. 1616. Francisc. Marc. decis. 48. n. 2. par. 1. Rot. Ianune. decis. 184. n. 8. Surd. decis. Mantuan. 23. nu. 17. & inter decisiones Regni Siciliæ Franciscus del Castillo decis. 72. n. 15. Garzias Mastril. decis. 50. n. 7. p. 1. Ex quibus dubitari

non

non potest hanc contrariam sententiam esse canonizatam, & in Sacra Rota Romana, & in alijs Italiæ Rotis.

55 Præsertim vbi agitur prout in casu nostro de commissa simulatione in fraudem vsurarum. tunc enim, quia duplex concurrit probationis difficultas, hoc ideò eo magis simulationem coniecturis probari est tex. in cap. ad nostram in verbo quod patet extra. de emptione, & venditione, & ibi Gl. in verbo patet. Innoc. in princip. in eodem verbo patet. Hostien. n. 5. Anchar. n. 2. in 3. notab. Imol. n. 4. Abb. n. 6. & 7. Anan. num. 3. & Ant. Burgos. in repetitione. nu. 30. & 31. vbi propterea dixerunt isto casu, probationem ex præsumptionibus & coniecturis resultantem, dici concludentem, & patentem. & ideò quandoque Rota dixit probationem simulationis debere esse plenam, & concludentem, satis dicitur probatio plena, & concludens ea quæ ex præsumptionibus, & coniecturis elicitur. l. licet Imperator. ff. de legat. 2. Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. Prætor ait. ff. de edendo. Seraphin. decis. 1267. n. 4. & decis. 1459. n. 5. & n. 12. Rot. coram Pirouano Anconitana hereditatis 23. Ianuarij 1615. & sic nullam video contrarietatem inter Rotæ decisiones supra allegatas.

56 Hæc autem contraria sententia, quam nunc profiteor, inconuincibili ratione nititur, quia negari non potest simulationem in vsurarum fraudem patratam, esse difficilis probationis, & leuior, & præsumptiua probatio. sufficit etiam ad condemnandum criminaliter, ex pluribus per me relatis in tit. de reo confesso, & conuicto. q. 86. n. 29. & seqq. Rot. diuers. decis. 95. num. 17. pat. 2. & decis. 289. nu. 4. par. 1. & decis. 95. nu. 17. pat. 2. & decis. 238. nu. 7. in nouissimis sub nomine meo licet falsò impressis. Seraph. decis. 660. num. 3. & decis. 763. n. 8. & decis. 572. n. 1.

57 Quod verò attinet ad secundam inspectionē, an scilicet in proposita facti specie adsint presumptiones & coniecturæ, simulationem factam in fraudem vsurarij census iuxta formam Constitutionis Pij Quinti, nempè quod pecunia, quæ in instrumento census dicitur numerata, inseruiuerit solù, vt vulgo dicitur, per mostra, & quod ferè incōtinenti, aut paulò post fuerit aduersario reportata, & eius loco venditori census consignata tot nomina debitorum, vnde concludenter vsuraria prauitas probata censetur secundum Bart. in l. vit ab eo. ff. de iur. dot. & Bal. in l. cum allegans. n. 11. C. de vsuris. Inter alias plures coniecturas, & præsumptiones de quibus plenè in informatione facti

58 Ea potissimum, & principaliter insurgit ex depositione N. agentis, & factoris ipsius aduersarij, qui examinatus plenè deponit super tractatu, & effectuatione instrumenti census in fraudem vsurarum, vt supra confecti. Accedit, quod apparet apochas nominum debitorum loco pecuniæ consignandorum venditori census, fuisse per aduersarium consignatas. Accedit tertio identitas pecuniarum contentarum in dictis apocis cum pecunijs ad censum datis. Et insuper quod census venditor in iudicio dictas apochas produxit, et contra debitores in ea descriptas egit. Et demum taciturnitas aduersarij nunquam petentis censum post monitorium criminale Auditoris Cameræ sibi exequutum.

59 Hæc enim omnia saltim simul iuncta, si lapides loqui scirent eos cogerent ad propalandum, et resonandum hanc fraudis simulationem, et tamen ad illius concludentem probationem, duas aut ad summum tres sufficere coniecturas secundam cōmunem doctorum sententiā consuluit Paris. cons. 55. n. 29. et seq. lib. 1. Aym. cons. 156. nu. 7. in fin. Cephal. cons. 325. n. 1. Decian. cons. 2. n. 10. lib. 1. Franc. Becc. cons. 5 a. num. 47. et seq. lib. 1. vbi alijs relatis testatur de magis recepta et practicata Doctorum opinione. Card. Tusc. pract. concl. in verbo simulatio concl. 263. n. 18. et 19. vbi præsertim quando agitur ciuiliter, prout in casu nostro, et n. 28. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 13. tit. 33. num. 10. Et in proprijs ferè terminis fuit resolutum in illa Senogall. census 26. Aprilis 1591. coram Penia. quæ decisio apud me casum nostrum apertè decidit.

Ex quibus etc.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

LOCA montium, quæ ex priuilegio Papæ non possunt confiscari nisi pro crimine læsæ maiestatis commisso in personam Papæ, aut Cardinalis, confiscari nequeunt ex eo quod quis carceratos ex manibus curiæ eripuerit.

SVMMARIVM.

Crimen læsæ maiestatis non dicitur commissum in personam Papæ, aut Cardinalis, ab eo qui carceratos à manibus curiæ eripit. n. 4.

Lex, seu constitutio præsumitur vsu recepta, & qui contrarium dicit probare debet. n. 5.

Legem, seu constitutionem non fuisse receptam, probare debet sic non receptam fuisse in contradictorio iudicio, n. 6.

Lex, seu constitutio, vt dicatur vsu non recepta, requiritur cursus 40. annorum. n. 7.

Clausula, Sublata &c. cum decreto irritanti tollit omnem contrariam consuetudinem. n. 8.

Ius

Ius tertij allegari non potest sine consensu ipsius tertij. num.9.

Priuilegijs concessis ex causa onerosa, & in vim contractus, non censetur derogatum per generales derogationes.n.15.

Derogatio regula de iure quaesito non tollendo, requiritur etiam in iure quaesito ex priuilegio.n.16.

Iuri quaesito, vt censeatur derogatum, non sufficit generalis derogatio, sed debet esse specialis.n.16.

CONSILIVM CCII.

1 PRAESVPPOSITO, quod locis montium non vacabilibus ab N. emptis, Pontifices qui illa erexerunt concesserint omnes & quascunque immunitates, libertates, praerogatiuas, priuilegia, gratias, & indulta, quae à quibusuis praedecessoribus montibus Fidei, Alumeriarum Pacis, alijsq; non vacabilibus montibus quomodolibet concessa fuerunt, etiam quod specialem notam, & expressam mentionem requirerent, quorum tenores etc.

2 Et quod tam montes Fidei Alumeriarũ, et Pacis, quam alij quicunque habeant expressum priuilegium quod loca praedicta, pro quocunque et quantumcunque grauissimo crimine, etiam laesae maiestatis praeterquam in personã Romani Pontificis, aut alicuius Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, confiscari nequeant, sed quod liberè delinquente de illis non disponente, transeant ad eorum filios eorumque successores ab intestato consanguineos et affines, vsque ad quartum gradum.

3 Prout haec praesupposita ni fallor, ferè ad litteram leguntur in erectionibus montium de quibus in bullario, et quorum copia impressa data est in manibus Reuerendissimi Domini Ponentis. Non video certè quomodo ad praesens, loca montium eiusdem N. vllo pacto à fisco sequestrari et impediri, nedum confiscari valeant, licet enim idem N. per incursum Bullae Sixti V. videatur incurrisse etiam reatum, et poenas criminis laesae maiestatis, impediendo exequutores et ministros iustitiae eos carcerando, et carceratos ex eorum manibus eripiendo.

4 Non tamen per hoc in personam Papae, aut Cardinalium eum aliquid molitum fuisse dici potest, ad tradita per Bart.in l.licitatio.§.quod illicitè.num.5.ff.de publican.et vectigal.Cephal.consi. 190.n.8.lib.2. Ludou.Peguer.decis.crim.21.n.1. vers.confirmantur praedicta.Petr. Caball. resolut. criminal. casu 152. apud quos bene declaratur quid propriè sit offendere aliquem in personam.

5 Quibus non obstat si forsan pro parte fisci dicatur, priuilegia huiusmodi non esse in vsu. Papae enim constitutio, eo ipso quod est publicata, vsu recepta, et effectuata praesumitur, et qui contrarium dicit probare debet. Caputaquen. decis. 220.par.2.Rot.diuers.decis.97.n.2.par.1.eadem Rota coram Caualerio in Romana Concordiae S. Petri 13.Nouembris 1609. vers. Quia respondebatur, et vers. Minus constat.

6 Et amplius non sufficiet fisco aduersus has Papae constitutiones, simpliciter probare non vsum, aut contrarium vsum, quod scilicet quandoque loca monrium confiscata fuerint non obstantibus priuilegijs praedictis, nisi etiã probauerit sic fuisse obtentum in contradictorio iudicio, et partibus acquiescentibus. Rip. in cap.cum Ecclesia Sutrina.num.68.de causa possessionis, et proprietaris. Couar.in regula possessor.par.2.§.4. num.6.vers. Huic sanè obiectioni. de reg.iur.in 6.Rota coram Card. Pamphilio Papien. bonorum 16. Ianuarij 1599.et coram Caualerio in dicta Romana Concordiae Sancti Petri 13.Nouembris 1609. versic. Minus obstat. et 12. Februarij 1610.in fin. vers. Tandem.

7 Et amplius, nec etiam sufficiet probare cõtrarium vsum in contradictorio iudicio, nisi etiam probauerit, hunc contrarium vsum fuisse legitimè praescriptum ex cursu quadraginta annorum. ad text.in cap. auditis. de praescription. glos. in cap. vltimo, in verbo legitimè sit praescripta, de consuetudine.eadem Rota in Romana Concordiae S. Petri 13. Nouembris 1609. in vers. Et propterea, et 12.Februarij 1610.vers. Pro parte Capituli.qui quidem quadraginta annorum cursus in proposito probari nequit, cum intra hoc tempus montes ab N. empti, erecti fuerunt.

8 Vltra quod per clausulã sublata etc. cũ decreto irritanti, censetur derogatum omni et cuicunque consuetudini contrariae, nedum praeteritae sed etiam futurae. ex alleg. per Gabriell. tit. de clausulis.lib.6.concl.3.n.40.

9 Nec etiã dicar fiscus, quod intendit ex huiusmodi montibus, postquam confiscari nequeunt satisfieri creditoribus N. nam vltra quod si hoc fisco facere liceret, esset per indirectum confiscare loca montium, et vltra etiam quod fiscus actor non potest ius tertij allegare sine ipsius tertij consensu et declaratione, Socin.in l.2.num.7.de exception.re iud.Socin.Iun.consi.71.num.6.et 7. lib.2. Tiraquell.de reuocand. donation.in verbo reuertatur.num.364.

10 Adhuc montes praedicti non solum habent priuilegium vt confiscari nequeant, sed vt nec etiam ad instantiam creditorum, vel alias quouis modo sequestrari, impediri, aut desuper aliquod ius, aliquasue actiones eisdem creditoribus acquiri nullatenus posse, vt expressè legitur in erectione montis prouinciarum, de qua in Bullario in ordine 41.fol.mihi 1247.

Ex

10 Ex quibus licet loca montium prædicta, minimè confiscationi subiecta esse indubitanter concludi posse videatur, res tamen extra omnem difficultatem ponitur, cum in facti contingentia in principio huius Sanctissimi Pontificatus fuerint N. restituta scuta 5500. iam incamerata ex pretio locorum montium cuiusdam sui consanguinei, qui in Ciuitate Sarzanen. ab Episcopo propter homicidium in Sacerdotem, condemnatus fuerat in pœnam confiscationis bonorum. & vlterius eidem N. restituta quatuor loca montium tunc non incamerata, & in Chyrographo Sanctissimi, vt mihi præsupponitur adsunt hæc verba formalia: *Ce li faciamo restituire per molte ragioni, e particolarmente per il priuilegio che hanno i monti.*

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem.

11 SI vt alias scripsi, Dominus N. non commisit crimen læsæ maiestatis in personam Papæ, aut Cardinalium (prout reuera non commisit) vtique ipsius loca montium confiscari nequeunt ex eorum particulari priuilegio de quo in erectionibus, quorum copia fuit dimissa in manibus Reuerendissimi Domini Ponentis.

12 Dicere autem, priuilegia prædicta non esse in vsu, iam pluribus responsionibus de quibus in prima informatione, quæ hic repetere non est necesse, illud non obstare probatum fuit. Immò, vt aliàs dictum Sanctissimus Dominus Noster Paulus V. vt iustissimus Princeps in occurrenti casu de anno . . . mandauit restitui D. N. scuta 5500. iam à N. fiscali ex pretio montium dicto D. N. redacta, & incamerata, vt constat ex Chyrographo manu suæ Sanctitatis subscripto penes N. Notarium.

13 Sic & ex iam scriptis tollebatur prætensio fisci instantis ex montibus N. satisfieri suis creditoribus, tum quia si hoc permitteretur, esset per indirectum contra formam priuilegiorum confiscare dicta loca montium, tum & quia vigore eorundem priuilegiorum, eadem loca nec etiam ad instantiam cuiuscunque creditoris, vigore cuiuscunque obligationis, impediri, sequestrari, aut in eis aliqua executio fieri poterat, vt in Bulla Gregorij XIII. in ordine 41. fol. mihi 1242.

14 Nec obstat, quod modo dicatur de consuetudine contrarium seruari. Nam vt etiam in alia informatione dictum fuit, consuetudo hæc quatenus vera suffragari non potest. Primò, nisi fuerit obtenta in contradictorio iudicio. Secundo, nisi fuerit præscripta spatio annorum 40. Tertio, quia clausula Sublata &c. cum decreto irritanti, derogat omnibus contrarijs consuetudinibus futuris. & in omnem euentum hoc iure creditorum fiscus actor vti non potest, nec per viam actionis, nec per viam replicationis, ad tradita per Soc. Sen. & Iun. in locis iam allegatis.

15 Nec etiam obstat, si quo ad montes Alumeriarum diceretur per Bullam Sixti V. in quam incurrit N. esse derogatum in genere omnibus priuilegijs. cum enim priuilegia montibus Alumeriarum cõcessa fuerint ex causa onerosa, & in vim contractus, vt apertè legitur in bulla erectionis dictorum montium Pauli IV. in ordine 46. col. pen. vers. Quodque præsentes litteræ vim & robur, intrat conclusio, quod delegatio cũ sit odiosa, & verificari possit in merè priuilegijs, non debet extendi ad priuilegia ex causa onerosa, & in vim contractus concessa. Rota diuers. decis. 686. in fin. pat. 1. & in Pampilonen. iurispatronatus de Ianzi 28. Martij 1604. coram R. P. D. Coccino. prout & considerauit Rota in Salamantina iurisdictionis 14. Octobris 1579. coram Card. Serapbino vers. Tertio quia.

16 Quæ omnia eo magis procedunt in proposita facti specie, in qua agitur de præiudicio filiorum N. qui patre delinquente, vigore dictorum priuilegiorum efficiuntur domini locorum montium. & in Bulla Sixti V. non fuit derogatum regulæ de iure quæsit. non tollen. Quæ derogatio requiritur etiam in iure quæsito ex priuilegio. Cæs. de Graff. decis. 1. num. 10. de verb. signif. Card. Seraphinus decis. 1082. n. 1. & seqq. & requiritur indiuidua & specialis, nõ autem per clausulas generales etiam amplissimas. Pur. decis. 265. n. 3. lib. 2. Caputaquen. decis. 30. par. 3. Rota diuers. decis. 238. n. 9. par. 1.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

EXPENDENS, vel expendere mandans, falsam monetam in alieno territorio ibi sortitur forum, etiam si ipse ibi non reperiatur. præsertim Romæ. & Iudex qui illum condemnat, potest etiam pronunciare super confiscatione feudorum ad alium Principem spectantium, applicandorum tamen cui de iure.

SVMMARIVM.

Delinquens sortitur forum in loco vbi delictum est consummatum, licet alibi fuerit inchoatum, vel tractatum, num. 1. & 2.

Mandans fieri delictum in alieno territorio, sortitur forum in loco, vbi illud mandatum fuit impletum, num. 3.

Monetam falsam fabricans extra territorium alicuius

cuius Principis, mandans tamen illam expendi in eius territorio, sortitur forum in eo territorio vbi expenditur. num.4.

Mandans, de iure canonico non potest citari in loco delicti consummati si ibi non reperiatur. num.5.

Secus de iure ciuili. num.6.

Secus etiam de iure canonico, quando Papa citat, quia dispositio clem. pastoralis. de re iudic. non habet locum in Papa. num.7.

Dispositio d. clem. pastoralis. de re iudic. procedit, quando iudex originis, vel domicilij delinquentis se opponit, & contradicit citationi alibi factæ de suo subdito. num.8.

Mandans, etiam non repertus in territorio iudicis vbi fuit commissum delictum, potest citari pro omni pœna ipsius delicti, non solum respectu bonorum existentium in territorio dicti iudicis, quicquid sit si ageretur ad solam pœnam contumaciæ. num.9.

Clem. pastoralis. de re iud. non habet locum in Vrbe Roma, quia est communis patria. num.10.

Feudatarius alterius Principis, potest coram suo iudice ordinario conueniri, quando non agitur ratione feudi, nec de iuribus feudi. num.11.

Sententia, in genere confiscans bona seu feuda delinquentis, potest intelligi de bonis & feudis subditis iurisdictioni iudicantis, si id opus erit ad sustinendam sententiam. num.12.

Iudex vnius territorij, potest pronunciare super confiscatione bonorum delinquentis existentium in alieno territorio in praeiudicium condemnati, non autem in praeiudicium Domini illius territorij, & ideo quilibet fiscus occupat bona in suo territorio existentia. num.13.

Quod omnino procedit, quando sententia condemnatoria, est fundata in dispositione iuris communis. num 14.

Delegans solus, potest cognoscere de iustitia vel iniustitia sententiæ latæ à suo delegato. num.15.

CONSILIVM CCIII.

1 IFFAMABATVR grauissimis indicijs N. quod in eius Castro cudere faceret falsas monetas sub adulterinis Cuneis diuersorum Principum, non solum secularium, sed etiã (quod ad nos pertinet) sub Cuneo Sedis Apostolicæ, & quod illas mittebat ad Ciuitatem N. ad effectum vt ibi & per reliquum Statum Ecclesiasticum expenderentur. & hac de causa nonnulli eius subditi vel ministri, dictarum monetarum portitores, in Ciuitate N. vltimo supplicio iam antea affecti fuerant. quapropter Sanctissimus D. N. Clem. VIII. ad instantiam sui Procuratoris fiscalis, hanc causam Illustrissimo, & Reuerendissimo Gubernatori Vrbis commisit, cum facultate citandi etiam per edictum, constito de non tuto accessu in forma. cuius Commissionis vigore dictus D. Gubernator, examinatis nonnullis testibus, tam pro indicijs quam super non tuto accessu, citauit d. D. Marchionem per edictum, non solum in Vrbe sed etiam in Ciuitatibus N. & N. de Castro proximioribus. & tandem seruatis seruandis, & plenissimè probato huiusmodi delicto per alios testes, & per nonnullas epistolas d. N. & per alias legitimas probationes, eundem N. per suam sententiam diffinitiuam condemnauit in pœnam vltimi supplicij, & in confiscatione bonorum, etiam feudalium, applicandorum cui de iure, & in alijs pœnis, & in subsidium excommunicationis, prout latius in dicta sententia.

2 De validitate igitur huius processus, & sententiæ dubitari nullo modo potest. nam licèt pecuniæ huiusmodi cuderentur in Castro, quod dicitur esse feudum imperiale, tamen effectus huius delicti erat destinatus, & consummatus N. & sic in Statu Ecclesiastico, & consequenter ratione huius delicti d. N. sortiebatur forum in Statu Ecclesiastico. l.1.& auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. ag. opor. & ibi scrib. cap fin. & ibi omnes. de for. competen. Clar. in prax. crimin. quæst. 38. in princ.

3 Quotiescunque enim effectus de vno loco ad alium dirigitur, & ibidem consumatur, ibi dicitur commissum delictum vbi est consumatum, & ibidem eius ratione quis forum sortiri dicitur. Vitalin. in clem. pastoralis. §. verum. sub n.21. vers. in Regno. eod. de re iud. Ang. de malef. in verb. existens Florentiæ. num.2. & ibi August. in addit. de communi. Felin. in c. fin. post princip. vers. & ideo omnes &c. de for. compet. de qua etiam Sozz. in cap. postulasti. sub n.5. in 2. quæst. eod. tit. & Clar. in prax. d.q.38. vers. Item quæro &c. vbi propterea concludunt, quod mandans fieri delictum in alieno territorio, ibi sortitur forum si ibi consummatur.

4 Expendere autem falsas monetas scienter, absque dubio est delictum grauissimum. glos. in l. qui falsam. num.64. C. de fals. Couar. in tract. numismatum. cap.8. num.4. & ideo dictus N. qui mandauit illas non solum fieri sed etiam expendi, ratione huius delicti in Statu Ecclesiastico consummati, illius iurisdictioni subijcitur, per prædicta.

5 Non obstat, quod hæc debeat intelligi, quatenus dictus N. fuisset repertus in Statu Ecclesiastico. iuxta text. in d. Clem. pastoralis, & ibi Scrib. de re iud. Quia si ius Cæsareum inspicimus, obiectus iste non procedit, cum de iure Cæsareo possit iudex delicti, procedere etiam contra absentem ad omnem effectum, citando illum in suo territorio, maximè per edictum, vt per Dyn. & alios communiter in l. omnes. n.5. C. de Episc. & cler. & ibi Bal. in §. fin vero apparitor &c. num.3. vers. Secun-

Secundum hoc forensis &c. & Alber. col. 2. vers. Exequutoribus. vbi in fine illius versic. facit expressè differentiam, & distinguit inter Ius ciuile, & Ius Canonicum. sicut etiam Oldr. consil. 88. in fin. idem Bar. in l. 1. §. præsides. nu. 3. ff. de requir. reis, & in extrauag. ad reprim. in verb. per edictum n. 9. Felyn. in d. cap. fin. col. 1. in 1. fallen. Socin. in cap. postulasti. sub n. 3. vers. subdit tamen Gabler. eod. tit. C. de for. compet. Et quod hæc sit communis opinio legistarum testatur Aret. consil. 98. n. 4. vers. amplius dicit etc. Et eandem hoc etiam seruari in Camera Imperiali testatur Gayl. pract. obser. lib. 1. obser. 96. in princ. et n. 2.

6 Et quod hoc procedat quo ad omnes effectus, etiam quo ad condemnationem personæ, vltra Cyn. in sua disputatione, quem citat Bald. in d. l. omnes. eod. S. fin vero apparitor. n. 3. et alios supra citatos, dixit etiam Aret. consil. 135. Clarissime Domine. sub nu. 3. ad finem et n. 4. vbi etiam sequitur dictum notabile Gemin. in cap. Romana. §. contrahentes ante n. 13. vers. Si verò non agitur etc. de for. compet. in 6. videlicet quod etiam de iure Canonico, iudex delicti potest citare extra territorium, etiam ad afficiendam personam, quando scilicet non vult illam astringere propter contumaciam in non parendo, sed vult illam punire in pœnam delicti iam commissi, prout euenit in casu nostro.

7 Si vero inspicimus ius Pontificium, quod nos sequimur, respondent Doctor. communiter, quod dispositio dictæ Clem. pastoralis, non habet locum in Papa, quia propter eius superioritatem potest vbique locorum citare. ita Bar. in d. extrauag. ad reprimen. eod. verb. per edictum. n. 10. et in d. l. 1. §. præsides. in fin. de requir. reis. Aret. d. consil. 58. n. 3. Boss. de citat. nu. 24. Canonist. in d. §. contrahentes. vbi Gemin. col. pen. vers. aut differt in iurisdictione vniuersali etc. & ibid. Franc. propè fin. versic. Quod tamen fallit in Papa etc. Sozz. in d. cap. pastoralis. sub eod. num. 13. d. vers. Subdit tamen etc.

8 Secundo respondetur, quod illa Clem. pastoralis, intelligitur quando iudex domicilij vel originis, contradicit et se opponit, ne suus subditus citetur à iudice delicti. ita Bald. in d. l. omnes. d. S. fin vero apparitor. sub eod. n. 3. vers. ego aliter dico etc. C. de episc. et cler. Franc. in d. §. contrahentes. propè fin. versic. et prædicta limitat Baldus etc. Aret. d. consil. 135. sub n. 3. in fin.

9 Et licèt nonnulli videantur tenere, quod hoc casu non possit iudex delicti citare, nisi quo ad bona existentia in suo territorio, tamen isti omnes loquuntur respectu districtionis fiendæ ob contumaciam in non comparendo, secus autem est respectu pœnæ delicti, vt supra dixi per Aret. d. cons. 135. propè fin. post Gemin. ibi citatum, vltra quod non procedit in Papa, vt dixi.

10 Tertio respondetur, quod d. Clem. pastoralis non procedit in Vrbe Roma, quæ cum sit communis patria, omnes qui ibi quoquomodo forum sortiuntur, ibi citari possunt, sicut quilibet delinquens potest citari à iudice domicilij extra territorium. Specul. de compet. iud. adit. §. sequitur videre. &c. vers. Item Roma &c. in nostris terminis Sozz. in d. c. postulasti. sub eod. nu. 13. propè fin. vers. & ad rem in l. 2. &c. de for. compet. Boss. de for. compet. n. 5. vel 75.

11 Quibus sic stantibus, minus obstat quod d. N. esset vassallus Imperij: quia non fuit in hac causa actum ratione feudi, neque de Iuribus feudi, sed de delicto per eum commisso in Ditione Ecclesiastica, cuius causa ibi forum sortitur vt dixi, est tex. in d. auth. qua in prouincia, & ibi Bald. in 1. notab. Alber. nu. 3. & alij omnes. C. vbi de crim. ag. opor. Curt. in tract. de feud. par. 7. num. 9. in 7. fallen. & communiter tradunt omnes in cap. cæterum: vbi de communi. Abb. sub num. 13. versic. Si vero est quæstio inter vassallum &c. de iudic.

12 Tandem non obstat, quod in sententia d. N. fuerit etiam condemnatus in priuatione feudorum applicandorum cui de Iure. primo quia cum sententia generaliter loquatur de feudis, & bonis, potest intelligi de feudis & bonis in quibus Papa habet iurisdictionem, & dominium directum, vt puta si quæ haberet ab Ecclesia Romana, vel ab alijs Ecclesijs inferioribus, vt per Viuian. in d. Clem. pastoralis. eod. §. verum. sub nu. 10. in vers. includerentur. de re iud. Io. Monac. in d. c. Romana. §. contrahentes. vers. Solue generaliter &c. & Franc. sub num. 15. in 5. not. de for. competen. in 6.

13 Secundo & melius, quia etiam de bonis alterius territorij potest fieri confiscatio in præiudicium condemnati, non autem in præiudicium eius Domini. & propterea exequutio, & incorporatio erit fienda à Domino illorum bonorum, vel feudorum, vt est tex. expressus in cap. postulasti. in fin. & ibi gl. vlt. & Abb. n. 7. de for. compet. Imol. in d. Clem. pastoralis. n. 51. & 72. de sent. & re iud. Bar. & omnes in l. cunctos populos. sub n. 50. vers. Secundo casu &c. & infra in fin. legis. C. de sum. Trin. & fid. Cathol.

14 Quod indubitanter procedit, quando confiscatio facta in sententia, procedit à dispositione iuris communis, vt ista, vt per Bar. in d. l. cunctos populos. propè fin. vers. Secundo casu &c. Imol. & alij in sæpe dicta Clem. pastoralis. n. 44.

15 Ex quibus credo sufficienter constare de validitate istius processus, & sententiæ. De iustitia autem vel iniustitia eiusdem sententiæ, non est hoc loco tractandum, cum de illa nullus alius præter Papam delegantem, cognoscere possit. l. præcipimus. §. hæc si appellatio. C. de appellat. cum vulg.

vulg. & nihilominus ex sola lectura processus, iustificatissima apparet. Ideo &c.

Io. Baptista Spada Fisci, & Cameræ Apostolicæ Aduocatus.

Cum supradictus D.N. habuisset recursum ad Curiam Imperatoris, ibiq; extraiudicialiter conquereretur de supradicta sententia Gubernatoris Vrbis, præsertim quo ad confiscationem suorum feudorum Imperialium, Clem. VIII. fel. record. de cuius mandato supradicta, scripta fuerunt, illa misit ad suum Nuncium in eadem Curia residentem, & Ministri Cæsarei his visis, & diligenter consideratis acquieuerunt, & querelas dicti D. N. reiecerunt.

ARGVMENTVM.

CLERICVS homicida, an & quando sicut propter homicidium Beneficijs priuatur, priuari etiam debeat pensionibus.

SVMMARIVM.

Clericus homicida, an & quando sicut propter homicidium beneficijs priuatur, priuari etiam debeat pensionibus. n.1. & per tot.

Pensio est Ecclesiasticum beneficium. num.1. in princ. & pluribus seqq. vsque ad num. 6. vbi ex hac conclusione fiunt plures illationes, contra num.6. & seqq. vbi vide.

Pensio dicitur succedere loco beneficij. num.1. versic. Hinc fit.

Gratia dicitur subreptitia, si in ea non fit mentio de alijs beneficijs quæ obtinet impetrans, post n.1. vbi idem si non fiat mentio de pensionibus.

Pensio assignata loco beneficij vt clericus commodius sustentari possit, dicitur data in titulum. num. 2. & num. 7. post med. vbi declaratur quando dicatur pensio data in titulum.

Pensio requirit clericatum. n.2.

Pensionarius tenetur dicere officium paruum Beatæ Mariæ. sub n.2.

Pensio non dicitur profana, sed spirituali annexa. n.3. declara vt n.7.

Pensio amittitur ijsdem modis quibus amittitur beneficium. n.3.

Beneficia vacant per contractum matrimonij sub n.3. vbi idem de vacatione pensionis.

Pensiones & beneficia, vacant per promotionem ad Episcopatum. n.3.

Pensio præcedit loco beneficij, regulanda est quo ad habilitatem obtinendi eam, seu retinendi tanquam beneficium. num.4.

Priuatio beneficij imposita per Constitutionem, extenditur etiam ad pensiones. num. 4. declara vt num.8. & 9.

Sententia quæ aliquem priuat beneficijs, non extenditur ad pensiones. n.4. declara vt n.8. & 9.

Excommunicato non potest reseruari pensio, nisi præcesserit absolutio ad effectum illam consequendi. num.5.

Excommunicatus, Beneficiatus, beneficij fructus non facit suos, nec fructus pensionis. num.5. vers. & sicut.

Religiosus sicut est incapax beneficij secularis, ita nec etiam ei potest reseruari pensio. n.5. ante fin.

Pensio, appellatione beneficij non venit in pœnalibus & odiosis. n.7.

Hæreticus est incapax beneficiorum, & pensionum, num.9.

Pensio venit appellatione beneficiorum quorumcunque num.9. in fine.

Hæreticus beneficijs ipso iure priuatus est, non expectata sententia. n.10. vers. Accedit.

Priuatio beneficiorum, non habet locum nisi in casibus à iure expressis. n.11. vbi tamen quod habet locum in casibus similibus expressis.

Priuatio beneficiorum, non dicitur imposita per sententiam nisi hoc in ea expressè dicatur. n.12.

Pensio reseruata vt clericus commodius sustentari possit, dicitur reseruata ex causa alimentorum. n.13.

Beneficijs priuato ob demerita, reseruatur pensio. n.14.

Clericus pensionarius & voluntarius homicida, priuatur omnibus beneficijs. n.15.

Pensio amittitur ijsdem modis quibus amittitur beneficium, & de materia. num.16. & num.13. & per tot. in discursu. & num. 31. & seqq. vbi de eadem materia.

Pensionem clericus homicida amittit propter homicidium. n.16. & omnibus seqq.

Beneficia vacant ob promotionem ad Episcopatum, vel ad Papatum, seu aliam dignitatem; ita & pensiones. n.18.

Pensiones vacant sicut & beneficia, per professionem Religionis, tacitam vel expressam. n.18.

Hæreticus clericus propter hæresim priuatur pensionibus. n.19.

Clericus miles, sicut propter assumptam militiam priuatur beneficio, ita etiam priuatur pensione, quæ datur loco beneficij. n.20.

Pensio nunquid veniat appellatione beneficij in pœnalibus. n.21. & seqq. & n.26. & seq.

Pensionarius ex Constitutione Pij V. tenetur dicere officium B. Mariæ Virginis, & in habitu clericali, & tonsura incedere. n.23.

Pensiones, quæ reseruantur ad hoc vt quis commodius in clericali ordine sustentari possit, æquiparantur beneficijs. n.25. & seqq. in discursu vbi de materia.

Simonia nunquid committatur in pensione sicut in beneficio. n.25.

Clerici homicidæ bonis omnibus priuantur, & loci & pijs applicantur. n.29.

Con-

Consuetudo Romana, Curia maximè propter dubietatem Doctorum seruanda est per totum Orbem, vbi non est contraria consuetudo, & præsertim in beneficialibus. n. 32. & 33.

Consuetudo vbi nulla in aliqua Ciuitate reperitur, vel lex, recurrendum est ad Ciuitates vicinas. n. 34.

Pœna exilij seu banni, nunquid sit in vsu apud Ecclesiasticos iudices. n. 35.

Clericus homicida, nunquid efficiatur inhabilis ad pensiones obtinendas. n. 36.

CONSILIVM CCIV.

1 SVPPOSITO quod Clericus propter voluntarium homicidium, veniret per sententiam priuandus beneficijs, dubium mihi proponitur, an etiam pẽsionibus quas obtinet priuari debeat. Et pro parte affirmatiua primo loco mihi dicebatur, quod pensio est Ecclesiasticum beneficium. Barb. in c. ad audientiam. el 2. de rescrip. per illum textum ibi pensionem, seu alia beneficia, dictio enim alia est implicatiua similium. Bart. in l. sed & reprobari. ff. de excusat. tut. Bald. in auth. ex testamento. C. de collat. Hinc fit, vt pensio succedere dicatur loco beneficij. Gig. de pension. quæst. 56. sapitq. naturam sui subrogati, & propterea in impetratione, sicut de beneficijs, ita & de pensionibus mentio fieri debet, alias esset impetratio subreptitia. Soc. cõs. 260. col. 1. lib. 2. Bero. in c. super litteris. n. 271. de rescr. Crescen. decis. 237. in manuscript. Menoch. de arb. iud. cas. 201. & tradit Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 2. q. 15. nu. 5. ex quibus rationibus dicunt Doctores in c. quamuis. el 2. de præb in 6. & in c. ad audientiam. el 2. de rescript. vbi in specie. Felyn. Gig. de pens. q. 94. sub num. 4. pensionem esse Ecclesiasticum beneficium. idem tenet Paul. Rom. in tract. de pens. c. 6. n. 34. & c. 7. n. 16. Gambar. de offic. legat. lib. 6. num. 309. & alij quos refert Garz. in tract. de benef. par. 1. c. 5. n. 1. & 2.

2 Et tanto magis videtur dicendum in casu nostro, pensionem venire beneficij Ecclesiastici appellatione, quia sumus in terminis pensionis assignatæ loco beneficij, vt commodius Clericus sustentari possit, quo casu dicitur dari in titulum. Mandos. reg. 19. Cancell. q. 11. n. 11. sequitur post multa quæ adducit Garz. d. p. 1. c. 5. n. 9. & 10. vnde ex quo est beneficium requirit Clericatum, secundum stylum Curiæ nouissimum. Redoan. de Sim. 2. par. c. 14. n. 13. & de spol. Eccl. §. ex his. n. 6. Marchel. de commiss. 2. par. c. 4. de commiss. appellat. n. 60. Rot. dec. 139. p. 3. diuers. Garz. d. c. 5. sub n. 10. & de hoc extãt Constit. Pij V. 71. & Sixti V. 39. Ex hoc quoque dicit Petr. Nauarr. de rest. lib. 2. c. 2. n. 200. quod talis pensio datur ob officium, sicut beneficiũ, quia obligatur ex Const. Pij V. 138. pensionarius ad officium paruum B. Mariæ. post quã Constit. inquit Enriq. in sum. lib. 13. c. 13. §. 2. quod pensio datur titulo Ecclesiastico. & hãc opinionem, quod pensio ita vt superius explicatum est assignata, dicatur ecclesiasticũ beneficium videntur tenere Nauar. cons. 59. 61. 63. & 65. de Sim. & in manual. c. 23. n. 111. Hier. Gab. cons. 191. lib. 2. nu. 8. Mandos. reg. 19. q. 11. n. 11. Rodian. de spol. §. ex his. num. 6. Cucch. in instit. maior. c. 11. n. 9. Ludou. Lopez instruct. consc. to. 1. c. 303. Lud. Veg. in respons. casu com. c. 32.

3 Et hodie iam Rota tenet, quod pensio non sit profana, sed annexa spirituali, vt dictũ fuit in vna Brittonen. coram D. Gyptio 12. Decembr. 1588. & 3. Maij 1589. & refert Flam. Paris. de resig. lib. 6. q. 4. n. 54. sequitur Garz. d. c. 5. p. 1. n. 19. & præcisè, quod pensio eisdem modis amittatur quibus & beneficium. & quod regulanda sit, quo ad eius amissionem, sicut beneficium, videtur dicere Hier. Gabr. cons. 187. n. 11. & cons. 200. lib. 2. qui ita quotidie practicari, & cõsuetudine, ac stylo receptum attestatur. sequitur Flam. Paris. de resig. li. 3. q. 1. n. 13. Garz. d. c. 5. n. 108. & ob id sicut per cõtractum matrimonij vacant beneficia. c. 1. cũ alijs vbi Canonistæ. de Cler. coniug. & per promotionẽ ad Episcopatum. c. cum in cunctis. §. 1. de elect. ita etiam & per matrimonij contractum vacant pensiones. Gig. q. 54. de pens. qui ait hãc partem amplecti Curiam Romanam, & sibi in facto accidisse. Nauar. de orat. c. 21. n. 53. Paris. lib. 1. q. 1. n. 15. & lib. 6. q. 2. n. 115. qui ait esse communem. Couar. in 4. 2. p. c. 6. §. 3. n. 6. Sayr. de censur. lib. 2. c. 5. n. 15. Ceual. in suis pract. q. 147. n. 3. Caccialup. in tract. de pens. q. 30. Put. decis. 456. lib. 2. Rot. dec. 1029. lib. 3. par. 3 diuers. Cæsar de Grass. decis. 124. n. 9. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 44. & facit extrauag. Pij V. 71. ita quoque & per promotionẽ ad Episcopatum vacat huiusmodi pensio Clerico assignata loco beneficij, vt cõmodius sustentari valeat. Gig. q. 56. & cõs. 149. Capuaq. p. 2. dec. 303. & 304 Hier. Gabr. d. cons. 200. lib. 2. Paris. lib. 9. q. 2. n. 1,21.
5 sed & per solemnem, expressam seu tacitam, professionem sicut vacant beneficia. c. beneficium de regularibus. li. 6. ita & pensio extinguitur. Gig. q. 57. Guidobon. decis. 138. in manuscrip. Capuaq. dec. 223. par. 2. & fuit resolutum in vna Cesenaten. pension. 24 Ian. 1594. coram Gyptio.

4 Et in terminis, quod pensio quæ cedit loco beneficij, regulanda sit, quo ad habilitatẽ obtinendi eam seu retinendi, tanquam beneficiũ dixit Nauar. cons. 11. n. 2. de tẽp. ord. qui ait, quod qui non est capax beneficij, non est etiam pensionis saltem secundum stylum Curiæ, qui est seruandus. c. quã graui de crimine falsi, sequitur Zerol. 2. p. verb. irregularitas. §. 8. & verbo pensio. §. 6. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 44. n. 9. idem quod inhabilitatus simpliciter & generaliter ad beneficia, sit quoque ad pensiones inhabilis, videntur sentire domini de Rota decis. 109. lib. 2. par. 3. diuersorum, & in vna Concben. pensionis die Veneris 6. Martij 1598.

1598. coram Peregrino quā ponit per extensum Garz. par. 11. c. 10. nu. 79. cum qua opinione pertransit d. Garz. d. c. 5. p. 1. n. 123. in eo tamen qui fuerit priuatus, seu inhabilitatus per constitutionē pœnalem inducentem priuationem beneficiorum, secus verò in priuato per sententiam, quem pensionibus priuatum non esse si de beneficijs fuerit dictum sentit. & ita dixit procedere contrariam sententiam ibi n. 125.

5 Et probatur hæc sententia, quia excōmunicato non potest reseruari pēsio, nisi præcesserit absolutio ad effectū illā consequendi. Gig. q. 14. Rebuff. in concord. tit. de excomm. non vitand. vers. vsu 20. Couar. in c. alma mater. 1. p. §. 7. n. 29. Parisi. de resig. lib. 4. q. 3. n. 38. Vgol. de cēsur. tab. 2. de excōm. c. 13. §. 2. n. 8. Enriq. in sum. lib. 13. c. 13. §. 2. Tolet. in sum. lib. 1. c. 13. Suarez tom. 5. disp. 13. sect. 1. n. 9. Sayr. de censur. lib. 2. c. 5. n. 13. Et sicut beneficiatus excōmunicatus nō facit fructus suos, ita non lucratur redditū pensionis. Suarez d. disp. 13. sect. 1. n. 9. & sect. 2. n. 21. & fuit dictum in vna Valent. pension. 31. Ianuarij 1600. corā D. Litta, & in puncto, quod non possit pensio reseruari irregulari, dixerunt Nauar. cons. 63. n. 5. de simon. & cons. 44. n. 3. de homic. dicēs ita esse de stylo Curiæ. sequitur Flam. Parisi. lib. 4. q. 3. n. 37. Vgol. de irregu. c. 65. §. 1. n. 3. Sayr. de cēsur. lib. 6. c. 2. n. 22. Et in summa, quia pensio habet vicē beneficij, & cædit loco ipsius, videtur omnes illos parere effectus, quos producit beneficiū. vnde nec religioso, qui est incapax beneficij secularis, potest talis reseruari pensio, vt per Garz. qui alios cumulat d. par. 1. c. 5. nu. 139. & dispensatus ad beneficium si consequatur pensionem, consumare intelligitur gratiā suæ dispensationis, vt probāt relati à Garz, d. c. 5. p. 1. n. 152. Ex quibus, & ex alijs quæ in hāc sententiam deduci possent, videtur satis probatum clericum homicidam, qui de iure veniat priuandus beneficijs, pensionibus quoq; priuari debere.

6 Pro parte autē negatiua, quod scilicet clericus homicida, esto quod beneficijs per sententiā priuari possit, pensiones tamen obtentas ante delictū non amittat, pariter & ex pluribus concludi posse mihi dicebatur. Quorū primū est, quod pensio verè, & propriè non est Ecclesiasticū beneficiū, neq; eius appellatione venit. Dominic. Franc. & alij in c. quamuis. de præb. in 6. Abb. n. 2. & Fel. in 1. in d. c. ad audientiā. el 2. de rescr. Staph. de liter. grat. 9. forma expectatiua. n. 27. Selu. de benef. p. 1. q. 3. n. 11. Caccialup. de pensi. q. 12. & vlt. Gig. qui ponit regulam cum limitatio. q. 28. & cons. 139. Sarnen. in reg. de infir. q. 16. & de annali. q. 21. Nicol. Delph. de iurepatr. lib. 1. n. 74. Duar. de benef. lib. 2. c. 4. Mand. reg. 19. Cancell. q. 11. n. 11. Redoan. de Sim. 2. partic. c. 14. n. 10. Couar. pract. q. c. 36. n. 10. Guer. in Spec. seu Thesaur. c. 61. Nauar. cōs. 11. de const. n. 8. & cons. 8. de iurepat. n. 9. & cons. 66. de Sim. n. 30. Hozed. de incompatib. & benef. in præfat. n. 30. & 2. par. q. 7. Flam. Parisi. de resig. lib. 1. q. 10. n. 69. & lib. 2. q. 15. n. 11. & lib. 11. q. 4. n. 31. Suarez tom. 5. de censur. disp. 15. sect. 1. n. 7. Gonzal. gl. 5 §. 5. Et quod pensiones propriè beneficia ecclesiastica dici non possint, dixit Rot. in vna Brix. confid. 5. Iun. 1590 corā D. Penia. de qua per Garz qui multos cumul. d. p. 1. c. 5. 3. & 4. & n. 52.

7 Et quamuis pensio, quę loco beneficij datur, sit spiritualis seu spirituali annexa instar beneficij, tamen est quoddam ius temporale, idest ad tempus separatum, & formale, de per se distinctum ab ipso beneficio, vt dixit Rot. in vna Zamoren. pens. 10. Octobr. 1577. coram D. Robusterio, quæ habetur 1. par. diuers. decis. 425. & in Brixien. confidentiæ 5. Iunij 1591. corā D. Penia. de qua per Garz. loc. cit. num. 52. & in terminis, quod in pœnalibus, & odiosis, in quibus stricta fieri debet interpretatio. c. odia restringi. de reg. iur. in 6. c. statut. de elect. eod. lib. 6. l. quidā. ff. de lib. & posth. & in quibus verba propriè intelligi debent. l. constitutionibus. ff. ad municip. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Canonistæ in c. in nostra. de iureiur. Doct. in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. in terminis in quam pœnalibus & odiosis, appellatione beneficij non venire pensionem distinguendo firmat Gig. de pension. q. 94. n. 3. & seq. per tex. in clem. 2. in §. 1. iuncto §. cum cæteri verò, & ibi gl. §. in verb. quodcunque. de vit. & honest. Cleric. vbi Clericus contraueniens illi Constitutioni est suspensus à perceptione fructuum beneficij quod obtinet, nec ibi appellatione beneficij venit pensio, & in §. cæteri, Sacerdotes non beneficiati vtentes virgata veste dicit ibi textus redduntur inhabiles ad quodcunque beneficium Ecclesiasticum obtinendum, gl. in d. verbo quodcunque, dicit quod cōprehenditur pensio quæ in titulum datur, ergo dicit ibi Gig. quæ non datur in titulum, non cōprehenditur. & ne possit dubitari, quæ nam sit ista pensio quæ datur in titulum, illam declarat Gig. d. q. 94. in prin. dicens, quod illa dicitur pensio quæ datur in titulum, quæ solet assignari in titulū beneficij clerico, & ob id dicitur per eum pensio intitulata ad mentē tex. in c. conquerente. de clerico nō residente vbi DD. non autē pensio quæ simpliciter assignatur clerico super fructibus beneficij, dicitur pēsio data in titulū. & apertius id declarat Garz. p. 1. c. 5. dicens, quod pensio quę datur in titulum illa est, quando certa pensio extrahitur ex pingui beneficio, vt deinceps sit beneficiū ecclesiasticū, dictum forte portio seu pensio, vt in terminis d. c. conquerente. de cler. nō resid. vbi Abb. n. 5. Card. in clem. 1. §. eodē. de suppl. negl. Præl. Caccialup. q. 12. Gig. q. 1. n. 1. & q. 28. n. 20. Nicol. Delph. de iurepatr. lib. 1. n. 65. Suarez de benef. lib. 6. & Redoan. de Simon. 2. partic. c. 14. n. 18. Couar. pract. q. 36. n. 10. Guerr. in suo Spec. c. 61. vers. est alia pensio. Nauar. d. cons. 11. de const. in fi. Cucc. inst. maior. lib. 5. tit. 7. n. 17. Suarez tom. 5. de censur. disput.

dispút. 15. sect. 1. n. 7. Gonzal. glos. 5. §. 1.

7 Et quamuis pensio,quę loco beneficij datur,sit spiritualis seu spirituali annexa instar beneficij,tamen est quoddam ius temporale,idest ad tempus separatum,& formale,de per se distinctum ab ipso beneficio, vt dixit Rot.in vna Zamoren. pensi.10. Octobr.1577. coram D. Robusterio,quæ habetur 1.par. diuersi.decis.425. & in Brixien.confidentiæ 5.Iunij 1591.corã D.Penia de qua per Garz.loc. cit.num.52. & in terminis,quod in pœnalibus, & odiosis,in quibus stricta fieri debet interpretatio. c.odia restringi. de reg.iur.in 6. c.statut. de elect. eod.lib.6. l.quidã. ff.de lib.& posth.& in quibus verba propriè intelligi debent.l.constitutionibus. ff.ad municip.l.3.§.hæc verba.ff.de neg.gest. Canonistæ in c.in nostra. de iureiur. Doct.in l.quicquid astringendæ. ff.de verb.oblig. in terminis in quam pęnalibus & odiosis,appellatione beneficij non venire pensionem distinguendo firmat Gig. de pension. q.94.n.3.& seq.per tex. in clem.2.in §.1.iuncto §.cum cæteri verò, & ibi gl. §.in verb. quodcunque.de vit.& honest.Cleric.vbi Clericus contraueniens illi Constitutioni est suspensus à perceptione fructuum beneficij quod obtinet,nec ibi appellatione beneficij venit pensio,& in §.cæteri,Sacerdotes non beneficiati vtentes virgata veste dicit ibi textus reddũtur inhabiles ad quodcunque beneficium Ecclesiasticum obtinendum, gl.in d. verbo quodcunque,dicit quod cõprehenditur pensio quæ in titulum datur, ergo dicit ibi Gig. quæ non datur in titulum, non cõprehenditur.& ne possit dubitari, quæ nam sit ista pensio quæ datur in titulum, illam declarat Gig.d.q.94. in prin.dicens,quod illa dicitur pensio quæ datur in titulum, quæ solet assignari in titulũ beneficij clerico,& ob id dicitur per eum pensio intitulata ad mentẽ tex. in c.conquerente.de clerico nõ residente vbi DD. non autẽ pensio quæ simpliciter assignatur clerico super fructibus beneficij,dicitur pẽsio data in titulũ. & apertius id declarat Garz. p.1.c.5.dicens,quod pensio quę datur in titulum illa est, quando certa pensio extrahitur ex pingui beneficio, vt deinceps sit beneficiũ ecclesiasticũ, dictum fortè portio seu pensio,vt in terminis d.c. conquęrente.de cler.nõ resid.vbi Abb.n.5.Card. in clem.1.§.codẽ.de suppl.negl.Prel.Caccialup. q.12.Gig.q.1.n.1.& q.28.n.20.Nicol.Delph.de iurepatr.lib.1.n.65.Suarez de benef.lib.6.& Redoan.de Simon.2.partic.c.14.n.18.Couar.pract. q.36.n.10. Guerr.in suo Spec.c.61.vers. est alia pensio.Nauar.d.consi.11.de const.in fi.Cucc.inst. maior. lib.5.tit.7.n.17. Suarez tom.5. de censur. disput.

disput. 15. sect. 1. n. 7. Gonzal. glos. 5. §. 1.

8 Et in simili dixit Sarnen. in reg. Cancell. de Annali possess. q. 20. n. 2. vers. & ita quod Rot. 12. Maij 1536. in vna Placent. pension. corā Marcello voluit, quod sententia priuatiua omniū & quorumcunque beneficiorum, comprehendat tantum pēsiones quæ dantur in titulum. & cum hac decis. transit ipse Sarnen. sequitur Gig. cons. 141. n. 9. Crescen. decis. 14. de re iud. Flam. Paris. de confident. q. 58. n. 58. qui ait quod pensio nō venit sub priuatione beneficiorū. & hos refert, & in terminis sententiæ sequitur Garz. d. 1. par. c. 5. n. 124. quia sententia est stricti iuris, licet contrariū sentiat in constitutione pœnali. Sed & hoc vendicare sibi locum, quod beneficiorum inhabilitas præueniens in constitutione pœnali, non comprehendat pensiones affirmauit Nauar. cons. 12. n. 15. de rescript. et post eum Gonzal. gl. 5. §. 5. n. 26. et quod suspensio à beneficio non comprehendat pensiones, quia pœna non est extendenda vltra proprietatem vocis sine cogente fundamento, tenet Suarez tom. 5. de censur. disput. 27. sect. 1. n. 15.

9 Et ad propositum nostrum, videtur posse satis cōgruè applicari declaratio Sac. Congreg. Conc. Trid. super c. 7. sess. 14. de refor. in vna Cremonen. quæ habet hoc, decretū, quod loquitur de incapacitate beneficiorū in qua sunt homicidæ, non extendi ad pēsiones. vnde Eman. in verbo homicida. n. 21. ait quod homicida voluntarius non est incapax pensionis ex Congreg. Conc. refert etiā Suarez d. 5. to. disput. 44. sect. 3. seu 4. n. 39. cui declarationi Sac. Congreg. standum esse dixit Garz. d. c. 5. n. 138. Neq; videtur obstare id quod dicebat Garz. quod inhabilitatus generaliter et simpliciter ad beneficia per constitutionē, censeatur etiam inhabilitatus ad pēsiones, secus si per sentētiam, quia hæc distinctio nō videtur probari ex auctoritatibus quas allegat. Nā adducta decis. Rot. 109. lib. 2. par. 13. diuers. loquitur in crimine hæresis et in pensione obtenta per filium hæretici combusti, sed in crimine hæresis hoc speciale est odio criminis, et quia canones quibuscunque beneficijs hæreticos priuant ipso iure, et non solū ipsos, sed eorum filios vt inferius dicam, et in tali delicto limitat regulam in contrarium positam. Gig. d. q. 94. n. 7. vbi dicit, limita tamen conclusionem prædictam non procedere in materia hæresis, quia si in constitutione dicatur quod clericus lapsus in hæresim sit priuatus beneficijs, siue quod ad nullū beneficium ecclesiasticum admittatur, eo casu erit et pensione priuatus, quia in odium hæretici tali casu verbū beneficiū largè accipitur. per tex. in c. quicunq; in §. hæretici autem. iuncta gl. ibi in verbo beneficiū. de hæret. in 6. et ista interpretatio sit fauore fidei. C. accusatum. §. sanè. de hæret. lib. 6. Allegata verò dec. Rot. in d. Conchen. pensionis 6. Martij 1598. coram Peregrino, loquitur pariter in filio hæretici, et vim omnem faciūt domini in verbo quibuscunq; beneficijs, quo vtuntur canones in priuatione hæreticorum. c. transmissa. de hæret. nam verbum, quodcunq; importat omnimodā generalitatē. c. solitę. de maio. et obed. in qua comprehenduntur etiā pensiones. allegat Gig. d. q. 94. n. 7. qui limitat, vt diximus regulam.

10 Aliam quoque rationē suæ decisionis adducūt ibi domini, quia scilicet si appellatione beneficij nō veniret pensio, in d. casu saltim sub nomine bonorū cōprehenderetur priuatio pensionis, et hoc quia hæreticorū bona confiscātur, vt ipsi in maxima egestate viuāt, et in continuo merore, ita vt sit eis mors solatiū, et vita supplicium. c. si quis cum militibus. 6. q. 1. Hæ autē considerationes cessant in casu nostro, quia non versamur in tali crimine in quo veniat delinqnens priuandus bonis tēporalibus per confiscationem, cū sit primū homicidium, nec adeò qualificatum, vt de iure communi etiam in laicis inducat bonorum confiscationem, et tāto magis in clerico. Neq; adest aliquis canō, qui in priuatione beneficiorū ob patratū homicidiū vtatur relato verbo, quibuscūque beneficijs. Accedit, quod ita odiosum est hoc crimen hæresis vt propter illud ipso iure quis priuatus existat beneficijs non expectata iudicis sententia. c. ad abolendum. §. 1. de hæret. vbi hoc notant gl. Archid. Abb. & alij. c. cū ab homine. de iud. Diaz in verbo hæreticus. Rebuff. in prax. de modo amitt. benefic. n. 5. & n. 27. Simanc. de hæret. c. 41. num. 8. Clar. lib. 5. recept. sent. §. hæresis vers. item clericus, & post multos quos adducit firmat Paris. de resignat. lib. 3. q. 1. n. 32.

11 Confirmatur principalis hæc opinio, quod priuatio beneficiorum non extendatur ad pensiones argumento à simili. non enim est locus priuationi beneficiorum nisi in casibus à iure expressis. Selu. de benef. 3. par. q. 2. & 3. Rebuff. tit. de mod. amitt. beneficia. num. 61. & 62. Coras. de benef. 1. par. cap. 20. num. 1. Diaz in pract. crim. canon. c. 131. Mandos. de signat. grat. tit. de priuat. in 1. & alias cumulat Garz. de benef. par. 11. c. 10. tit. de vacat. ob priuatio. n. 1. & 2. & ideò non potest iudex nisi in his quę similia sunt expressis, in quibus depositionis pœna imponitur, eandem imponere pœnam. Abb. in c. at si clerici. n. 34. de iud. Selua. d. par. 3. q. 2. Duaren. de benef. lib. 8. c. 6. §. 6. Garz. d. pat. 11. c. 10. n. 3. & 4. Cum igitur expressum in iure non reperiatur, vt quis ob homicidium voluntarium pensionibus priuandus sit; & omnino dissimilis sit pensio à beneficio Ecclesiastico, partes videntur esse iudicis in iudicando, amissionem beneficiorum quæ inducitur expresè à iure, ad priuationem pensionum non extendere.

12 Aliud est par à simili ductum ad huius sententiæ confirmationem argumentum, quia non est priuatus quis beneficio per sententiam super crimine, nisi fuerit hoc expressum in sententia c. qualiter. el secondo. de accusation. Rot. decis. vlt. de

re iud. Bald.in l.cum fratrem. C.de his quibus vt indign. Io.de Anan.in c.finali.col.1. de homicid. nisi priuatio ipso iure irrogetur.cap.1. S,sacri vbi Gemin.de homicid.lib.6.Abb, in c.inter ad fin.de excess.Prælat.Diaz.in praxi crimin.c.123. Rebuff. d.tit.nu.64. ergo cum in Canone oon reperiatur expressum, quod propter homicidium quis pensionibus debeat priuari,ex tacira extensione non poterit iudex talem delinquentem, pensionibus priuatum declarare.

13 Et hanc sententiam magis confirmare videtur quod pensiones in casu nostro fuerunt reseruatæ Sacetdoti nobili, ac graduato, & in dignitate ecclesiastica constituto,vt commodius viuere,& sustentari valeat. Quare dicta apposită clausula in litteris resetuationis, operatur vt pensio censeatur apposita ex causa alimentorum pto alimentis prouisi de illa.Rom.cōs.138.n.3.& 5.in causa &c. Gabr.cons.191.n.4.vol.2.Gig.de pens.q.51.& sequitur Mandos.de infirm.q.11.n.6.latè Flam.Paris.de tesign.lib.6.q.2.n.7.& 8.Non est igitur priuandus alimentis ita de facili, sicut & beneficijs clericus,maximè nobilis,& Sacetdos, & in duplici dignitate constitutus.

14 Hinc factum est,vt priuato beneficijs ob demerita, referut tur pensio vt de illa viuat, vt tradunt Specul.in tit.de dispens. S.nunc sequitur.vers.54. Bert.quem refert,& sequitur Gambar.de auctot. legat.à latere tit.de pens.n.148.Campeg.in tract. pens.n.3.Paris.d.lib.6. q.2.n.14.Et damnato in Concilio Hierosolymitano propter nōnullos petpetratos excessus Polychronio Episcopo Hierosolymitano, Patres Cōcilij cōstituerunt ei tria prædia quorum fructus essent ad sui sustentationē, vt habetur 1.tom.fol.325.& refert Campeg.loc.cit. quē refert,& sequitur Paris.d.lib.6.q.21.n.14. ad fin. Ex quo potest deduci,quod si priuato beneficijs, super eisdem reseruatur pēsio,& denuo constituitur,quanto magis eidem clerico priuato beneficijs, conseruabuntur pensiones antea ad illius fauorem & sustentationem reseruatæ,cū facilius res cōseruetur iā facta,quā deducatur in esse, & de nouo constituatur.Ex prçallegatis negari nō potest rē adeò dubiā esse, vt quid verius, aut magis cōmuniter receptū sit in iure,non sine difficultate firmari possit.Requisitus ergo quid in hac do ctorū varietate & cōtrouersia, pro veritate meam proferā sententiam,crederem pro nūc in re tā dubia esse recurrendū ad obseruantiā, quæ vulgatis iuribus,& legū,& statutorum,& quarumcunq;dispositionū est optima interpres.Et quidē, vt quid hac in re in Vrbe, quæ omniū aliarū Ciuitatū magistra esse debet seruatū viderim,testimoniū proferam. Veritas est,quod cōtra clericū homicidam pro homicidio ad cōparendum citatum,sçpissimè vidi præsertim in tribunali an Illustriss.d.A.C. in quo semel & iterum sub Paulo V. Opt. Pontific. criminales protuli sententias, monitoria relaxata fuisse sub pœna omnium & quorumcunq; beneficiorum, officiorum, & pensionū,si quæ obtinet,& inhabilitatis ad illa in posterū obtinendū,necnon cōfiscationis omnium & quorūcunq; bonorū etc. triremium ad tēpus,vel in perpetuū arbitrio iudicis, & contra non comparentē ipsum in pœnas in monitorio contentas incidisse quotidie declaratum. In tantum quod concludere possum quod vltra pœnam priuationis, beneficiorum, quam clericus homicida secundum Canones incurrit,& inhabilitatis ad alia obtinenda, iuxta doctrinam Innoc.in c.cum in nostris.de concess.præben.cum alijs per me allegatis in tit.de homic.q.119.n.58. quæ quidem pœna venit cōsequutiuè propter incursam irregularitatem.per tex.in c.si quis omnē. 1.q.7.cū alijs relatis per me d.q.119.n.56.possit etiam iuxta, facti & personarum qualitatē, tam si procedatur contra absentem contumacem,quam etiam contra prçsentem,deueniri ad condēnationem aliarū pçnarum,nēpe priuationis pensionum detrusionis in monasteriū,carceris,relegationis,& triremiū,iuxta per me scripta in d.q.119.n.84. & seqq. & sic quod in hoc multū iudicis arbitrio,vt prædixi, iuxta homicidij & homicidæ qualitates, & circumstantias tribuendū sit. & consequenter quod poterit è contra idē iudex,& iusta,& rationabili causa sibi benè visa,à pçna ordinaria priuationis beneficiorū, & alijs pœnis prout sibi visum fuerit recedere, & aliā mitiorē imponere. ad tex. in c.2.in fi. de clerico pugnante in duello,& in c. studeat dist.50.cū alijs per *Diaz* in pract.crim.canonica.c.94.alias 84.n.2. in fi.vers. & aduerte,& dixi in d.q.119.n.60.& seq. & ita vt supra in Vrbe,iudices vt plurimū seruasse pro veritate testari possum,& hanc obseruantiā vbiq;locū imirandam crederem, saluo semper aliorū, & præsertim Illustriss.D.mei Card.& Archiep. Senarū prudentiori iudicio cui me libenter submitto,& humiliter.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem materia secundum responsum.

1 SVpposito quod fuerit à Papa reseruata pensio super beneficio curato, ad fauorem D. Baccij clerici, ad hoc vt commodius viuere, & ordinari possit.& quod postea d.pēsionarius cōmiserit homicidium voluntarium,pro quo fuerit processatus & pluries citatus, & semper extiterit contumax. Dub, an d.pensionarius per sententiam condemnatoriam d.homicidij debeat pensione priuari,in casu,& ad effectū de quo agitur.Fuit per S.D.N. Papā reseruata pensio ad fauorem D.N.ad hoc vt cōmodius viuere, & ad sacros ordines promoueri valeret super plebania *N*. qui pensionarius malo postea spiritu ductus homicidiū voluntariū commisit,ex quo fuit contra ipsum fabricatus processus, & quoniam prætenditur ipsum ammisisse omnia bona,prçsertim Ecclesiastica,ac prçsertim priuandum esse d.pensione, fuit datū suprascriptum

dubium

dubiū,quod affirmatiuè resoluendū esse creditur.

16 Primo,quia iure cautum est homicidam beneficijs Ecclesiasticis priuandū esse.c.cum non ab homine. de iud. & ibi DD.cū vulg.& pensio ijsdem modis amittitur quibus beneficium. Hier. Gabr. cons.187.n.11.vol.2. qui loquitur in homicidio,& citat Gig.d.pens.q.54. Flam.Par.d.resig.li.3.q.1.n.13.quos refert,& sequitur Garz.de benef.par.1. c.5.num.105.cum seqq.& idem Gabr. confirmat cons.200.vol.2.n.12.

17 Et quidem conclusionem hanc verissimam esse constat, quia non solum in homicidio, sed etiā in alijs casibus communiter receptum est,vt qui priuatur beneficio,priuetur etiam & pensione,prout in matrimonio trad.Gig.d.q.54.in fi.vbi ait hanc partem amplecti Curiam Romanam,& sibi in factis accidisse. Duaren.de benef.lib.6.c.4.vers.annua huiusmodi. Clar. §.fin.q.73.n.5. Nauar. de orat.c.2.n.53.qui ait ita esse stylum Curiæ Paris. de resig.lib.1.q.1.n.15.& lib.6.q.2.n.115.qui de communi & recepta testatur, cum alijs congest. per Garz.d.n.105.cum seqq.

18 Et in promotione ad Episcopatum, vel ad Papatum,vel aliā dignitatē ob quam vacent alia beneficia, quod promotus amittat etiam pensionē testatur Caput.dec.303.304.& 401.par.2. Anast. Germon.de indult. Card. §.si vero à n.20.ad 39. Ferrett.cons.53.à n.4.cū alijs congestis per Garz. loc.cit.& quod hoc,vsus & consuetudo immemorabilis,quę notoria est,cōprobauerit test.Gabr.d. cons.200.n.12.qui in hac materia ęquiparari beneficia, pensiones, & reseruationes fructuū voluit ex Bar.& alijs in l.5.§.lex falcidia.ff.ad l.falcid.& ex gl.cōmuniter approbata in l.si quis seruo.C.de seru.corrup. DD.in l.Marcellus.ad Trebell. quia talis interpretatio sit passiua.Caccialup.de pens. q.56.in fin.qui testatur de stylo Rom.Cur.in quā certū est vacare omnes similes pensiones, quæ dicūtur datę loco beneficij,& non consistūt in mera tēporalitate,sed habent aliquid spiritualitatis annexū,& in professione expressa vel tacita religionis,quod sicuti professus amittit beneficium ita & pensiones amittat, probat Gig.q.57.eo quia pensio veniat appellatione beneficij latè sūpto vocabulo,& quia professus religionē mortuus est ciuiliter,& pro mortuo habetur, idē dixit Rot. vt per Caput.dec.223.p.2.cū alijs add. per Garz.d.loc.

19 Et in crimine hæresis, quod poena priuationis beneficiorum,extendatur etiā ad pensiones,quāuis hæretici vel eorum filij, beneficijs solū priuari dicantur voluit post alios Rot.residens tandem in hac opinione in vna Conchen. pens.6.Mar.1598. corā Peregr.ex doctr. Abb.in c.ad audientiā.el 2. vers.dicere tamen.de rescr.ac ex alijs adductis.

20 Et quando clericus fit miles, quod sit priuandus pensione sicut et beneficio priuatur, intelligendum tamen de ea pensione, quæ dicitur data loco beneficij, vt est illa de qua agitur,trad. Caccialup.de pens.q.55.in fin.

21 Nec obstat quod in crimine homicidij voluntarij, non reperiatur iure sancitū quod homicida sit priuandus nominatim pēsione,sed tantū quod sit priuandus beneficijs, vnde cum simus in poenalibus non videtur facienda extensio. Quia respondetur, quod nec est etiam in supradictis alijs casibus è iure sancitū quod clericus sit priuādus pēsionibus, forsitan quia tēpore Canonū pensiones non erāt in vsu,& tamē hoc hodie receptissimum est, et indubitatum, quod in supradictis casibus amittantur etiam pensiones, et ita obseruatur in praxi præsertim in Curia Rom. sicuti etiam in homicidio obseruatur, quod homicida non solum priuatur beneficijs,sed etiam pensionibus.

22 Et licet è cōtra voluerint aliqui DD.in aliquibus ex supradictis casibus,in quibus de iure amittuntur beneficia nō amitti pēsiones, et pensiones non venire sub dispositione de beneficijs loquēte hoc tamen vt dicit his ijsdem expressis verbis, & pluribus comprobat Garz.d. p.1.c.5.n.105.vers. Hoc tamen procedit solū in pensione assignata in stipēdium pro seruitio tēporali,seu alias vti laico: quo casu potest dici potius officium, quam beneficium, & est loco mercedis non beneficij, secus autem in pensione clerico assignata super beneficio, vt commodius sustentari,vel ad titulū d.pensionis ordinari valeat,vel ex causa resignationis; tunc enim cum talis pensio sit assignata, & cedat loco beneficij, regulanda est, quo ad amissionem tanquam beneficium, & sic ijsdem modis amittitur quibus beneficium,vt ipse dicit,& probatur ex Gig.d.q.54.& alijs.

23 Quod maxime hodie,quia pensionarius ex cōstitutione Pij V. tenetur dicere officium B. Mariæ Virg. & ex constitut. Sixti V. non solū clericales ordines suscipere,sed etiam in habitu clericali, & tonsura incedere extra dubium esse videtur,vt tenet Caball.in cas.224.num.21.cum seq.cent.3.

24 Nec refert disceptare, an appellatione beneficij veniat pensio,nam sat est quod supradicta conclusio sit vt est vera,recepta,& obseruata, parum vero interest quod hoc accidat,vel quia pensio sit beneficium, vel pars eius, & nomine beneficij comprehendatur.

25 Quod hodie tanto magis videtur dicendum in his pensionibus quæ reseruantur ad hoc vt quis cōmodius in clericali ordine sustētari possit, quia eisdē conuenit definitio beneficij,quod scilicet sit ius percipiendi fructus, seu redditus Ecclesiasticos annexum spirituali,non antecedenter sed consequenter,secundum Nauar. cons.42.num.28.& cons.52.num.6.de præben. ex D. Thom. 2. 2. quæst.100. art.4.& ex Arch.cap.50. de reg.iuri in 6. Et quia in eis concurrunt omnia illa requisita, quæ ad dignoscendum essentiam beneficij

requiruntur, secundum Calder. communiter recept. in rep. cap. vestra, de rescr. quæst. 3. Ioan. de Silu. de benef. q. 5. par. 5. Abb. cons. 47. num. 1. & 2. Petr. de Anch. in cap. beneficium. de reg. iur. in 6. 5. col. Vbi, quod aliqua requiruntur ex parte prouidentis, aliqua ex parte prouisi, aliqua ex parte beneficij, vel eius qualitatis, & aliqua ex parte modi prouidendi, quę omnia in his hodiernis pensionibus, & præsertim in hac de qua agitur, verificantur. Nam talis pensio à solo Papa, vel ab Episcopo reseruatur. Qui prouidens pro se retinere non potest, Clerico, non laico reseruatur, habet aliquid spiritualitatis annexum dependenter & consequẽter vt beneficiũ, vt ait Nauarr. d. cons. 52. num. 6. ex D. Thom. & cap. nam prærequirit ordinem. Nau. d. cons. 52. num. 4. lib. 3. & pensionarius, vt dictum est, tenetur incedere in habitu, & tonsura, & se pro Clerico, & diuino seruitio mãcipio gerere, ac quotidiè dicere officium B.V.M. & quo ad perpetuitatem, satis est dictam pensionem esse perpetuam quo ad eum cui confertur, vt tradit Cald. d. l. quem etiam in hoc cæteri sequuntur. Et tandem de eo prouidere debet pure, & sine pacto, & conditione, & non pro alio commodo temporali, alias committeretur simonia. Et vbi hæ qualitates concurrant, nõ debet esse vis in nomine, siue appelletur beneficium, siue officium, siue possessio, siue præstimonium, siue pensio, arg. 16. quæst. 1. cap. possessiones, & in cap. conquerente. de cler. non resid. & in cap. saluator. 1. quæst. 3. Ex diuersitate enim nominum non diuersificatur rei substantia, attendi enim debet potius natura rei, quam simplex denominatio. Quæ omnia concurrunt in pensione de qua loquitur. Ex quibus etiam Cabal. d. cons. 224. nu. 21. concludit pensiones hodiernas esse beneficia, & pensionarios satis hodie dici posse beneficiatos, & vt tales haberi & reputari habere.

26 Vel quia virtute subrogatorum, cum talis hodierna pensio sit loco beneficij, ex supradictis & ex Gig. d. q. 54. num. 4. debeat iisdem conditionibus subiacere, & priuilegijs gaudere, etiam in pœnalibus, vt tradit Bart. in l. postulante. ff. ad trebell. Abb. cap. fin. col. 5. de arbitr. Crotus in l. omnes populi. num. 182. ff. de iust. & iure. Villagut. de extens. ll. correct. num. 20. in 16. fallent. & de extens. l. pœnalis respectu meræ pœnæ, num. 24. qui ceteros cumulat, & in puncto ita ratiocinatur Gig. d. q. 54. num. 4.

27 Vel quia extensio fit facienda de casu ad casum ex identitate rationis, maximè quando saltem sub generalitate verborum, vel sub eorum lata significatione, cõprehenditur casus ad quem fit extensio, & quod tunc dicatur potius comprehensio, ad l. cum lege. vbi Aret. ff. de testib. cap. si quem. de sent. excomm. Calder. cons. 5. de consang. & affinit. & cons. 24. de præbend. Villalob. in communib. opinion. littera B. num. 154. & bene Ofasc dec. 67. nu 9. cum congestis per Villagut. de extens. ll. in rubr. de extens. l. correctoriæ. num. 17. & rubr. de ext. ll. exorbitantium. num. 3. & maxime quando exemptio, quamuis in pœnalibus resultat in fauorem Ecclesiæ, & tendit ad ipsam liberandam à seruitute. Euerar. in loco à ratione legis larga. num. 68. Dec. in l. factam. §. in pœnalibus. num. 14. de reg. iur.

28 Secundo principaliter, quia in praxi ita seruatur non solum in Curia Romana, vt testatur Gabr. in d. cons. 187. cuius stylum sequi debemus in beneficialibus, & pœnis Clericorum, sed etiam in hac prouincia, in qua plures Clerici homicidæ pensionibus priuati fuere.

29 Tertio, quia ex loci consuetudine, & legibus municipalibus, bonis omnibus priuantur homicidæ. quo casu etiam Clericos bonis omnibus priuandos esse, pijsq. locis applicandis voluit Diaz in prax. criminali Canon. in rubr. bonorum publ. puniri, cap. 135. Idque maximè obseruandum videtur in casu nostro, cum in ceteris delictis Clericorum, ex consuetudine fori Ecclesiastici in defectum Iuris Pontificij, ad municipales constitutiones, & consuetudines recurratur.

30 Quarto, quia etiam quando non veniret de iure imponenda pœna priuationis beneficiorum, & amissionis bonorum si delinquens præsens fuisset, quando tamen semper est contumax, solet hodie de generali consuetudine & practica, in delictis atrocibus & capitalibus, apponi de qua attestatur Farinac. cons. 14. num. 4. qui dicit esse notorium versantibus in foris.

In eadem materia tertium responsum.

R. Pater, Illa recepta sententia. Quod iisdem modis amittatur pensio quibus beneficium, generaliter & absolutè ponitur à DD. Vnde & nos etiam generaliter & indefinitè eam recipere debemus. Et cum nemo dicat eam restringi, & non habere locum in pœnalibus, nec nos restringere debemus, maxime quia aliqui ex allegatis Doctoribus loquuntur in pœnalibus, & præsertim Gabr. loquitur in terminis homicidij d. cons. 187. num. 11. vol. 2. & Rota in Conchen. pensionis 6. Martij 1598. coram Peregrino, loquitur in pœnalibus, & quando quis ex delicto alterius punitur.

31 Quod eo magis recipiendum est etiam in homicidio, quia ita recepit, & interpretata est Curia Romana, de cuius stylo & consuetudine idem Gabr. d. l. testatur, & Doctori attestanti de stylo, & consuetudine suæ patriæ vbi vitam trahit, creditur, licet vnico. Stylum vero, & consuetudinem Rom. Cur. pro lege vbique per totum Orbem seruandam esse, maxime propter dubietatem, DD. dicunt omnes in cap. ex litteris. de const. & cap.

quod

quod graui. de crimine falsi. Rota de fil.presbyt. decis. 1.num. 2.in nou.vbi præsertim in loco particulari non sit contraria consuetudo, vt expressis verbis tradit Mascard.concl.423.nu.7.post Curt. Iun.in tract.feud.1.par.quæst.1.num. 16. & in his præsertim materijs beneficialibus nemo est qui dubitet.

33 Et in casu nostro non constat de contraria consuetudine in loco, sed quinimo constat de consuetudine banniendi, & conoscandi bona, ad quam consuetudinem potius quàm ad ius commune recurrendum est in impositione pœnarum. l.hodie. ff.de poen. Dec.in cap.ex litteris.col.fin. vers.sexto.glos.prædicta. de const. & in cap. inter cætera.de rescript. cum alijs adductis per Crauet. cons.41.num.8.& cons.137.num.6.

34 Et maxime quando, prout in casu nostro, extat consuetudo talis in vicinis diœcesibus, quæ omnino seruanda est. Oldrad.cons.267.num.9.circa finem. vers.item quod consuetudo. Feder.de Sen. cons. 201. num. 5. Quando enim in aliqua Ciuitate nulla appareret consuetudo, siue lex scripta, recurrendum est ad Ciuitates vicinas, & quod in eis seruatum fuerit, seruari debet. Feder.de Sen. cons.91.vers.tertio probo.

35 Et dicta poena exilij, seu banni, quod licet de iure comuni per ecclesiasticos non veniret imponenda, tamen de consuetudine contrarium seruetur. Clar.§. fin.quæst.67.in fin.Card. Tusc.conclus. 232. penæ fori ecclesiastici, & iuris canonici, num.6. Et hodie præsertim cessat omnis scrupulus, cum pensiones ex constitutionibus Apostolicis, & stylo Curiæ, sint subrogatæ loco beneficiorum, & aliquo modo propriè beneficia dici possint, cum in eis omnes concurrant qualitates, quæ beneficium constituunt, vt in informatione probauimus, & benè ostendit Gamb.Rot. Rom. Auditor videndus, qui optimis rationibus Andream Siculum ab impugnatione Felini defendit in tract.de auctor. leg. delat.in tit. de pens.num. 311. cum pluribus seqq. Cuius dicta hodie maxime verificantur, quia certum est ex Bullis, pensionem habere aliquid spiritualitatis annexum, sicut & beneficia, & non est amplius quid temporale, vt ad mentem Doctorum erat antea, ex quo potissimum moti dicebant non esse beneficium.

36 Non obstat declaratio quæ allegatur Sacræ Congregationis Concilij Interpretum. Tum quia Concilium, & Sacra Congregatio loquitur solum de inhabilitate ad obtinenda, & diuersæ sunt pœnæ quod quis priuetur pensione obtenta, & quod fiat etiam inhabilis ad obtinendum, est enim hæc plia maior poena. Tum quia potest saluari declaratio, quod loquatur in foro conscientiæ, & de iure antiquo, quando pensio erat vt dicunt DD. ius merè temporalis. Verum hodie quod habet annexum spirituale, dicendum officium B. M. V. & incedendi in habitu, & tonsura clericali, & clericaliter viuendi, & quod eius non est capax laicus, sed datur loco beneficij ad hoc vt quis in ordine clericali commodius viuere, & proficere valeat, & sic videtur ipsam habere eamdem naturam, & eadem requisita quæ habet beneficium, & regulandam esse quo ad pensionem tamquam beneficium, vt Gabr.d.cons. 187.& post eũ Garz. d.parte 1.cap.5. nu.105. vers. hoc tamen in puncto dicunt, quando d. declaratio Concilij quatenus loqueretur de amittendis pẽsionibus per homicidium, non videretur amplius habere locum, maxime quia non sustẽtaretur alias. cum in multis etiam poenalibus fiat extensio de beneficijs ad pensiones, vt in terminis tenuit Rota in illa Conchen.pensionis. 6. Martij 1598. coram Peregrino, per doctrinam Gemin. in cap. quicumque. §. hæretici.num.2.in 6. Voluit namque Rota in materia poenali, & in qua punitur filius ex delicto Patris, dispositionem de beneficio extẽdi ad pensiones. Idemq. tanto magis fieri voluit Rota in d.decis. vbi aliqua dictio vniuersalis reperiretur, vt in casu nostro, in quo priuatur homicida omni officio, & beneficio. Quare aut sit vis in verbis declarationis, & non sonant in poenam priuationis, sed in aliam poenam, nempe inhabilitatis; aut in ratione ita declarandi, & hodie non militat, quia sit immutata pensionis natura, & ex supradictis, eo maxime quia in contrarium esset dicta decisio Rotæ, & alia iura, & doctrinæ Gamb. ac aliorum in informatione deductorum.

ARGVMENTVM.

RECEPTANS nulliter Bannitum; An & quomodo puniatur, & quid si nullitas banni sit notoria: & quando dicatur notoria, & quid etiam si eadem nullitas ignoretur à receptante, & quando præsumatur ignorantia seu scientia nullitatis banni. Quando etiam declaratoria sententia requiratur in pœnis ipso iure impositis, & quando syndicus Villæ denunciare teneatur delicta impunibilia.

SVMMARIVM.

Bannitum quem esse, ad effectum vt receptator puniatur, receptantis confessione non probatur, num.1.

Testes examinati post publicationem receptarum probationum ad instantiam accusatoris, seu instigatoris, nihil probant, num.2.

Testes examinati in loco allegato suspecto, nihil probant, num.3.

Nega-

Negatiua censetur probata ex reuolutione chartarum, & processus, num. 4.
Bannitorum receptatores non dicuntur nec puniuntur, nisi constet de banno receptati, nu. 5. & 6. vbi quod condemnatio sine banno non sufficit.
Constitutio pœnalis, & iuris communis correctoria non debet extendi plusquam verba sonant de casu ad casum, vel de persona ad personam, num. 6.
Contumacia condemnatio, banno non præcedente, prorsus est nulla & inualida, num. 7.
Receptans bannitum nulliter, puniri non potest, num. 8. Declara nisi receptans banni nullitatem ignoraret, num. 9. Item declara vt num. 42. & seqq.
Ignorantia probanda est per eum qui se fundat in illa, num. 9.
Argumentum à contrario sensu, non procedit vbi est diuersa ratio, num. 10.
Scientia seu ignorantia, attenditur in delictis modo vna & modo alia, secundum quod delictum excluditur, num. 10. & num. 43.
Princeps præsumitur habere scientiam eorum, quæ in suo Archiuio continentur, num. 11.
Princeps præsumitur habere scientiam eorum, quæ à suis officialibus gesta sunt, num. 12.
Scientia probatur coniecturis & præsumptionibus, num. 12.
Scientia præsumitur eorum, quæ ex scriptura, & processu apparent, num. 13.
Cautela abundans nocere non debet, num. 15.
Declaratoria sententia non requiritur vbi pœna incurritur ipso iure absque alia declaratione, nu. 15. Declara vt num. 19. 30. & seqq.
Receptans bannitum nulliter, tunc demum excusatur, quando nullitas est notoria, alias secus, num. 16. Declara num. 50. & seqq.
Bannimenta generalia status Ecclesiastici, non seruantur in terris Baronum, num. 17.
Declaratoria sententia requiritur etiam in pœnis ipso iure impositis, num. 18.
Qualitas probari debet ab eo qui se fundat in dispositione qualificata, num. 20.
Offendens birruarios, & etiam Principis Consiliarium, seu quemlibet magistratum, non ex causa officij, non incurrit crimen rebellionis, nec læsæ maiestatis, num. 21.
Pœna pro non delicto imponi non potest, num. 22.
Testes in contumaciam examinati, non probant quando sententia contumacialis est nulla, num. 22.
Offendentes birruarios quomodo puniantur vigore Constitutionis Marchiæ, num. 23. & 39.
Receptare hominem, illicitum & prohibitum non est, num. 25.
Banni nullitas notoria, est illa quæ ex actis resultat, num. 26. & seqq. & num. 38. & num. 51. & seqq.
Notorium ex actis, dicitur notorium iuris & non facti; sed quod constat ex actis dicitur notoriè constare, num. 27.
Actum, quem quis impugnat, approbare non potest, num. 29.
Delictum nunquid dicatur notorium si in via publica commissum fuit, num. 30. & 33.
Declaratoria sententia nunquid requiratur in delicto notorio, num. 30. & 34.
Qualitates delicti quando proceditur in contumaciam, sufficit constare per indicia, num. 35. Declara vt num. 36.
Qualitas requisita in pœnali dispositione, non per indicia, sed plenè, & concludenter probanda est, num. 36.
Producens supplicationem, censetur fateri omnia contenta in supplicatione, num. 37.
Constitutiones Marchiæ nunquid habeant locum in terris Baronum, num. 41.
Bannum est necessarium antequam condemnetur, non solum vigore Constitutionis Marchiæ, sed etiam de iure communi, num. 41.
Nulliter bannitus, habetur pro non bannito, quo ad se tantum, non autem quo ad alios. Declara vt num. 42. & seqq.
Occidens nulliter bannitum, nunquid excusetur, num. 42. & seqq.
Syndicus Villæ nunquid teneatur denuntiare delicta impunibilia, num. 44. & seqq. vbi etiam an teneatur denunciare delicta leuia.

CONSILIVM CCV.

1 ON potest de Banniti receptatione tractari, nisi pro parte fisci vltra receptationē, fuerit etiam plenè probatum, receptatum vere fuisse bannitum. In tantum quod nec sufficiat confessio rei dicentis receptatum esse bannitum, nisi aliter de banno constet, ex allegatis per Fabium Turrettum in cons. 8. num. 7. lib. 2. & per Card. Tusch. pract. conclus. littera B. concl. 47. num. 17. dixi in meo cons. 156. num. 18. lib. 2.

2 Neutrum est probatum in casu de quo agitur; nam quod D.N. receptauerit N. prætensum bannitum, non constat concludenter, nisi per vlti- mos testes examinatos, ad accusatoris seu instigatoris instantiam, post plures in causa receptas probationes, eorumq. iam factam publicationem, quo casu testium examen prorsus nullum, & inualidum est, Bald. in cap. fraternitatis. num. 10. vers. item in causa inquisitionis. & ibi etiam Aretin. num. 37. & 38. Paris. num. 46. vers. quando verò, extra de testibus. Bonifac. in Clementin. 2. num. 90. eodtit. Vbi, quod ita communiter seruatur. Bos. in tit. de publicat. processus, num. 5. Francisc. Personal. in tract. de indic. & tortur. q. 11. num. 28. Vbi, quod ita pluries in practica obtinuit. Vrsill. ad Afflict. decis. 216. sub num. 4. vers. ad offensam partis. vbi testatur de communi. Vulpell.

pell.conf. 136.post num. 25.vers.breuibus &c. vbi pariter testatur de communi. Surd. conf. 158. nu. 3. vbi etiam testatur ita seruari de consuetudine, cum alijs per me relatis in tract. de testib. quæst. 75.num.424.

3 Augetur nullitas examinis istorum testium ratione loci, in quo fuerant examinati. Qui enim locus cum pro parte D. N. fuerit suspectus allegatus, & protestatum in eo nullos examinari testes, non poterat vtique Iudex, in hoc suspecto loco mandare vt testes examinentur, ex tradit. per Alex. Striat. in pract. iudicial. cap. 6. nu. 5. & seqq. Vestr. in sua pract. lib. 5. cap. 10. nu. 1. vers. ad concedendam. Seuerol. in tract. de remissione. cap. 20. num. 3 & seq.

4 Multò minus est probatum N. prætensum receptatum, fuisse bannitum, cum imò in processu nouissimè teperto in Archiuio D. N. eundem N. bannitum non fuisse, euidenter appareat, stante iuris conclusione, quod ex lectura processus, & cartarum reuolutione satis hæc negatiua probara censeatur. Bart. in l. Titiæ textores. num. 2. ff. de legatis 1. Alex. conf. 55. num. 24. lib. 4. Aym. conf. 138. num. 5. lib. 1. Grammatic. decis. 59. num. 16. cum alijs per Herculan. in tractat. de negatiua, num. 167.

5 Si N. prædictus bannitus non fuit, ergo frustra de illius receptatione tractatur, si benè penderemus verba Bullæ Sixti V. in vers. vniuersis. iuncto vers. Duces quoque. Vbi solum imponit poenam receptantibus *perduellionem, homicidas, latrones, viarum grassatores, raptores, incendiarios, sicarios, exitios, publicæ quietis perturbatores, Armatas facientes, Statum Ecclesiasticum hostiliter peragrantes, pro quocunque crimine capitali etiam in contumaciam bannitos, aliosq. similes notorios delinquentes, & facinorosos, etiam nondum condemnatos*. Sed sic est, quod N. nullo modo connumerari potest inter personas prædictas, ergo constitutionis poena, cessante qualitate personarum in ea expressarum, cessare omnino debet. l. 2. §. docere. ff. de vi bonor raptor. l. 1. §. ait prætor. & ibi Bart. ff. ne quid in flumine publico. Placha in epit. delict. lib 1. c. 19. num. 27. vers. cæterum. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 191. num. 4.

6 Nec obstet, quod prædictus D. N. reperiatur per sententiam condemnatus pro crimine capitali. Nam constitutio vt locum habeat, non requirit condemnationem capitalem, sed bannum pro capitali delicto, etiam in contumaciam emanatum, vt dixi. & cum eadem constitutio sit poenalis, & iuris communis correctoria, non debet plusquam verba sonant extendi de casu ad casum, & multò minus de persona ad personam, etiam ex identitate rationis. l. si quis ita. §. penul. ff. de testamentaria tutela. Titaquell. de reuocan. donat. in verb. libertis. num. 28. Aym. de antiq. temp. par. 4. in princ. post num. 102. & 109. decis. Pedem. 23. num. 48. Rolan. conf. 56. num. 24. lib. 3. Et hæc sit prima responsio, quæ ni fallor, contemnenda non est.

7 Respondetur secundò, quia eadem condemnatio, banno non præcedente, nulla prorsus, & inualida est, ex latè congestis per Flamin. Cartar. de exequutione sententiæ. cap. 1. nu. 426. & seqq. & num. 435. & seq. dixi in tit. de inquisition. q. 11. num. 44. vers. differt autem practica Vrbis, & nu. 102. vers. sublimita id quod dixi. Et hæc nullitas est euidens, vltra alias eiusdem sententiæ nullitates, in facti informatione benè deductas.

8 Quare si sententia condemnationis est nulla, intrat conclusio, quod receptans nulliter bannitum, seu condemnatum, puniri non potest, vt per Carer. in pract. in 3. tractatu de homicidio, & assassinio. §. post vero maleficium. num. 34. in fine, & num. 35. Grammat. decis. 29. Vbi num. 1. ea affertur inuincibilis ratio, quia scilicet nulliter bannitus seu condemnatus, habetur pro non bannito, & pro non condemnato, dixi in quæst. 133. num. 62.

9 Nec præmissis obstat, quod D. N. hanc condemnationis nullitatem ignoraret, & sic intret distinctio quam in occidente nulliter bannitum tradunt Doctores per me relati in quæst. 103. num. 36. & seq. sumpto argumento à contrarijs; quorum eadem est disciplina iuribus vulgaribus. Nam quod D. N. hanc banni nullitatem ignoraret, pro parte fisci non probatur, & qui se fundat in ignorantia, illam probare debet, quia tunc non præsumitur. Dec. conf. 136. num. 13. vers. capio igitur septimum dubium. Alba. conf. 18. num. 5. vers. tertio modo, & num. 7. ad fin. Mascard. de probation. lib. 2. concl. 879. num. 39.

10 Et licèt, vt dixi in eadem quæst. 103. num. 39. præsumatur ignorantia nullitatis banni in occidente nulliter bannitum, non tamen inde est inferendum ad receptantem bannitum nulliter, quia vt noti iuris est, Argumentum à contrarijs non procedit quando est diuersa ratio. Diuersitas autem rationis est euidens in casu nostro, quia in occidente nulliter bannitum, præsumitur ignorantia, cum agitur de exclusione delicti. In receptante autem nulliter bannitum, si præsumeretur ignorantia nullitatis, ageretur de inclusione, & punitione delicti, ideo non inferendum de vno ad aliud. vt in simili dicitur, quod in delictis attenditur rei veritas, & non animus, seu scientia delinquentis, & è contra, secundum quod per hanc præsumptionem excluditur delictum, non autem quod includatur. Bart. in l. inter omnes. §. rectè. in fin. ff. de furtis. Aym. conf. 2. num. 8. Franc. Beccius conf. 60. num. 15. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 90. num. 20. & 25.

11 Sed quod imò in proposita facti specie præsumatur

matur in D.N. scientia nullitatis banni, & non ignorantia, probatur primò, quia processus contra N. fabricatus, fuit penès D. N. & in eius Archiuio, ideò præsumitur quod habuerit scientiam omnium contentorum in eo, & consequenter benè sciuerit banni nullitatem. cap. constitutus. vbi glos. & Doct. extra. de testib. Socin. reg. 176. in 7. fallentia. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumption. 23. num. 74. Viu. opin. 835. num. 15. Card. Tusch. pract. conclus. in verbo scientia, conclus. 64. num. 17. 23. 27. 66. & 87.

12 Probatur secundò, quia processus de quo agitur, fuit fabricatus ab officialibus D. N. Ideo pariter præsumitur habuisse scientiam eorum quæ à suis officialibus gesta sunt. Dec. consil. 404. viso eleganti. num. 5. & seq. Alex. consil. 157. viso instrumento. col. 2. vers. secundò respondetur, lib. 2. Card. Tusc. pract. conclus. in verbo, Ignorantia, conclus. 23. nu. 44. & in verbo, Scientia, conclus. 64. num. 55. 57. & seqq. Et isto casu, coniecturis & præsumptionibus probata scientia, plenè & concludenter probata dicitur. Alex. cons. 187. nu. 3. lib. 2. Paris. cons. 91. nu. 97. & cons. 13. n. 19. lib. 2. Cephal. cons. 314. num. 15. & in puncto Benedictus de Plumbin. in repetit. l. penult. §. ad crimen. num. 62. in fin. ff. de public. iudicijs.

13 Et demum omnis tollitur difficultas, quia nullitas condemnationis de qua agitur, apparet ex inspectione scripturæ, & processus. ideò illius non ignorantia, sed scientia præsumitur. sic enim in puncto in occidente nulliter bannitum loquitur Bald. in l. eum qui, nu. 1. & ibi etiam Salycet. nu. 6. vers. ego stò cum Bartolo. C. ad l. Iuliam. de adulterijs. Alex. cons. 65. num. 8. vers. & dicit Salycet. & in vers. ergo cum in proposito. lib. 3. Blanc. in pract. crimin. §. ignorantia an excuset à delicto. num. 89. & seqq. fol. mihi 96. Monticell. reg. crim. 3. num. 19.

14 Quare cum non constet de receptatione prætensi banniti, & quatenus constet de ea, non tamen constat receptatum bannitum, & quatenus etiam constaret receptatum esse condemnatum, seu bannitum, constat etiam de banni seu condemnationis euidenti nullitate, indubitanter concludo D. N. non iure ab accusatore vexari.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

15 DVplici fundamento fiscus effugere quærit nullitatem condemnationis N. qui prætenditur receptatus à D. N. Primò, quia cum offenderit N. ipso iure, & absque alia declaratione inciderat in crimen rebellionis, iuxta bannimenta generalia status Ecclesiastici, cap. 55. & cum non esset necessaria alia sententia, vel declaratione, iuxta Consilium Ias. 21. col. mihi 4. in princ. vers. ad hoc respondetur, abundans vel superflua cautela subsequutæ sententiæ, quamuis nullæ, nocere non debet. l. testamentum. ff. de testament. cum alijs allegatis.

16 Secundo, quod tunc demum receptans nulliter bannitum excusatur, quando nullitas banni est euidēs, & notoria, aliàs secus, per ea quæ in simili de occidente nulliter bannitum, dixi in quæst. 103. num. 36. & seqq. Nullitas autem sententiæ, & contra N. latæ, licèt constet ex actis, non tamen potest dici propriè notoria, cum huiusmodi notorietas populi notitiam fugiat, nec etiam transgrediatur personam Iudicis notarij, & litigantium, ex Paris. in cons. 2. nu. 34. lib. 1. Gomez. & Clar. in locis ex aduerso allegatis.

17 Verum his non obstantibus, non recedo ab aliàs per me scriptis, illa tamen libenter submittendo iudicio melius sentiētis. Et quod attinet ad primum fundamentum, sumptum ex generalibus bannimentis Status Ecclesiastici, sufficit dicere, quod dicta bannimenta non seruantur in terris Baronum, prout omnibus in foro criminali versantibus notum est, & sæpius Sacra Consulta resoluit.

18 Et dato, quod bannimenta prædicta haberent locum etiam in casu de quo agitur, adhuc requiritur declaratoria ex vulgari regula, quod etiam in pœnis ipso iure impositis declaratoria sententia est necessaria, ex allegatis per me in quæst. 10. nu. 70. & in specie in crimine rebellionis est tex. in Clementin. Pastoralis. de re iud. cum alijs per me allegatis in quæst. 113. & 88. & seq.

19 Nec refert, quod in bannimentis addatur *absque alia declaratione &c.* Quia per istam clausulam est sublata declaratoria quo ad incursum pœnæ, non autem declaratoria criminis, prout sic distinguendo benè declarat eruditissimus Thom. Sanchez in præcepr. Decalog. lib. 2. cap. 22. num. 20. cum allegatis per eum, & ita etiam expresse declarant Doctores in quæst. 10. ex aduerso allegata, num. 70. vers. sed his non obstantibus. Vbi in specie dixi, quod licèt quando poena est imposita ipso iure, statim patrato delicto incurratur absque alia declaratoria, & quod propterea transeat ad hæredes absque eadem declaratoria, requiritur tamen declaratio super delicto, quando contra hæredes agitur. & hanc dixi magis communem ex ibidem allegatis per me.

20 Et rursus, dato quod nec etiam declaratoria requiratur, adhuc & pariter bannimenta prædicta locum non habent in casu nostro, cum non simpliciter dicant, percutientes birruarios incurrere crimen rebellionis, sed addita conditione, seu qualitate, quod scilicet offensio, & percussio processerit ex causa officij. Quæ quidem qualitas, vt in facto benè deducitur, cum non probetur in processu, cessat absque dubio poena cum eadem quali-

qualitate imposita, ad vulgatum text. in l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui, cum alijs per Boss. in tit. de delict. num. 3. & 4.

21 Audeo & in hoc dicere, quod etsi bannimenta non exprimerent hanc qualitatem, seu conditionem, *ratione officij*, & tamen de iure communi (a quo omnia bannimenta, & Principum constitutiones interpretationem recipiunt) subintelligeretur. cum certi iuris sit, quod offendens nedum birruarios, sed etiam Principis consiliarium, seu quemlibet maiorem magistratum, rebellionis, & læsæ maiestatis crimen non incurrit, nisi offensio ratione officij processerit. Bald. in cap. 1. num. 7. & ibi etiam Felyn. nu. 17. de offic. deleg. Capic. decis. 130. num. 7. & nu. 13. in fin. & seqq. & latius dixi in quæst. 112. num. 150. & seqq.

22 Addo, quod omnibus præmissis cessantibus, bannimenta prædicta, dum imponunt poenam rebellionis offendentibus birruarios, præsupponunt in processu constare de delicto, & sic de offensione birruariorum, & ita loquitur Ias. ex aduerso allegatus in d. cons. 21. col. 3. in fine. vers. quartum obiectum est circa rebellionem. alioquin sequeretur absurdum, quod pro non delicto poenam imponerent contra tex. in l. aliud est fraus. ff. de verb. significat. In casu autem nostro de offensione N. in N. non constat, quia testes desuper examinati sine partis citatione, stante nullitate sententiæ contumacialis, nullam prorsus faciunt probationem, ex allegatis per Ant. Gomes. in l. Tauri. 76. num. 11. & num. 13. vers. ex quo subinfertur. Præsertim contra terrium, Rota coram Illustriss. Card. Millino in Conimbricen. Decanatus, veneris 19. Nouembris 1593. & coram Penia in Alisana Canonicatus 4. Martij 1611. in vers. nec refert quod deponeret, et coram Iusto in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ. 27. Ianuarij 1603. in vers. si verò etiam, et coram Litta, in Cæsenaten. de Cacciaguerris. 2. Februarij 1600. in vers. nec refert quod attentis verbis sententiæ.

23 Et demum non est omittendum, quod bannimenta status Ecclesiastici offendentibus birruarios, imponunt omnes illas rebellionis, et alias poenas, quæ continentur in constitutione Papæ Ioannis, posita inter constitutionem Marchiæ, lib. 4. cap. 46. In qua quidem constitutione nullibi inuenitur imposita poena mortis, sed poena infamiæ, priuationis, factionis Testamenti actiuè et passiuè, beneficiorum, feudorum, dignitatum, inhabilitatisq. ad illa in posterum, et ita alias de mense Ianuarij 1612. in vna Ciuitatis Castellanæ bastonatarum, me scribente resoluit. Ergo et in omnem euentum receptans percutientem, receptans N. qui in mortis poenam, nec in aliam capitalem condemnari non poterat, poena receptatoris bannitorum puniri nequit.

24 Et ex his quinque responsionibus, quarum vnaquæque sufficit, funditus ni fallor, corruit primum fisci fundamentum. Quo verò ad secundum, in quo arguitur à simili de occidente bannitum, non excusatur quando nullitas banni erat euidēs, & notoria, sic & contra non excusetur receptans nulliter bannitum, nisi nullitas pariter fuerit euidens, & notoria. Dicitur primo, hoc argumentum à simili à Fisco adductum, non procedere vbi inter vnum & aliud simile, adest diuersa ratio. imò similia dici non possunt illa, in quibus diuersa militat ratio, ex allegat. per Catellian. Cott. in suis memorialibus. in vers. similia sunt. decis. pedem. 68. num. 9. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 84. num. 8. & 9. Mascar. de probation. lib. 3. conclus. 1253. num. 5. sic & argumentum à contrario non militat, nec procedit vbi adest diuersa ratio, ex traditis per Euerard. in loco a contrarijs, nu. 8. & 9. Rolan. cons. 16. num. 26. lib. 3.

25 Et quod inter occidentem, & receptantem bannitum ratio sit diuersa, nulla est dubitatio, quia occidere hominem, de se malum & illicitum est, omniq. iure prohibitum. Receptare autem hominem, & bonum, & laudabile est, ex allegatis per me quæst. 133. num. 58. & consequenter non valet argumentum, occidens nulliter bannitum, nec etiam excusatur, nisi eadem nullitas sit notoria.

26 Dicitur secundo, & in omnem euentum quod nullitas banni de qua agitur, euidens, & notoria, ex quo constat ex actis, & ad id sic in terminis in occidente bannitum, alias allegaui Bal. in l. cum qui. num. 1. & ibi etiam Salycet. num. 6. vers. ego stò cum Bartolo. C. ad l. Iuliam de adulterijs, Alex. cons. 65. num. 8. vers. & dicit Salycet. & in vers. ergo cum in proposito. lib. 3. Blanch. in pract. crim. §. Ignorantia an excuset à delicto, nu. 89. & seqq. fol. mihi 96.

27 Nec releuat dicere, quod id quod ex actis constat, dicitur notorium iuris, & non facti, & sic non propriè notorium cum populo non pateat, quia ad effectum de quo agitur, non est necesse quod nullitas banni sit notoria facti, & populo nota, sed sufficit eam notorie constare, Id autem quod in actis apparet, licèt non dicatur notorium propriè dicitur tamen notoriè constare, vt benè declarat Clar. in pract. §. fin. quæst. 9. sub vers. item quæro, & dixi in quæst. 21. num. 166. & hoc sufficit in casu de quo agitur, secundum præallegatos, quibus sicut supra in terminis loquentibus nihil ex aduerso respondetur.

28 Nec etiam releuaret, quod D. N. fateatur non solere videre acta, & processus causarum, sed earum expeditionem pro iustitia relinquere officialibus suis, & consequenter ignorasse hanc sententiæ nullitatem. Hæc enim consequentia non est bona, cum possit esse, quod acta, & processum

contra

contra N. formatum non viderit, & tamen aliundè nullitatis condemnationis notitiam habuerit, prout verè habuit in præsenti casu, dum super processu impinguatiuo examinatus pariter fatetur, à Commissario N. audiuisse condemnationem N. fuisse nullam, & quod idem N. erat bannitus potius nomine quàm effectu, & quod propterea illum aggratiauit, ac de eiusdem Commissarij consilio noluit recipere scuta 25. in quibus supplicationem signauit, & tamen receptatio prætenditur non antea, sed post gratiam factam.

29 Vltra quod cum Fiscus d. N. primam confessionem impugnauerit, examinando tres testes officiales in Terra N. deponentes quod imò ipse D. N. volebat plenè, & semper informari de causis, & processibus illius loci, frustra modo idem Fiscus potest in prædicta confessione se fundare. cap. ex eo. de reg. iur. in 6. cap. cum olim. extra de censib. Gabr. lib. 6. tit. de reg. iur. vbi in terminis de confessione post Ruynum. in loco per eum relato.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem causa tertium responsum.

30 ADhuc Instat Fiscus in bannimentis Status Ecclesiastici, subdens, in pœnis in dictis bannimentis contentis, & earum incursu non esse necessariam aliquam facti declaratoriam, ex quo expressè in illis dicitur, *absque alia declaratione &c.* ex consilio Eugenij 22. num. 72. Vbi amplius subdit, quod quando delictum est notorium, prout prætenditur in casu nostro delictum N. ex quo fuit commissum in via publica, & multis astantibus, tunc eo minus declaratoria requiritur, & de hoc Eugen. consl. magnum festum facit.

31 Ego verò vltra alias responsiones datas prædictis bannimentis, dicebam & dico, quod omnes Conclusiones ab eodem Eugenio firmatæ in loco præallegato, in iure non subsistunt, & communiter sunt reprobatæ. Prima enim conclusio quam ipse facit, quod scilicet declaratoria criminis non requiratur, stante statuto imponente pœnam ipso inre, eum clausula *absque alia declaratione*, sicut Eugen. ad illius comprobationem nec Iura nec Doctores allegar, ita & eam minus probabilem esse in puncto aliàs demonstraui, ex allegat. per Thom. Sanchez in præcept. Decalog. lib. 2. cap. 22. num. 19. & 20. Vbi, relatis & reprobatis contrarium tenentibus, hanc dixit probabiliorem sententiam, eamq. & viuis rationibus, & grauissimorum Doctorum auctoritatibus fulcitam reliquit.

32 Et quod verum non sit, vt ex aduerso asseritur, quod idem Thom. Sanchez non loquatur in terminis in casu statuti pœnam imponentis *absque alia declaratione*, sed in casu simpliciter impositæ pœnæ ipso inre, vel ipso facto. patet euidenter vltra eius clara & expressa verba, quia loquitur in casu l. Regiæ, imponentis pro nephando pœnam confiscationis bonorum ipso iure, & absque alia declaratione, necnon etiam in casu Extrauagantis Paulinæ ambitiosæ, imponentis pœnam priuationis beneficiorum ipso Iure, & absque alia declaratione, & tamen adhuc in prædictis casibus declaratoriam requiri voluerunt Ant. Gomes. de delict. cap. fin. rubr. de confiscatione bonor. nu. 3. vers. secundo limita. Azeued. in commentar. ad ll. regias. l. 1. lib. 8. tit. 21. rubr. del pecado nefando. num. 70. Ioan. Matienzo. ad easd. ll. regias. l. 5. lib. 5. tit. 11. rubr. de empt. & vendit. glos. 1. Vbi, relatis & reprobatis contrarium tenentibus in casu illius legis, imponentis pœnam ipso iure absque alia declaratione, testatur de magis communi Doctorum sententia. Quibus addo etiam Stephan. Quaranta in summa Bullarum, in verbo, alienatio, num. 49. vers. sed absolutio. Vbi in terminis Paulinæ, sic etiam alios refert concordantes, quo ad pœnas exteriores, & temporales.

33 Sic & secundam Eugenij conclusionem, quod delictum in via publica, & coram multitudine personarum commissum, dicatur notorium, verum non esse apud Doctores indubitatum est. cum notorium non dicatur delictum, nisi patratum fuerit coram maiori parte populi, ad tex. in cap. manifesta, & in cap. de manifesta. 2. q. 1. cum alijs per Foller. in pract. crim. in verb. item quod est notorius delinquens. num. 17. in princ. Ant. Gomez. tom. 3. tit. de delict. cap. 1. nu. 41. Capra. in tract. de notorio, membro 2. num. 4. Clar. in pract. §. fin. ad quæst. 9. in princ. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 195. nu. 8. & magis in specie, quod notorium non dicatur delictum si fuerit commissum in via publica, & coram multitudine personarum, est decisio Seraphin. 376. num. 1. & 2. par. 1.

34 Sic nec tertia Eugenij conclusio, quod scilicet in delicto & facto notorio, non sit necessaria declaratoria, in iure non subsistit, quia contrarium voluit Foller. in d. verb. item quod est notorius delinquens. n. 14. Boll. in tit. quomodo proceden. in crim. notor. nu. 14. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1101. num. 1. Vbi alijs relatis testatur de veriori, & magis communi Doctorum sententia. Decian. consl. 483. num. 27. Hier. Laurent. decis. Auenion. 15. nu. 11. dixi in tit. de delict. & pœn. quæst. 21. num. 116. Quibus addo Guttier. quæst. Canon. 1. num. 16. & seqq. & Seraphin. d. decis. 376. num. 6. & 7. par. 1.

35 Dum quinto adhuc contenditur, in processu constare de qualitate offensionis factæ ex causa officij, saltim ex indicijs, quæ ad condemnandum in contumaciam faciant plenam probationem, ex traditis per me in tit. de inquisit. q. 11. n. 63. in fi.

36 Dicitur primo, quod qualitas requisita in pœnali

nali

nali dispositione, non per indicia, sed per certas & concludentes probationes deducenda est in processu. l. 2. §. docere. ff. de vi bonor. raptor. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 19. nu. 27. vers. cæterum &c. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 191. num. 4. Nec isto casu condemnatio in contumaciam suffragabitur, stante ipsius nullitate ex pluribus defectibus.

37 Dicitur secundo, quod non solum de qualitate prædicta in processu non constat, nec plenè nec præsumptiuè, sed quod imò de alia causa non respiciente officium, nempè quod N. offenderit propter Archibusatas aliàs in ipsum explosas, apertè probat vnus testis Curiæ, qui iuxta communes regulas plenè probat contra Curiam. necnon id etiam constat ex supplicatione N. D. N. porrecta, quam D. N. signauit, & quam Fiscus producendo in actis huius causæ, censetur confiteri omnia in ea contenta. l. cum precum. C. de liberar. caus. Auth. ad hæc. C. de fid. instrum. cap. cum olim. in fine. de censib. In tantum, quod sic producens in producta scriptura contenta amplius impugnare non potest. Rot. coram Gypsio. in vna Meliten. Abbatiæ, lunæ 27. Aprilis. 1592.

38 Dum sexto ad effugiendum nullitatem dictæ sententiæ, dicitur ea non sufficere, quia non est notoria, respondetur, quod ad effectum de quo agitur, satis dicitur euidens, & notoria, quia constat ex actis, & ad id semel atque iterum allegaui in terminis Bald. in l. eum qui. num. 1. & ibi etiam Salyc. num. 6. vers. ego istò cum Bartolo. C. ad l. Iuliam. de adulterijs. Alex. cons. 65. num. 8. vers. & dicit Salycet. & in vers. ergo cum in proposito. lib. 3. Blanc. in pract. crim. §. ignorantia an excuset à delicto, num. 89. & seqq. fol. mihi 96. Quibus nihil prorsus ex aduerso responsum vidi.

39 Prout nec etiam respondetur ad id quod dixi, quod in omnem euentum pœna bannimentorum non est capitalis, sed tantum infamiæ, inhabilitatis, & priuationis, & quod ideò circumscripta sententia condemnatoria N. dicta bannimenta nihil operantur. quia nec de iure communi, nec vigore Constitutionum Apostolicarum, prohibitum est receptare condemnatos in dictas pœnas non capitales.

40 Et demum nec etiam respondetur, quod admissis bannimentis prædictis, & eorum obseruatione etiam in Terris Baronum, non probato delicto de quo principaliter agitur, & quod in casu nostro stante nullitatis contumacia & processus, omnis cessabat probatio desumpta ex depositione testium, parte non citata examinatorum, ex pluribus Rotæ decisionibus, quas allegaui. Quare D. Iudex hæc causa est quatriduana, & expeditionem clamat.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem causa quartum responsum. cum responsione motiuorum.

41 Dum primò dubitatur de nullitate sententiæ condemnatoriæ in contumaciam latæ contra N. ex defectu præcedentis banni, ex eo quod Constitutio Marchiæ lib. 4. cap. 10. non habeat locum in Terris Baronum, vt per Bullam Pauli Tertij insertam in principio dictarum Constitutionum. Respondetur, quod etiam circumscripta eadem Marchiæ Constitutione, nedum de iure communi, sed etiam ex generali totius Italiæ consuetudine, nemo potest in contumaciam condemnari, nisi bannum præcesserit. Ruyn. cons. 68. nu. 5. vers. quamuis ergo. lib. 5, cum alijs per Chartar. de exequutione sententiæ. cap. 1. nu. 426. & seqq. & num. 435. & seq. & dixi in tit. de inquisitione, quæst. 11. num. 44. vers. differt autem, & post nu. 45. & num. 102. vers. limita tertio & seq. Vrbe tamen excepta.

42 Dum secundo reuocatur in dubium, nunquid receptãs nulliter bannitum, puniri alioquo modo possit, & quod possit adducitur doctrina Gandin. in tit. de bannitis pro malefic. n. 12. ad fi. vers. nec obstat. & Ias. in l. 4. §. condemnatum. n. 34. ff. de re iudic. volentium, occidentem nulliter bannitum puniri posse, ea ratione, quia nulliter bannitus habetur pro non bannito quo ad se tantũ, non autem quo ad alios, si cõmuniter iuste bannitus credebatur (prout creditur probatum in casu nostro) Respondetur, istorum opinionẽ cõfundi per alios DD. per me relatos in q. 103. n. 37. volentes, occidentem nulliter bannitum nullo pacto excusari, & sic nulliter bannitum haberi pro non bannito, tam quo ad se quàm quo ad alios, & hanc vltimam opinionem communiter teneri per omnes Canonistas, & omnes Legistas apertè testatur Viuius opin. 770. num. 16.

43 Præterea non est hic argumentis certandum, postquam habemus in terminis decisiones iã allegatas, quod receptans nulliter bannitum, non punitur, & nihilominus ex abundanti dicitur, argui non posse de occidente nulliter bãnitum ad receptatem illum. Primo enim casu sufficit communis reputatio, & opinio, vt dicit Ias. & Gandin. ex aduerso allegati, quia agitur ad effectum excusandi occidentem à pœna. secundo autem casu, quãdo agitur de receptante, inducitur communis reputatio, & opinio ad effectum condemnandi. quod argumentum minimè validũ est in iure, cũ vt aliàs dixi, & modo iterum repeto, communis opinio, & reputatio præualet, & non præualet, secundum quod agitur ad delicti, & pœnæ exclusionem, non autem si agatur ad includẽdum delictũ, & delicti pœnã. Bar. in l. inter omnes. §. rectè. in fi. ff. de furt. Aym. cons. 2. n. 8. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. nu. 20. & 25. Franc. Becc. cons. 60. nu. 15.

F Et

44 Et dicitur tertio iterum ad subuertendum conclusionem, quod receptans nulliter bãnitum nulla poena puniatur, adducitur simile de syndico Villæ, qui ex forma statuti sub certa poena; tenetur denunciare omnia maleficia, quod nõ excusetur si omisit denunciare maleficium non punibile, vt puta homicidium bannitì qui poterat impunè occidi, quia ad ipsum non spectat cognoscere an delictum sit punibile vel ne, ex Bart. in l. fin. §. diuus. ff. de public. & vectig. Ang. de malef. in verbo, *necnon ad denunciationem*. nu. 7. & Marsil. in l. de vno quoque. n. 146. ff. de re iud. Vltra quod, vt iterum dixi, argumentis non est opus vbi habemus claras doctrinas DD. in terminis dicẽtes, quod receptãs nulliter bannitũ, nullo modo puniri potest, adhuc

45 Dicitur primò, quod hęc Bar. & sequentiũ conclusio non est tuta, & in contrarium videtur communis opinio, prout voluerunt Bal. in l. 2. n. 1. vers. ex hoc dico. C. vt nemo priuatus. Idem Bald. in tract. de statut. in verb. *capere*, nu. 14. Cuman. in l. cum quidam. §. quod dicitur. n. 9. ff. de acq. hered. Paris. de Put. de syndicatu. in §. syndicus qui tenetur. n. 3. Firman. in repert. in verb. syndicus denunciat. vers. Sexto. Vbi amplius dixit, quod syndicus non tenetur denunciare delictum leui culpa commissum, post Cyn. & Florian. in locis ibi relatis.

46 Imò, quod nec etiam teneatur denunciare vulnera, seu percussiones parui momenti, etiam quod pro illis aliqua poena arbitraria imponatur, scripserunt Caccialup. in tract. de debitore suspecto; q. 3. princip. nu. 3. Paris. de Put. vbi sup. nu. 2. cum alijs per Tiraquell. in tract. de iudic. in rebus exiguis. vers. decimo.

47 Dicitur secũdo, quod etiam data pro vera Bartoli, & sequacium conclusione, adhuc illa procedit, quando statutũ loquitur per verba importantia cognitionem causæ, prout est verbum, *denunciare*, secus si per verba importantia exequutionẽ, vt puta, si dixerit, quod villa, seu alius quilibet teneatur capere malefactorem, vel occidere bannitum, pront punctualiter loquitur Constitutio Sixti V. in §. necnon. tunc enim quod Villa nõ teneatur capere, seu occidere malefactorem impunibilem, vt puta qui bannitum occidit, fuit distinctio eiusdem Bar. in l. si quis in graui. §. si maritus. ff. ad Syllanian. & ibi etiam Roman. nu. 3. Bald. in d. tract. de statut. in eod. verbo, *capere*, num. 14. & latius prosequitur Nell. in tractat. de bannit. in 3. par. secundi temporis. nu. 55. & seq. Et sic parum est curandum de Igneo contrarium sentiente in d. l. 3. §. si maritus. nu. 22. & seqq. ff. ad Syllanian. cum contra eius sententiam adsit opinio Bart. Bald. Roman. & Nell. in locis præalleg.

48 Dicitur tertio, quod Bart. doctrina, & conclusio procedit, prout loquitur in syndico deputato ad denunciandum maleficia vigore statuti, & sic in poena publica, quæ hoc ideo non tenetur perquirere an delictum sit punibile necne, quia tunc reputatur ab eodem statuto merus exequutor iustitiæ, prout expresse sic materiam declarat idem Bart. in d. l. fin. §. Diuus quoque. num. 3. vers. præterea probatur. ff. de publican. Roman. in l. cum quidam. §. quod dicitur. post num. 5. vers. secundò quia. ff. de acquir. hæred. Ang. de malefic. in verb. *necnon ad denunciationem*. nu. 33. vers. quia æquiparatur. Nell. de bannit. vbi sup. num. 56. Non est igitur mirum, si isto casu syndicus simplex iustitiæ exequutor, non tenetur perquirere an denunciandus puniri vel non puniri debeat. prout in simili dicitur de magistro iustitiæ, suspendente iniustè seu nulliter à iudice ad mortem condemnatum, & de birruarijs de mandato iudicis capientibus illum qui iure capi nõ debebat. Vnde secus in persona priuata à statuto ad id non deputata, & quæ non est exequutor Iustitiæ, prout Comes Sempronius. Quæ propterea si vi eximat eum qui nulliter aut iniustè in ius vocatus est, ad nullã tenetur pęnam, vt in l. 2. §. cum Glilius. ff. ne quis eũ qui, cum alijs per me alleg. in q. 32. num. 11. & seqq.

49 Dicitur quartò, quod eadem Bar. doctrina non procedit quando notoriè cõstat delictum esse impunibile, tunc enim syndicus non tenetur denunciare secundum Ang. in l. 2. n. 4. C. vt nemo priuatus. Firman. in repert. in verb. Denunciator. n. 16. Addentes ad Salyc. in l. ea quidẽ. littera A. n. 13. C. de accusat. Alex. ad Bar. in l. 1. §. accusationẽ. n. 5. littera D. in fi. addition. ff. ad turpilianũ. August. ad Ang. de malefic. in verbo, *necnon ad denunciationem*, n. 33. Ang. de malefic. ibid. nu. 36. vers. credo tamen, & ibi etiam August. in fi. addit. vers. nec obstet doctrina Bald. Felyn. in c. si perfoderis. n. 2. extra de homicidio: Et sic in summa hac Bartoli doctrina de syndico denunciante, punctualiter regulatur secundum terminos receptationis bannitorum. nunquid autem nullitas banni de qua agitur, dicatur notoriè constare necne, dicam infra.

50 Et dum quartò & vltimo firmatur conclusio, receptantem nulliter bannitum poenam receptationis non euadere, nisi eadem nullitas sit patens & notoria, & quod in casu nostro ob banni defectum condemnatio *N.* non possit dici sicut requiritur patens, & notoria, cum non omnibus pateat, sed solum ex actis. Respondetur hanc conclusionem non esse veram in iure: Primò per regulam generalem, qua dicitur ex actis induci rei euidentiam, & notoriam. c. cum olim. & ibi communiter omnes. de verbor. signif. Dec. cons. 682. num. 3. Decian. cons. 18. num. 45. & seq. lib. 1.

51 Secundò. & in specie in materia nullitatis, quod nullitas quæ ex actis resultat, dicitur non solum notoria, sed etiam euidens, & manifesta, voluerunt Alex. cons. 225. nu. 2. lib. 6. Ruyn. cons. 114. n. 16. fol. 3. Roland. cons. 29. n. 43. lib. 1. cum alijs per Afin. in pract. §. 31. cap. 53.

Tertio

52 Tertio, vltra aliàs allegata, & magis in specie iterum pondero Blanch. in pract. S. ignorantia. n. 89. & seq. vbi eam in proposito banni nullitatem patentem reputat, quæ ex sententia apparet. Si sola sententia (quæ dubium non est eam esse de actis) notoriam inducit nullitatem. Ergo (retorquendo deducta in motiuis) non est necesse eam omnibus de populo esse patentem & notam, sed solum in actis constare. cum certissimum sit, bannitorum sententiam non poni in conspectu populi, sed eas inter alia acta retineri, & custodiri.

53 Et magis in specie in occidente rebannitū, seu absolutū, quod puniatur quando de absolutione, seu rebannitione *constat in actis*, videatur idem Blanch. in d. S. ignorantia. n. 161. Et quod satis dicatur cōstare de nullitate rebānitionis, seu cancellationis *quando in actis* non apparet causa d. cancellationis, & restitutionis, dixi in q. 103. n. 105. Et propterea parum refert, vt in motiuis ponderatur quod Blanc. vbi sup. alleg. d. num. 89. loquatur de nullitate banni resultante ex sententia, ex Alex. aliàs per me alleg. cons. 65. n. 8. lib. 3. loquatur de libro bannitorum, cum sic contigerit disputatio in casu in quo consulerat. quia non per hoc excludunt, quin idem sit quocunque alio modo de nullitate constet ex actis, per præallegata.

54 Addo & Ang. de malef. ex aduerso allegatum in verbo, *necnon ad denunciationem*, n. 36. vers. credo tamen. vbi in proposito notorium exemplificat quando impunibilitas maleficij apparet *ex inquisitione, vel ex processu formato*. sequitur ibid. Augustin. in fin. addit. vers. nec obstat doctrina Baldi. Vbi pariter exemplificat quando de impunibilitate appareret *ex libello accusatoris*. & tamē certum est, inquisitionem, accusationem, & processum (quæ sine dubio dicuntur de actis) non esse omnibus patentes, nec eas poni in rostro bannitorum, nec in sententia, prout ex aduerso præsupponitur. Quare nihil superesse video, quod D. N. absolutionem iure impedire valeat.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

DE Legitima filij delinquentis, quando possit in vita patris confiscari, præsertim in casu statuti Perusini. & quomodo computanda sit eadem legitima, quando filiæ fœminæ dotatæ reperiantur, vel in monasterio professæ reperiantur.

SVMMARIVM.

Legitima filij confiscari potest propter eiusdem filij delictum, etiam quod pater habeat plures filios, nu. 1. in princ. & num. 2.

Legitima filij delinquentis, confiscari non potest viuente patre vigore statuti Perusini lib. 3. rubr. 72. si homicidium non est sequutum, num. 3. secus si homicidium sequutum fuisset, n. 4. vbi hoc ampliatur etiam quod homicida in contumaciam fuerit condēnatus.

Legitima filij delinquentis, confiscari non potest in præiudicium patris vigore statuti Perusini, nisi in casu homicidij, num. 3. contra num. 5.

Confiscari non possunt donata cum conditione expressa, quod in casu delicti eadem donata confiscari nequeant, num. 6.

Confiscatio prohiberi potest expressè tam à testatore, quàm à donatore, num. 6. & 7.

Legitima est quota bonorum, & non hæreditatis, num. 8. & ideo deducto ære alieno computari debet, n. 8.

Confiscatio bonorum vbi locum habet, fiscus succedens vti hæres tenetur soluere omnia debita delinquentis, num. 9.

Legitima quomodo computanda sit, quando filiæ fœminæ dotatæ reperiuntur, vel in monasterio professæ, num. 10.

CONSILIVM CCVI.



1 FACTI species hæc mihi proponitur. N. condemnatus est in poenam vitæ, et confiscationis bonorum, ob delationem Terzaroli, et illius exonerationem contra quendam, qui tamen vulneratus non remansit. in qua dubitatur an pater præd. N. possit pro eo cogi ad solutionem legitimæ, stante quod habet duos filios masculos, et decem fœminas, quarum nouem Monasterium ingressæ, et professæ suam habuerunt dotem, et altera adhuc in domo patris innupta permanet, ad tradita per me in q. 24. n. 170. Et stante statuto Perusiæ lib. 3. rubr. 72. volente, patrem non teneri soluere legitimam pro filio delinquente, nisi pro homicidio, vel de homicidio, et non pro alijs maleficijs, vel delictis, ad late scripta per Engen. cōs. 45. et 46. Et demum stante donatione aliàs facta per N. prædicto suo fratri, in qua expresse adest priuatio bonorum in casu delicti, etiā quo ad legitimam, ad cons. Rimin. Iun. 193. nu. 2. lib. 2. Et quatenus N. ad solutionem legitimæ teneatur, An sit deducenda prius dos matris dicti N. quæ nunc viuit. Et an fiscus teneatur ad debita *N.* Et super præmissis, ac etiam in omnem euentum, stante numero filiarum à statuto exclusarum, et iam dotatarum, quanta deberet esse legitima dicti N. tequisitus, vt pro veritate respondeam.

2 Dum primo prætēditur, solutioni legitimæ non esse locum propter numerum filiorum prædictum iuxta ea quæ alias dixi d. q. 24. nu. 170. crederem hoc, iure non subsistete. Doctores enim ibi per me allegati, prout & Guazzin. vbi sup. in dubitationibus relatus, non loquitur in filio delinquente, sed in patre. & ideo quicquid alias per errorem, aut scriptorum aut impressorum, dictum repetiatur in

prima mei operis impressione, in vltima tamē editione de anno 1603. correcto errore declaraui, patre delinquente & habente plures filios, totam hæreditatem filijs reseruari, iuxta terminos l. cum ratio. §. si plures. ff. de bon. damnator. & ita in praxi practica seruatur.

3 Dum secundo, eidem solutioni legitimę nō esse locum propter statutum Perusinum lib. 3. rub. 72. certissimum mihi videtur, prout late consuluit Eugen. quod statutum prædictum, nōnisi in casu homicidij patrem teneri soluere pro filio legitimam, apertè disponit, quo casu de homicidio effectu sequuto, & non de attentato statutum prædictū esse intelligendum, indubitati iuris esse censeo. Bal. in l. data opera. in fin. vers. in pœnis statutorum. C. de his qui accus. non poss. Dec. in l. 1. §. hęc autem verba. in fin. n. 11. ff. quod quisque iuris. Viu. opin. 822. num. 1. & seqq. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 360. num. 106. & seq.

4 Quod si in casu homicidij essemus, parū referre existimarem, quod N. esset in contumaciam condemnatus, obstante motu proprio Pij IV. per eundem Eugen. allegati d. cōs. 45. n. 27. quo quidem motu proprio non solum derogatur statutis, aut consuetudinibus contrarijs, sed etiam constitutionibus Apost. quibuscūque, vt in eo expressè legitur, quicquid secus dixerit Eug. in d. cōs. 45. n. 45.

5 Verū id quod mihi in hac parte non modicam facit difficultatem, est, quod pater ad solutionē legitimæ pro filio delinquente, in quolibet delicto cogi potest nō solum ex constit. Marchiæ, de qua in lib. 4. c. 18. sed etiam ex constit. Sixti IV. in vers. & parentes. vt in eod. 4. lib. c. 19. Et sic non sit attendendum statutum Perusiæ, sed ipsa Sixti IV. constitutio, stante alia Sixti V. cōstitutione in eius bullario in ordine 37. in vers. declarantes. fol. mihi 198. part. 2. in qua expresse cauetur, locorum statuta non esse attendenda, vbi Pontificum constitutiones aliquid disponunt.

6 Dum tertio prætenditur, legitimam hanc nullo pacto esse soluendā ex bonis per N. donatis, cum in donatione expresse in casu delicti, etiam quo ad legitimam, delinquens sit priuatus bonis donatis. Nullam credo esse dubitationem, prout sic in terminis legitimæ expresse prohibitæ consuluit Iacob. Barrett. cons. 133. n. 5. & seq. Imò etiam quod de legitima nō fuisset expresè facta mentio, quod adhuc nec legitima in Fiscum transeat, vltra Hippol. Rimin. in d. cons. 193. n. 1. & seq. iuncto n. 12. lib. 2. voluit Ruyn. cons. 129. n. 6. & seq. lib. 2. Idem Rimin. cons. 131. num. 41. vers. nec circa prædicta. iuncto n. 51. & seq. Pancirol. cons. 181. n. 6. Peregr. de iure fisci. lib. 5. tit. 1. rubr. de publicat. bonor. n. 104. vers. sed vtrum, quos alias retuli, & sequutus fui in q. 25. n. 45. in 5. limitat. Quibus addo etiam Surd. cons. 570. nu. 4. & seq. lib. 4. Quorum sententia absque dubio communis est. quicquid secus sensisse videatur Boss. in tit. de publicat. bonorum. num. 32. in fin. vers. cum igitur.

7 Quod enim valeat in re sua alteri relicta, vel donata, prohibitio vt in casu delicti in fiscum non transeat, sed ad alios deferatur, communiter receptum esse, plenè constat ex relatis per me in d. q. 25. n. 23. quos hic referre superfluum esset. Addo, & Surd. cum allegatis per eum in cons. 412. n. 12. & seqq. & n. 62. in fin. & seqq. lib. 3. & cons. 570. n. 3. lib. 4. Molin. de primogen. lib. 2. c. 12. n. 56. & seqq. Thom. Sanchez in præcept. Decalogi. lib. 2. cap. 18. n. 24. & n. 36. qui ampliant hoc procedere etiam quod fuerit prohibitum in casu criminis læsæ maiestatis, humanę vel Diuinę, bona in Fiscum non transire.

8 Quare, dato quod ex bonis N. aliqua sit soluenda legitima ad Fisci vtilitatē, illa tamen solui debebit, deducta prius materna dote. Tū quia legitima, cum sit quota bonorum, & non hæreditatis. l. quisquis. §. ad filios. C. ad l. Iuliam Maiest. hoc ideo deducto ære alieno computari debet. l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. signif. l. 2. §. illud. ff. de collar. bonor. Tum etiā quia propter filij delictum non mater, nec de bonis maternis, sed pater, qui habet filium in potestate, & de bonis paternis illius legitimam soluere debet, prout expresse disponitur in constitution. Marchiæ d. cap. 18. & in constitut. Sixti IV. cap. 19.

9 Sicut & pariter Fiscus, qui vigore cōfiscationis vult N. legitimam consequi, cum ob id eiusdem N. hæres à iure reputetur. l. tutores. in fine. & ibi gl. C. ad l. Iul. de vi priuat. l. non intelligitur. §. ex causa. & ibi gl. in verbo, pertinet. ff. de iur. fisc. Idcirco, & ad illius debita tenebitur. Clar. in pract. §. fin. q. 78. vers. sed an teneatur fiscus. & vers. final. And. Gayl. obseru. 86. n. 6. lib. 2. & præsertim quia d. constit. Sixti IV. in vers. & parentes, vult hanc legitimam Fisco à parentibus soluendam ac si ipsi parentes decessissent. sed sic est, quod mortuo patre filius ex sua legitima tenetur creditoribus satisfacere, ergo & Fiscus qui in eiusdem filij ius & hæreditatem succedit.

10 Quanta autem in præsenti casu debeat esse N. legitima, & an filię N. dotatę, & in monasterio professæ, numerum faciant in illius computatione, vt omnes sciunt, resolutio est difficilis propter DD. diuersas sententias, et distinctiones, quę dantur in hac materia. Verū mihi semper placuit cōmunis illa distinctio, quod si statutū excludit simpliciter fœminas, licet postea mādet eas dotari, tūc quo ad cōputationē legitimæ non habeantur in consideratione, sed pro mortuis reputentur. si vero statutum non simpliciter excludit fœminas, sed quatenus dotatas, prout facere videtur statutum Perusinum, et tunc non solum faciant numerū in computatione legitimæ, sed etiam suarum legitimarum supplementis impinguentur masculorum portio-

portiones, ad scripta per Michael. Grass. in tract. de succession. in §. legitima. q. 7. num. 4. vers. quid dicendum, et seq. vbi aiij referuntur concordantes. Et ita vt supra, saluo semper meliori iudicio, de iure esse censeo.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

DOMINVS regulariter tenetur pro delicto famuli delinquentis in officio, in quo ab eodem Domino deputatus est. hæc conclusio habet plures notabiles declarationes, quæ in sequentibus responsis magistraliter explicantur. Vbi etiam plura alia ad materiam quando Dominus teneatur, & puniri possit pro famulo delinquente.

SVMMARIVM.

Dominus tenetur pro delicto famuli delinquentis in officio, in quo ipsum deputauit, n. 1. Declara dummodo ciuiliter agatur, secus si criminaliter, n. 2. & 24. Item declara nisi tempore deputationis famulus haberetur pro idoneo, n. 3. & 23. & rursus declara vt dominus exhibendo famulum liberetur, nu. 4. & 20. vide de materia num. 54.

Dominus præsumitur particeps delictorum & fraudum commissarum à famulo in officio in quo est deputatus, si delicta & fraudes fuerint continuatæ, & successiuæ, & illis non obuiauerit. concurrente tamen scientia ipsius domini, & quod fraudes, & delicta per famulum commissa, tenderent in vtilitatem domini, aliter secus, num. 5. & 6. 19. & 21.

Scientia præsumpta non sufficit, quando agitur criminaliter, & ad pœnam, sub n. 5. & 17.

Scire non dicitur quis factum, nisi eiusdem facti sciuerit etiam omnes qualitates, n. 6. & 16.

Magistratus negligens in puniendo delinquentes, non criminaliter sed ciuiliter, ad damna & interesse tenetur, num. 7.

Officiales hodie de generali consuetudine non syndicantur, nisi de dolo, & barattaria, num. 7.

Dolus excluditur ex qualitate personarum, nu. 8. Item ex lucro, & commodo cessante, num. 9.

Interesse secundarium & in consequentiam, non est attendendum, num. 10.

Iuramentum in litem non defertur propter solam culpam sine dolo, vero vel præsumpto, n. 11. & 12. vbi quod nec etiam defertur propter dolum in omittendo commissum.

Administrator qui semel reddit rationem, ad eam reddendam amplius cogi non potest, nisi reperiatur in dolo perspicuis indicijs probato, num. 13.

Dohanarum emptores & Gabellarij, possunt consignare bona pertinentia ad gabellam cuicunque voluerint, absque alia solutione, & adnotatione in libris, numero 14. vbi, quod etiam possunt remittere pœnas in totum, & in parte.

Gabellarij & dohanarum conductores, habent iura Fisci, & Principis, num. 14. & 15.

Obuiare delicto, & delictum prohibere, nemo tenetur, etiam quod commode, & sine periculo facere possit, præterquam in crimine læsæ maiestatis, nu. 18. vbi quod hoc procedit etiam de iure canonico.

Dolus vbi potest purgari actione ex contractu, cessat actio de dolo criminalis, num. 22.

Dominus tenetur pro delicto commisso per famulum, etiam extra officium in quo deputatus est, quando in genere sciuit ipsum famulum esse malum, & improbum, declara vt num. 49.

Testes in criminalibus, debent esse non solum habiles et idonei, sed etiam omni exceptione maiores, nu. 36.

Furtũ nõ cõmittitur domino volẽte, & permittẽte. n. 37

Concessum vsque ad certam summam, censetur prohibitum vltra illam summam, num. 38.

Delicta quando dicantur continuata, & successiua, num. 39. & seqq.

Scientia, & participatio delictorum à famulo commissorum, quando in Domino præsumatur, ex eorundem delictorum frequentia, continuatione, & successiuitate, num. 39. & seqq.

Capserius seu alius administrator Banchi, quando dicatur furtum committere ex eo quod capsæ, & banchi pecunias in vsum propriũ conuertat, n. 46. & seq.


Confitens se deliquisse, si id quod confitetur non est delictum, delinquenti non nocet, num. 47. & seqq.

Testis qui patitur plures defectus, adminiculis non iuuatur, num. 50.

Producens falsũ articulũ, quãdo de falso puniatur, n. 51

Referens, propriè & verè inest in relato, num. 52.

CONSILIVM CCVII.



1 CVM præsupposito, sine tamen veri præiudicio, quod N. Præfectus gubernio Dohanę à D.N. plures successiuas, & cõtinuatas fraudes commiserit, easque idem D.N. scienter permiserit & tolerauerit, illis non obuiando. Prætendit Illustris admodum, & Excellens D. N. Commissarius dictum D. N. iure posse criminaliter condemnari in aliquam extraordinariã poenam, ipsiq. pro damnis & interesse per Cameram passis iuramentum in litem esse deferendum. ea præcipue motus ratione, tum quia cum dictus N. fuerit à D.N. in officio gubernij dohanæ electus, et deputatus, tenetur ipse eligens, de eo in quo N. deliquit. l. iure prohibitum. C. de fabricensibus, lib. 11. et in l. cum si exhibuissent. ff. de publicanis. Boss. in tit. de furtis. n. 55. cum alijs per me relatis in tit. de delictis et poenis, q. 24. num. 50.

2 Verum hæc D. mei Commissarij prætensio ex infrascriptis prorsus euanescit. & Primo, quia regula dictarum legum, & præmissa conclusio limitatur, & declaratur, vt procedat dummodo contra

Dominum, qui famulum delinquentem in officio elegit & proposuit, agatur ciuiliter, non si criminaliter, vt in casu nostro, ad Glos. in Lobseruare. §. proficisci. ff. de officio Proconsulis, & Legati. Felyn, in cap. Petrus. num. 13. de homicidio. Honded. cons. 96. num. 16. & seqq. lib. 2.

3 Secundo. Eadem regula, & conclusio declaratur vt non procedat, quando electus in officio electionis tempore erat communiter reputatus, prout in casu nostro probatum est per testes defensiuos, quando N. ad officium à D.N. deputatus fuit, communiter habitum fuisse pro homine bonæ famæ, & idoneo ad officium in quo est deputatus, secundum eundem Felyn. in d. cap. Petrus. num. 10. de homicidio. Gabriel. concl. 8. num. 62. lib. 7. & voluit Rota coram Illustrissimo Cardin. Seraphino. in Romana releuationis indemnitatis Venetis 9. Iunij 1581. in decisione per me registrata in dicta quæst. 24. num. 64.

4 Et cum hodie N. reperiatur carceratus, frustrà etiam ciuiliter agitur contra D.N. l. vnica. ff. nautæ, caupones, stabularij, iuncta l. 1. §. quod nouissimè. & l. si post. & l. cum exhibuisset. ff. de publicanis. Franc. Marc. decis. 425. num. 6. par. 1. Boss. in tit. de furtis. num. 6. & cum alijs per me allegatis dicta quæst. 24. num. 60.

5 Tertio. Ad hoc vt Dominus teneatur pro delicto, & fraudibus famuli delinquentis in officio, in quo ipsum deputauit, etsi agatur de delicto successiuo, ac de continuatis fraudibus, ex eo quod non obuiando fraudibus & delicto famuli, præsumatur idem famulus de eius voluntate deliquisse, ad tradita per Abbat. in cap. cum causam. num. 19. extra de testib. & in cap. constitutis, il 1. num. 3. & ibi etiam Felyn. num. 1. extra. eodem. Alciat. de præsumption. reg. 3. præsumpt. 40. num. 3. Natt. cons. 499. post nu. 2. Menoch. de præsumption. lib. 5. præsumpt. 27. num. 12. & 13. vltra præsumptam scientiam duo præcipuè requiruntur, Quod fraudes, & delicta per famulum commissa, tendant in vtilitatem Domini. Data enim hac vtilitate præsumitur scientia, & voluntas eiusdem Domini. Sic enim loquuntur omnes præallegati Doctores, & in puncto consuluit Honded. cons. 97. nu. 8. lib. 2. Sed in casu nostro cessat omnis D.N. vtilitas, & lucri participatio, prout iam D. meus Commissarius pro veritate liberè fatetur. Ergo cessat omnis præsumpta scientia, & tamen quando agitur criminaliter, & de inferendo pœnam, præsumpta scientia non sufficit, sed debet esse clara, concludens, & indubitata. Rota coram Illustrissimo Cardin. Seraphino, Romana secretariatus, lunæ 17. Februarij 1591. & coram Illustrissimo Cardinali Mantica. in Romana casalis. 19. Martij 1590.

6 Nec isto casu releuant depositiones N. & N. asserentium de huiusmodi fraudibus certiorasse D.N. Non enim deponunt de qualitatibus, & circumstantijs commissarum fraudū, de quo tempore, & cum quibus personis, nec testes de fraudibus informatos subministrarunt. Quo casu nec aliqua inducitur scientia, quando præsertim agitur ad pœnam, ad glos. in cap. concertationi. in verbo, sciuerit. & ibi omnes Canonistæ de appellationibus in 6. & post alios quos refert concordantes Tiraquell. de retractu lignagier. §. 36. glo. 2. num. 30. & seqq. Ostasch. decis. pedem. 164. num. 4. vers. si igitur. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 66. Vltra plures, quas prædicti NN. patiebantur exceptiones satis in processu notas.

7 Quarto non est omittendum, quod D. N. vti principalis Administrator Dohanarum, habebat iurisdictionem in suos ministros fraudes committentes, & si fuerit negligens in illis puniendis, non potest pro hac negligentia contra ipsum criminaliter procedi, sed tantum ciuiliter ad damna, & interesse. Bal. in l. 4. §. in eum. in verbo, non ad pœnam, in 2. notab. ff. de damno infecto. Menoch. de arbitrar. quæst. casu 341. num. 2. & 3. Et de consuetudine non proceditur contra Magistratus in suo officio negligentes, sed tantum si dolum, aut Barattariam commiserint. Boss. in tit. de officiali corrupto, num. 26. Bertazzol. cons. 71. num. 4. & ibi in additionibus Claud. litter a F. & cons. 81. num. 2. lib. 1.

8 Et in casu de quo agitur, res est indubitata, quod in D. N. nullus potest argui, aut præsumi dolus, Tum ex qualitate eius personæ. ex allegatis per Plot. de in litem iurando. §. 6. num. 58. Rol. cons. 11. num. 75. lib. 1. Menoch. de præsumption. lib. 5. præsumpt. 3. num. 28.

9 Tum quia ex fraudibus N. non solum nullum consequutus est lucrum, aut commodum. Quo casu omnis doli præsumptio tollitur. Aym. cons. 8. num. 13. Menoch. vbi supra d. præsumptio. 3. num. 18. & 85. & cons. 98. num. 23. & seqq. lib. 1. Honded. cons. 112. nu. 29. sed imò damnum, cum fraudes per N. commissæ si commissæ fuerunt, tendant etiam in eius non modicum damnum. Quo casu eo minus arguitur dolus. Aym. cons. 75. num. 13. Roland. cons. 38. num. 36. lib. 1. & dixi alias in tract. de falsitate, quæst. 53. num. 204. & 205. Nec releuat dicere, quod fraudes N. fa- tis tendebant in commodum D. N. ex quo ex illis facilius satisfieri poterat de eius credito. Hæc enim obiectio fuit prorsus sublata ex testibus defensiuis, deponentibus D. N. aliunde quam ex lucro fraudum, fuisse satisfactum.

10 Quinto. & quod attinet ad declarationem iuramenti in litem pro damnis & interesse Cameræ, prout prætendit D. Commissarius, vltra præmissa, adhuc dicitur, Cameram propter N. fraudes nulla passam fuisse damna, & interesse, quia iam fuit satisfacta de suo affictu à dohanerijs. Et

ad

ad id quod dicitur, quod si Camera sciuisset fraudes *N.* pro maiori pretio locasset dohanas, vltra quod hoc prætensum interesse est secundarium in consequentiam, & per accidens, & sic minimè attendendum. l. verum. ff. de furtis. Glos. in cap. quamuis.in verbo.detrimentum. & ibi Gemin.de pactis in 6. Bald.in l.ex placito.num.1. C.de rerum permutat. Pelyn.in cap. quæ in ecclesiarum. num.46. de constitutionib. & voluit Rota coram Reuerendiss. Damasceno, in Romana legitimæ. 16. Decembris 1616. sub quarta inspectione. Dicitur insuper, quod si Camera scire volebat Dohanarum introitus, debebat apud eos deputare, prout in capitulis affictus, ministrum scribentem tales introitus, prout non fecit, ex quo horum ministrorum loco successerint, vt vulgo dicitur, *le Piazze morte*, prout notum est.

11 Accedit, quia dato etiam quod D. *N.* sit in culpa propter malam electionem N. non tamen propter hanc culpam contra ipsum deferri potest iuramentum in litem, quod de iure non defertur, nisi propter dolum præsumptum, ad tex. in l. videamus.in fin.& in l. 2. vers.interdum. & in l. in action.§.sed in his.ff.de in litem iuran.& est communis, vt in syntagm.commun.opin.par.1.tit. de iureiuran.cap.10.rub.de iuramento in litem.vers. ob culpam non iuratur in litem.

12 Sic dato etiam,quod idem N. dici possit in aliquo dolo, negligendo punire *N.* nec pariter propter dolum in omittendo consistentem, potest contra ipsum iurari in litem,secundum Bald. in l. argentarius. §. cum autem. num. 1. & ibi etiam Bellapertic.num.3.& 4. Alex.num.8.& Ias.num. 6.ff.de eden.Dec.qui accusare.num.8.& 9. C. de edendo,& in l.1.num.19.in prima lectura, & nu. 59.in secunda lectura. C.de sententijs quæ pro eo quod interest. Menoch. de arbitrar.quæst. lib. 2. casu 208.num.14. Cephal.consi.193.num.52.lib. 2.& est communis, vt per Seraphin.de priuil. iuramenti.post num.55.& num.56. et seqq. vbi latè contrarijs respondet.

13 Omitto, quod ex eodem processu informatiuo constat,D.N. fecisse quicquid potuit, vt fraudes *N.* detegeret, et puniret. Quæ enim supra dicta sunt, satis superq. sufficiunt ad eius claram innocentiam demonstrandam, et præcipuè quod contra ipsum criminaliter agi non potest. eo præsertim quod administrationis suæ computa quolibet anno reddidit, & solidauit. quo casu amplius ad ea reddenda cogi non potest, vulgata l. semel. C. de apochis. lib. 10. Et licet hæc solidatio & quietatio, non extendatur ad dolum & fraudes, attamen, vt ex præallegatis apparet in D.N.nec dolus, nec fraus vlla considerari potest, cum tamen ad hunc effectum, dolus non solum perspicuis & indubitatis indicijs probandus esset text.expressus in l.dolum. C. de dolo . Capra. consil.78.num.56. Neuizzan.consi.12.num.46. Cephal.consi.121. num.11. lib. 1. Sed etiam per clarissimas & concludentes probationes. Dec. in l.1.nu.8.in fin.C.de errore calculi. & in consi.94. num.4.vers.non obstat. lib.1.

Quare ex præmissis sex fundamentis, hunc probum, & nobilem virum, & mercatorem, & in Vrbe omnibus notum, esse in aperto absolutionis casu indubitanter existimo.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

14 PRimum dubium decidendum est negatiuè, quod nullum ius competat Reu. Cameræ in casu & ad effectum de quo agimus. quia emptores dohanarum possunt consignare bona pertinentia ad dohanam, cuicumque voluerint absque aliqua solutione, & adnotatione in libris. prout etiam possunt remittere poenas, in totum seu in parte, quarum remissio, licet regulariter spectet ad Principem,& Fiscum,tamen hoc non procedit quando adsunt tales emptores,cum habeant omnia iura Fisci & Principis. l. creditor. vbi Bart. & Bald.ff.de action.empt.Idem Bal. consi.256. præmittenda sunt quædam. num. 1. lib. 4. & in l. si quis. vbi Salic.C. de vectigalib.& commiss.Guid. Pap.decis.413.num.1.Peregr.de iur.fisc.lib.6.tit. 5.num.3. Vnde dominium omnium,quæ incidunt in commissum, spectat ad Datiarium, & statim ad illum transit sicut transibat ad Cameram, & ad Principem. l. commissa. ff. de publican. Bald. consi. 256. num. 2. lib. 4. Imò etiam omnes aliæ poenæ indictæ ob causam gabellarum, pertinent ad conductores. Ang. in §. poenales. col.4.instit. de actionib.Alex.in l.si quis id quod. ff.de iurisd. omn.iudic.Boer.decis.180.num.3.post med.Dec. consi.4.num.2. siue poenæ sint indictæ per nomina muitiplicatiua, puta in duplum,vel in triplum, siue aliter. Socin.consi.36.num.12.ad med.lib.4. Peregrin.de iur.fisc.lib.6.tit.5.nu.32. Cum etiam omnia ista sint in fructu, vnde magis spectant ad emptores istorum redditruum, vt benè per Bald. in rubr. ff.de rer.diuis.num.4.& in l.1.num.10.C. de fructib.& lit.expens.& per consequens possunt facere quidquid volunt in concernentibus similia negotia gabellarum, tamquam qui subrogentur loco Dominorum quibus talis potestas tribuitur. Grammat.decis.36.num.12.cum alijs per Pereg. de iur.fisc.lib.4.tit.8.num.15.

15 Et quamuis prætendatur, quod possit existere aliquod interesse Reu. Cameræ in habendo notitiam fructum & reddituum dohanarum,quæ non possent haberi si non fiat adnotatio illorum in libris Dohanæ. tamen isti fructus non attenduntur in nouis appaltibus, cum semper fiant per duos, aut tres annos ante finem currentis conductionis, & sic

& sic non potest considerari aliquod interesse respectu istius notitiæ. maximè quia, vt dictum est datiarij tanquam domini possunt gratiam facere cuicunque, absque eo quod aliquid adnotetur in libris, disponendo de pœnis, & alijs emolumentis sibi debitis, cum sint fructus appaltus, & succedāt loco rei. Bald. in d. rubr. ff. de rer. diuis. num. 4. per tex. in l. creditor. vbi Cyn. C. de action. empt. l. si quis. 11. in fin. C. de vectigalib. & commiss. Præsertim quia liber Incontri, non fuit tentus in omnibus Dohanis, vt deponit testis fisci. fol. 112. cui standum est tanquam à parte producto. Ias. in l. admonendi. col. 46. de iureiuran. Gabr. de testib. concl. 1. nu. 13. vers. Contrariam tenet. Paris. cons. 88. num. 12. lib. 3.

16 Secundum dubium, est etiam resoluendum negatiuè, quod non constet de scientia prætensarum fraudum. nam omissis multis exceptionibus, quæ adsunt contra testes, de quibus bene in facto, satis est quod in casu nostro D. *N.* non tenebatur credere N. quo ad imputationes datas N. tanquā qui non bene cum eo conueniret ob paritatem administrationis, à qua illum libēter remouisset. Aym. cons. 319. nu. 26. cum etiam non fuerit facta per N. notificatio prætensarum fraudum specialiter, & distinctè, itaut D. N. potuerit habere veram, & præcisam scientiam illarum, ob quas posset iustè punire delinquentem, & eum officio priuare, prout talis scientia requirebatur. gl. in c. concertationi. in verb. sciuerit. de appellat. Ofasc. decis. 176. num. 6. Becc. cons. 37. n. 23. cum seq. Tiraq. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. nu. 30. Surd. cons. 328. num. 28. lib. 3. Bertazol. consil. crimin. 439. num. 8. lib. 2. Cephal. consil. 350. num. 20. lib. 3. Alex. consil. 114. n. 4. ad med. lib. 1. Caputaq. decis. 16. num. 4. par. 1.

17. Et quamuis ex aduerso prætendatur adesse coniecturas ex quibus scientia solet probari, tamen coniecturæ debent esse iuris. quæ neque sufficerent, quando prout in casu nostro, agitur criminaliter, vt quis propter præsumptam scientiam puniatur. §. si quis autem. & §. hinc nobis. in fin. vers. si vero expressim. auth. de hæredib. & falcid. Surd. cons. 328. num. 29. lib. 3. Aret. cons. 47. n. 2. Cephal. cons. 150. n. 16. lib. 3. Honded. cons. 96. n. 35. li. 2. Rot. decis. 21. de dol. & contum. in antiq. Card. Seraph. decis. 133. num. 2. vers. Tamen hoc non procedit in pœnalibus, & decis. 991. num. 2. Bertazol. c onf. crimin. 319. nu. 12. lib. 2. Farinac. consil. 125. num. 8. in fin. lib. 2. latè Rot. coram R. P. D. Penia Romana domus Sancti Ludouici. 24. Aprilis 1600. de qua per Farinac. decis. 152. post consil. lib. 2.

18 Et quatenus etiam probaretur talis scientia per veras probationes, non præsumptas, tamen neque officeret, cum scientia delicti, non faciat scientem teneri ad pœnam. nam quicquid sit in delictis exceptis, & atrocissimis, vt in crimine læsæ maiestatis, & parricidij, ac similibus, & quicquid sit in foro interiori animæ, verissima est opinio quod in alijs delictis, & in foro exteriori, non debet condemnari pœna aliqua etiam extraordinaria, qui sciens delictum non obuiat vt nō committatur, quamuis commodè, & sine periculo posset hoc facere. l. 1. §. sed in eo. vbi Bart. num. 2. ff. ad l. Syllanian. Abb. in c. 1. num. 5. vers. sed pone. & ibi Felyn. num. 4. Bero. num. 75. de offic. deleg. idem Felyn. in cap. quante. 47. num. 4. de senten. excommun. Roman. consil. 117. nu. 1. vers. Aut volumus intelligere. & ibi Mandos. in verb. non puniatur. Boer. latè in addit. ad Dyn. in c. non est sine culpa. 19. de reg. iur. in 6. Dec. in l. culpa caret. 50. num. 7. & 8. ff. eod. tit. Natt. consil. 158. num. 13. Thob. consil. 101. nu. 18. latè Clar. in §. fin. quæst. 87. vers. dictum est quod ex sola. nu. 3. vbi quod hoc etiam procedit de iure Canonico. Et quicquid aliud sentiant Cagnol. in d. l. culpa caret. & Couarr. in Clem. 1. par. 3. §. 1. num. 7. de homicid. & Menoch. de arbitr. cas. 95. num. 7. in fin. contra eos est verior, & magis accepta opinio, vt testatur Honded. consil. 98. num. 34. lib. 1. & consil. 96. num. 26. vsque ad 29. lib. 2. Bertazol. consil. criminal. 445. num. 2. lib. 2. cum alijs per Farinac. qui pro omnibus sufficiat. quæst. 51. num. 4.

19 Neque obstat, quod si præpositus in officio delinquat, Dominus præponens teneatur pro eo, si agatur de delicto successiuo, ac cōtinuatis fraudibus, quasi præsumatur de eius voluntate deliquisse, tanquam non obuiauerit cum posset illum remouere. Natt. cons. 499. n. 2. post princ. Menoc. præsumpt. 27. num. 12. & 13. lib. 5. Quia prædicta, procedunt dummodo agatur ciuiliter contra dominum, secus si criminaliter prout in casu nostro, tunc enim dominus non tenetur. Glos. in l. obseruare. 4. in verb. ratio. in fin. ff. de offi. proconsul. & legat. & in cap. cum ad sedem. 15. in verb. interdictum. ante med. vers. nec enim de facto familiæ. de restitut. spoliator. Roman. consil. 11. n. 3. vers. prædicta tamen distinctio. & consil. 15. nu. 1. & 2. & ibi Mandos. in verb. criminaliter. Felyn. in cap. Petrus. 17. num. 13. col. penult. in fin. vers. tertio declara. de homicid. & in c. cum venisset. 25. n. 4. ad med. de testib. & in cap. legebatur. 3. num. 2. de maiorit. & obedien. & in cap. 2. nu. 2. vbi Dec. in 2. lect. num. 4. de constit. Ias. in l. non impossibile. num. 2. ff. de pact. Barbat. inter cons. Calcan. 66. num. 2. in fin. Francisc. Marc. quæst. 423. num. 13. Decian. cons. 25. num. 14. lib. 2. & consil. 4. num. 62. vers. item respondetur. lib. 3. Auffr. ad decis. Capell. Tholos. 196. num. 2. Honded. cons. 96. nu. 16. lib. 2. Farinac. quæst. 24. num. 89. & cons. 125. num. 7. lib. 2.

20. Accedat carceratio, & exhibitio officialis, qui

præ-

prætenditur fraudes commisisse. tunc enim dominus illum præponens non tenetur, cum sufficiat malefactorem exhibuisse. quando, prout in casu nostro, sumus in habēte officium publicum, quicquid aliud sit in officio priuato, puta tabernario, nauta, hospite, vel similibus. tunc enim non sufficeret exhibitio, cum esset in potestate damnum passi agere contra præponentem, seu propositum. Lynic. ff. furt. aduers. naut. caupon. & stabular. Felyn. in cap. Petrus. 17. col. penul. in fin. vers. quinto declara. n. 12. de homicid. Auffr. ad decis. Capell. Tholos. 196. num. 4. Roman. cons. 434. in fin. vbi Mandos. in verb. liberantur. Bald. consil. 230. Præsupposito statuo. num. 4. lib. 1. Abb. in cap. 1. num. 7. de restitut. spoliator. Firman. de vectigal. par. 4. quæst. 7. Dec. in l. 2. nu. 13. ff. quod quisque iur. Marsil. in rubr. de fideiussorib. num. 182. Decian. consil. 25. num. 15. lib. 2. Affl. decis. 82. nu. 4. Roncagall. in eandem. 9. nu. 184. ff. de duob. reis. Quod procedit siue agatur ciuiliter, siue criminaliter. Farinac. consil. 125. num. 9. lib. 2.

21 Quibus additur, quod ex prætensis fraudibus per ministrum commissis, nulla vtilitas potest dici acquisita Domino, prout etiam ex aduerso præsupponitur per D. Commissarium Cameræ. qua vtilitate cessante, non potest prætendi aliqua voluntas, & sciētia domini, nec aliquod delictum successiuum incommodum & vtilitatem ipsius, quod per eundem dominum posset prohiberi, & perconsequens nulla æquitas suadet, vt pro famulo teneatur. Honded. cons. 97. num. 8. lib. 2. Menoch. cons. 53. num. 15. lib. 1. post Ruin. cons. 21. num. 1. lib. 4. Calcan. consil. 63. num. 1. Barbat. consil. 13. nu. 35. col. antepenult. lib. 3. post Rom. & Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. vbi Alex. num. 24. ff. de nou. oper. nunc. & concludunt omnes. in cap. constitutis. il primo. vbi Host. num. 4. ante finem. vers. si quis autem. Abb. num. 3. Imol. num. 2. Felyn. num. 1. de testib. Grammat. consil. 8. num. 3.

22 Cessante igitur interesse Reuerendę Cameræ, ac sublatis omnibus prætensionibus sociorum adhærentium fisco, absolutio est concedenda. maximè quia inter istos socios adsunt conuentiones, cum diuersis capitulis, in quibus fuerunt promissa omnia quæ tendunt ad securitatem cuiuscunque sociorum, & ad obseruantiam promissorum cum pœnis, & alijs in eidem capitulis contentis. quæ faciunt cessare omnem accusationem criminalem, tanquā remaneat actio ciuilis, quæ etiam comprehendet dolum cōmissum contra aliquem. nam si talis dolus potest purgari actione ex contractu, cessat actio de dolo, nec potest puniri dolus criminaliter, vnde multò magis in casu nostro in quo nullus dolus potest considerari, ex supra allegatis. Bald. consil. 15. ad euidentiam. lib. 1. Castr. consil. 412. Viso facto, & dubijs mihi traditis. num. 4. lib. 1. Aym. cons. 6. nu. 105. & cons. 280. col. penult. ad med. vers. Postremo considero, & vers. pro quo melius facit. Menoch. qui loquitur in specie Dohanarum, seu vectigalium, & tributorum, consil. 98. num. 83. & 84. lib. 1. post Abb. consil. 68. num. 5. lib. 1. Bero. cons. 206. num. 24. lib. 3. Roland. consil. 75. num. 31. lib. 1. per tex. in l. & eleganter. 7. in princip. ff. de dolo malo. l. licet. 41. §. ea obligatio. ff. de procuratorib.

23 Non obstat tex. in l. cum si exhibuissent. 3. ff. de publican. vbi Dominus vectigalium conuenitur ex facto familię, cum debeat bonos seruos ad hoc ministerium eligere, & ideo tū dura conditio publicanorum efficitur quasi sint in culpa tales præponendo. §. item is ex cuius. & §. cui. & §. itē exercitor. instit. de obligation. quæ ex quasi delict. nascuntur. Quia respondetur quod dispositio d. l. cum si exhibuissent, non procedit quando publicanus deputasset illos qui boni putabantur, prout constat in casu nostro, tunc enim non tenetur. ita in specie declarat ibid. Cuman. ante med. vers. in versu idcirco. num. 1. in princ. vbi quod est notandum argumento a ratione legis. iuxta l. adigere. §. quamuis. de iurepatronat. l. argentum. ff. commodat. quod etiam voluit. Felyn. in cap. Petrus. nu. 10. de homicid. latè Card. Seraph. decis. 528. num. 1. ad med. vbi in specie sequitur Cuman. in d. l. cum si exhibuissent. ff. de publican. cum alijs per Gabr. de malef. conclus. 7. num. 9. Rebuff. in prax. tit. de form. vicariat. num. 189.

24 Præterea dispositio d. l. cū si exhibuissent. ff. de publican. procedit in delicto commisso per seruum publicani, & sic in homine non libero. tunc enim non sufficit exhibitio, neque liberatur dominus sine noxæ deditione. aliud est quando exhibetur homo liber qui deliquit, nam tunc amplius dominus non tenetur. ita post Iacob. de Aret. declarat Bart. in l. 1. §. quod nouissimè. in princ. ff. de publican. Cuman. in d. l. cum si exhibuissent. in princ. ff. eod. tit. Et quamuis etiam in libero homine vltra exhibitionem teneretur dominus pro noxa famuli, tamen tenebitur ciuiliter non criminaliter, prout ita in specie declarat Francisc. Marc. decis. 423. num. 13. par. 1. Felyn. in cap. Petrus. num. 13. de homicid. Decian. cons. 25. num. 14. lib. 2. cum alijs adductis supra vers. Neque obstat quod si præpositus. & secundum etiam prædictas declarationes intelligitur tex. in l. iure prouisum. 7. C. de fabricens. 16. lib. 10. quamuis dispositio illius tex. procedat specialiter in illo casu, quia vnus succedit alteri, ideo ratione istius simultaneæ successionis æquum est vt vnus teneatur pro alio, vt ibid. notat Io. de Plat. num. 1.

25 Quæ omnia dicta sunt ex abundanti, cum pro absolutione D. N. sufficeret solum allegare eius nobilitatem, & probitatem, ac integritatem omnibus

nibus notam in administratione diuersorum negociorum, tam publicorum quàm priuatorum, vltra amplitudinem diuitiarum, itaut istis concurrentibus, inuerisimiles & impossibiles sint prętensæ participationes fraudum, cum in similibus personis cesset omnis sinistra suspicio. glos. in cap. illud. 40. distinct. Boer. decis. 217. num. 9. ad med. Felyn. in cap. super his. 16. col. penult. & vlt. de accusat. vbi multa priuilegia personarum integratum ponit Tiraq. de nobilit. cap. 3. & 20. & in l. si vnquam. in verbo bona. C. de reuoc. donation. Quare &c.

Stephanus Gratianus Aduocatus.

In eadem causa tertium responsum.

26 Dirigat verba mea DEVS, & mentem Iudicis illuminet in viam veritatis, & Iustitiæ, sed quod D. N. indebitè vexetur ab Illustri admodum, & excellenti D. Commissario, illique Dominis pro eorum prætenso interesse adhærentibus, seu etiam quærelantibus respectiuè. Breuiter quantum potero, vt clarissimè demonstrem omnia ea quæ contra eundem D. N. ex aduerso adducuntur. Quibus sublatis de illius innocentia apertissimè constare dubitandum non erit. Tria autem ex aduerso cumulantur crimina, quibus ipse D. N. imputatur. Primum nempè quod teneatur pro fraudibus per N. vt dicitur, commissis in officio Secundi Gubernatoris Dohanæ, qui ab eodem deputatus fuerat. Secundum quod subornauerit N. ad deponendum falsum contra DD. quærelantes. Tertium quod ad sui defensionem medio iuramento calumniæ falsum produxerit articulum.

27 Et quod attinet ad primum delictum, in quo maior fit vis, intrare videtur primo loco, quod ex quo fraudes per N. commissæ fuerunt in officio in quo ipsum deputauit D. N. Hoc ideo ad illas teneatur. l. iure prohibitum. C. de fabricensibus. lib. 11. l. cum si exhibuissent. ff. de publican. Boss. in tit. de furtis. num. 55. cum alijs per me relatis. in tit. de delictis, & pœnis. q. 24. n. 50.

28 Secundo, & præmissa procedunt siue N. sciuerit, siue etiam ignorauerit fraudes quas N. committebat, sed in casu nostro fraudes prædictæ erãt notissimæ D. N. Quod concludenter probatum censetur, tum ex depositionibus N. & N. qui examinati apertè deponũt certiorasse D. N. de fraudibus quas committebat N. & quod illis obuiare, & prouidere neglexerit; aliorumq. testium de publica voce & fama deponentibus, tum iuris præsumptione; quia scilicet fraudes erant successiuæ, & continuatę, quo casu in Domino præsumitur nedum scientia, sed etiam participatio. ad tradita per Abb. in c. causam. num. 19. extra de testibus, & in c. constitutis, il primo. nu. 3. & ibi etiam Felyn. num. 1. extra eodem Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumption. 40. num. 3. Natt. consil. 499. post nu. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 27. num. 12. & 13.

29 Tum & ex propria ipsius D. N. confessione, dum apertè dicit se consentijsse N. ex fraudibus quas Dohanæ faciebat se posse præualere pro solutione eorum quæ mercatoribus debebat, vsque ad summam scutorum 1500. Ex quibus intrare videtur communis conclusio Doctorum volentium, quod Dominus qui prouidere potest ne famulus ab ipso in officio deputatus, fraudes committat, & prohibere noluit, teneatur nõ solum ciuiliter, sed etiam criminaliter ad pœnam. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nu. 19. q. 10. ff. de nou. oper. nunc. Cagnol. in l. culpa caret. n. 70. ff. de reg. iur. Capic. dec. 130. sub num. 67. in fine. Grammat. cons. 8. num. 3. Curt. Iun. cons. 41. num. 4. & num. 50. cum alijs per me relatis. q. 51. num. 47. & num. 50.

30 Tertio & rursus, præmissa procedunt nõ solum quãdo, prout in casu nostro, Dominus specialiter & expressè habuerit scientiam de fraudibus, & delictis, quas eius famulus cõmittebat etiam extra officium in quo deputatus fuit, sed etiã quando ipse Dominus in genere sciuit, famulum quem domi retinet esse malum, & improbum hominem; prout in casu nostro D. N. negare non potest; immò liberè fatetur antequam deputasset N. pro secundo Gubernatore Dohanæ, ipsum cognouisse, & inuenisse fraudatorem, dum in eius banco capsæ officio Præfectus erat, & vna cum N. in eodem banco surripuisse, & in vsum proprium conuertisse in vna sex millia & quingenta, & in alia scuta vigintiquinque millia in circa. Quo casu intrat alia communis Doctorum conclusio, quod Dominus domi retinens homines, & famulos, quos improbos & scelestes esse bene sciebat, & ciuiliter & criminaliter pro eorum delictis ex sola retentione puniri potest, licet non eadem pœna, saltem mitiori, vt per Felyn. in cap. Petrus. num. 7. de homic. Card. Zabarell. in Clem. ne in agro. §. porrò. num. 2. in 4. notab. de stat. Monach. Alciat. de præsumption. reg. 3. præsumpt. 40. num. 4. cum alijs per me relatis in d. quæst. 24. num. 91.

31 Et hæc sunt tria pręcipua fundamenta, quibus quo ad prætensum primũ imputatum D. N. crimen aduersus eũ obijciuntur. Quibus non obstantibus. Ad primum respondeo, quod illa Doctorum conclusio, quod Dominus teneatur pro delicto famuli commisso in officio in quo ipsum deputauit, non procedit nisi quo ad damna, & interesse, & sic ciuiliter agendo, non autem si criminaliter agatur, prout agitur contra D. N. glos. est in l. obseruare. §. proficisci. in verbo ratio. in fin. ff. de offic. proconsul. & legati. Roman. cons. 11. num. 3.

num.3.& consf.15. plura sunt,& ibi Mandos.in addition.littera B. in verbo criminaliter;vbi alios plures refert concordantes. Aufrer. ad Cappell. Tholos.decis.196.num.2.Franc.Marc.decis.423. num.13.par.1.vers. Quinimmò isto casu.Decian. consil.25. num. 14.lib.2. & consil.4.nu.62.vers. idem respondetur, vbi alij referuntur.lib.3. Hondedi.consf.96.num.27.lib.2.Ex quibus cum appareat ita à Doctoribus receptum fuisse, ab hac communi in iudicando recedendum esse nephas est.

32 Nec verum prout ex aduerso supponitur,quod text.in l.1.§.hæc autem facultas.ff.si familia furtum fecisse dicatur.& in §.item exercitor. in fin. instit.de obligat. quæ ex delicto nascuntur, item & glos. in l. si cum exhibuissent. in verbo. bonos seruos. ff.de publicanis. dicant propter hanc malam electionem, eligentem posse criminaliter puniri. Non enim in libro meo hanc conclusionem reperire potui solum dicunt, quod propter culpam in mala electione tenetur eligẽs ex suo quasi maleficio. ergo tenetur criminaliter ad pœnam vltra damna & interesse, consequentia non est bona, prout declarant Doctores præallegati, quibus contradictorem,quem viderim non inuenio.

33 Præterea propter malam hanc N. electionem ab omni actione liberatur publicanus, exhibito & carcerato famulo in officio, in quo deputatus est delinquente, quicquid secus sit in alio priuato administratore. tex. est quem sic Doctores cõmuniter intelligunt in l.cum si exhibuissent. ff. de publican.vbi præsertim Cuman. in princ. Alber. post num.1. vers. est tale differentia. Bart. in l.1. §.quod nouissimè post num.2. vers. Quare dic.ff. eodem. Felyn. in cap. Petrus num.12.de homic. Aufrer.ad decis. Tholos.196.n.4. Roman.d.cons. 11.nu.3.vers.cui tamen addo,& cons.435. in fin. vbi Mandos. alios plures refert concordantes. Bertacch.in repertor.in verbo Gabella. vers. Gabellarij quomodo agant. num.24. Ferret. de gabellis. num.217. Bero. quæst.39.nu. 3.Boss.in tit. de furtis. num 56.Decian.consil.25. num.15 lib. 2. ex quibus ita pariter communiter à Doctoribus receptum esse negari non potest.

34 Nec in contrarium facit tex. ex aduerso allegatus in l.1. vers. hæc autem facultas. & ibi glos. ff. si familia furtum fecisse dicatur. tex. enim iste, & alia plura iura volentia per exhibitionem noxę Dominum non liberari, quæ iura per me relata fuerunt in titulo de delictis, & pœnis. quæst.24. num.60. loquuntur in Domino priuato, non autem in publico administratore, & publicano prout casus noster. sic etiam hanc materiam declarant omnes supra allegati Doctores; qui nec etiam contradictorem habent.

35 Ad secundum fundamentum,in quo maior vis fieri videtur, nempè ad prætensam scientiã D. N. quod N.fraudabat Dohanam,& quod illius fraudibus cum obuiare & prohibere teneretur;& potuisset, & non prohibuit, hoc ideò non possit criminalem pęnã effugere saltem extraordinariam, vnico verbo respondetur hanc assertam sciẽtiam, nec veram,nec pręsumptam in processu apparere. Dum enim primo deducitur scientia ex depositione *N*. & N. Respondetur primo,quod istorum testium relatio facta D. N. de fraudibus *N*. nihil prorsus operabatur,quia non deponunt de qualitatibus,& circumstantijs commissarum fraudum; nec de quo tempore, nec cum quibus personis, nec etiam nominant testes de fraudibus informatos. Quo casu nulla prorsus inducitur scientia,nec vera,nec præsumpta, quando præsertim agitur ad pœnam. ad glos. in cap. concertationi. in verbo sciuerit.de appellationibus.in 6.cum alijs per Tiraquell.de retract.lignag.§.36.glos.2.num.30.& seqq. Osasc. decis. Pedemont.164. num.4.vers. Si igitur, & per Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 1. quæst.66.

36 Respondetur secundo, quisnam hodie sani capitis iudex horum testium depositionibus super prætensa scientia fraudum à *N*. commissarum credere vnquam cogitabit,postquam ijdem testes in similibus fraudibus immersi confessi,seu etiam conuicti, eorum vnus se cum fisco composuit soluendo notabilem pecuniarum quantitatem,& alter per diffinitiuam sententiam cõdemnatus fuerit, stante verissima & indubitabili iuris conclusione; quod vbi agitur de probatione criminis, & de imponendo pœnam, testes non solum debent esse habiles, & idonei, sed etiam omni exceptione maiores. Boss. in tit.de conuictis.nu.11.Franc. Marc.decis.285.num.4.par.2. Bursati.cons.116. n.39.lib.1.vbi alijs relatis testatur de communi, & consil.346.num.9.& cons.359.nu.34.Peguer. decis.crim.17.num.38.in fin. & seq. & alibi passim,& communiter Doctores omnes.

37 Et dum eadem D. N. prætensarum fraudum à *N*. commissarum scientia prætenditur probata ex sua propria confessione, dum dixit quod ipsemet consentijt *N*. vt de pecunijs Dohanæ debitis ipse se præualeret in extinctionem debitorum quæ habebat cum mercatoribus vsque ad summam scutorum 1550. absque eo quod ipsi mercatores Dohanæ gabellam soluerent; respondetur quod inde non solum non arguitur scientia earundem fraudum; sed immò potius apertè probatur contrarium, ex vulgari illa & verissima conclusio, ne quod nec fraus nec furtum committitur ab eo, qui rẽ Domini contractat ex eiusdem Domini consensu & voluntate, in terminis Hostiens.in summa vbi de furtis.nu.5. ad finem. vers. Sed nec potest dici, vbi in puncto loquitur, quando Dominus dat potestatem alicui, vt rem suam accipiat, pignoret, aut vendat, & sunt iura

aperta

aperta in l.qui vas. §.qui ex voluntate. ff. de furt. in §.furtum.il primo. & ibi glos. in verbo fraudolosa. vers. Item subaudi. instit. de oblig. quæ ex delict.nascuntur.Clar.in §.furtum.num.22. vers. Item excusatur in princ.

38 Et hinc sequitur, quod ex hoc D. N. consensu vsque ad summam prædictorum scutorum 180. non solum vltra dictam summam cõsensijsse præsumatur, sed quod immò expresè prohibuerit, prout tex.in l.si vnus.§.1.vbi Bal.ff.de pactis.in l. epistola. §.final.& ibi Paul. de Castro. ff.eodem. Tiraquel.de retract.conuentional.§.1.glos.2.nu. 44. Surd. decis.325. nu.2. Ita quod si vltra summam scutorum 1400. *N.* non faciendo se debitorem Dohanæ, Dohanam fraudauit, qui vult dicere id à D. *N.* permissum & toleratum fuisse, probare debet ex præallegatis.

39 Et dum tertio loco ex aduerso dicitur, quod D. N. habuerit scientiam prætensarum fraudum *N.* commissarum, ex eo quod dictæ fraudes fuerunt successiuæ & continuatæ per multos annos, ad tex. cum ibi notatis per Doctores in c. constitutis. il primo. extra de testibus.cum alijs supra allegatis, supplicatur primo aduerti quod licet fraudes N. prætensæ sint plures, non per hoc possunt dici successiuæ,& continuatæ, quia nõ quotidie, prout requiritur ad effectum vt delicta dicantur successiuè continuata, sed interpellatis vicibus,& temporibus, & interiecto inter vnam & alteram fraudem tempore commissa fuerunt. Decian. cons.60. num.7. & seq. lib.1. Honded. qui benè materiam declarat in cons.97.num.4.& seqq.lib.1.

40 Delictum enim continuatum & successiuum, debet habere causam permanentem; & nullo vnquam tempore cessantem prout in casu nostro, alias non dicitur continuatum & successiuum, sed multiplicatum, ex allegatis per Capram in tract.de notorio memb.1.num.9. vers. est etiam notorium, vbi ponit exemplum in eo qui continuè domi suæ concubinam retinet, & alia similia, ponit exempla, de quibus etiam per Anton.de Butr.in cap.Vestra.nu.30.col.12.ante med. vers. Hæc autem probatio.

41 Et magis in specie, & sic in fortioribus terminis de vsurario manifesto, qui licèt ad mutuandum sub vsuris assiduè sit paratus, pluresq.in dies committat vsuras, talis tamen multiplicata mutuario dicitur continere factum momẽraneum,& non successiuum, vt per eundem Ant. de Butr. in cap.cum diœcesi. post glos. ibi num.7. vers. nota tamen,extra de vsuris. Capra vbi supra n.10.

42 Et rursus, continui delicti efficacia est vt vnum cum altero coniungatur, & de duobus fiat vnum secundum Geminian.in cap.1. ad finem. de consecratione Ecclesiæ vel Altaris, in 6. Bard. de tempore vtili,& continuo.cap.18.n.12.vbi etiam quod facta continua dicuntur, quorum vnum extremum cum altero coniungitur, & in cap.1. sub num.1. vers. Quoad primam, vbi quod continuum est illud, quod habet materiam successiuam, & continuatam; non autem interruptam, iutibus per eum allegatis. Sed sic est, quod fraudes quæ contra *N.* prætenduntur non sunt huiusmodi ergo non possunt dici continuæ, & successiuæ, prout requirunt Doctores ad hoc, vt dominus pro delicto famuli teneatur.

43 Supplicatur secundo aduerti, quod ita demum successiuitas,& continuatio delictorum à famulo commissorum arguat in domino scientiam, aut veram aut saltem præsumptam, dummodo tamen probetur quod ex fraudibus seu delictis sic successiuè & continuatè à famulo commissis, vtilitas, & lucrum ad dominum peruenerit, aliàs secus. Sic enim procedit tex.in d.cap.constitutus.il primo. extra de test. & ibi communiter notant Doctores omnes,& ibi præsertim Hostien.num.4. ante fin. & Imol.num.2. Barbat. consil.13. num. 35. ante finem.lib.3. Ruin.cons.21.num.1.lib.4. Honded. cons.97. num.8.lib.2. Quibus addo Roland.cons.66.num.32. iuncto num.68. & seq.lib. 2.Menoch.consil.53.num.15.lib.1. Mascard.qui ita distinguendo concordat contraria concl.1413. n.19.lib.3.& ante istos Aret.in cons.163.nu.18. vers.Dico pro hac concordia.vbi magis in specie requirere videtur ad hoc vt dominus *pro delicto* famuli teneatur, vt eadem res per famulum delinquentem acquisita ad dominum perueniat, & domino tradita sit, secus si ea penes delinquentem remansisset, prout in casu nostro. & Aret. sic dicentem refert, & sequitur Menoch.de recuper. possess.remed.9.n.127.& seq. qui loquitur etiam in delicto successiuo, & alios plures refert concordantes; & benè declarat Osasch. decis.Pedemont.138.n.31.

44 Supplicatur tertio in eadem materia aduerti, quod ad hoc vt dominus teneatur pro delicto famuli successiuo & continuato, ex eo quod eius mandatum factum præsumatur, necesse est quod illud tendat solum in vtilitatem ipsius domini, non autem in vtilitatem famuli delinquentis insimul & domini, prout dominus meus Commissarius in proposita facti specie prætendit, ex allegatis per Honded. in d.cons.66.n. 64.& seq.lib.2.& ante eum. Boss. in tit.de indic. n.73. vers. sed tamen, vbi quod ita præcisè loquuntur Doctores, & est notabilis & vera declaratio.

45 Ad tertium fundamentum à D. Commissario subtiliter deductum, quod dato etiam quod D. *N.* haberet ignorantiam fraudum à N. commissarum, dum fuit secundus Gubernator Dohanæ; attamen, postquam nouit ipsum fraudatorem dum eius opera vsus est in seruitio Bãchi, in exercitio scilicet capsæ, & in expeditione litterarum

Cam-

cãbij vna cum N. in summa scutorũ 30. millia & plus prout fatetur, idcirco hæc sola improbi, & fraudatoris ipsi noti, domi suæ retentio ad condemnandum sufficiat, nedum ciuiliter sed etiam criminaliter, ad tradita per Felyn. Card. Zabarel. Alciat. & alios ex aduerso allegatos.

46 Hoc inquam fundamentum tollitur duobus modis, & in facto, & in iure. in facto tollitur, quia licet N. in administratione Banchi, & Capsæ se prævaluerit de pecunijs Banchi & D. N. in notabili pecuniarum quantitate, non per hoc dici potest quod furtum seu fraudem commiserit, postquam pecuniam prædictam non animo non restituendi intercepetit, seu negauerit, sed eam liberè fassus restitnere promisit prout restituit, ad text. in l. tres tutores, & ibi glos. in verbo contrectare. ff. de administr. tutor. Bart. in l. posthumo. §. continua. nu. 3. ff. de tutel. & rationibus distrahendis. declarat Alberic. in l. inficiando. nu. 1. & seqq. ff. de furtis, & dixi aliàs in meo cons. 96. nu. 20. lib. 1.

47 Nec verum est, prout ex aduerso supponitur, quod D. N. nominet N. fraudatorem, quia talis nominatio in processu per ipsum facta non apparet. & tamen etiam quod ex causa prædicta N. fraudatorem nominasset, non inde sequeretur N. fuisse talem, cum iuris dispositio sit huic confessioni contraria. nec potest quis, quod delictum non est, confessione sua facere delictum ad text. in l. confessionibus. ff. de interrogatorijs actionibus. Roman. consil. 520. num. 5. Bertazzol. consil. 26. num. 7. & consil. 57. num. 8. & consil. 242. num. 19.

48 Nec ad propositum faciunt scripta per Cabal. resolution. crimin. lib. 1. casu 135. loquitur enim Caballus in capserio qui restituendi facultatem non habebat, & qui ne Dominus Banchi detegeret pecunias quas ex bancho substulir, mutuauit ab amicis alias pecunias, illasque pecunias in capsa repofuit donec capsæ rationem reddidit, & postea illas mutuantibus restituit. ex quibus, & dolus, & malus capserij animus maximè deprehendebatur rationibus ibi per eum deductis, quæ non concurrunt in casu nostro.

49 Tollitur hoc idem tertium fundamentum in iure quia ad hoc vt sola retentio improborum famulorum faciat Dominum teneri pro delictis ab eis commissis criminaliter licet mitius, etsi delictorum ab eis committendorum specialem non habeant scientiam, non solum requiritur quod ijdem famuli sint improbi, & mali homines, sed etiam facinorosi scelesti omni delictorum genere coinquinati, diffamati, & notoriè tales, aliter secus, vt videre est apud Alciat. de præsumption. regul. 3. præsumption. 40. num. 4. vbi propterea inuehit contra Dominos nobiles retinentes domi pro famulis lenones, & homicidas. Petr. à Placha in epitom. delictor. cap. 14. n. 1. in fine. vbi pariter declarat in Domino retinente domi suæ sicarios, lenones, idque genus improbos, & num. 3. vers. Quorum Doctorum ratio, vbi pariter declarat concurrente infamia, alias secus. Clarus in quæstione 86. vers. Hinc infertur, vbi facta regula, quod Dominus pro delictis famulorum non teneatur, declarat eam, & limitat, nisi domi retineret viros notoriè scelestos. Menoch. consil. 53. num. 2. & seqq. iuncto num. 26. lib. 1. vbi & ipse expresè declarat conclusionem ex aduerso firmatam habere locum in Domino, qui retinet famulos improbos & nequam, veluti homicidas, lenones, fures, & similes, aliàs secus. sed sic est, quod N. non fuit, nec probatus est talis, ideò cessat D. Commissarij tertium fundamentum.

50 Et hæc dicta sufficiant quo ad prætensum delictum. Quo verò ad secundum delictum nempe ad prætensam subornationem N. Dominus ex aduerso scribens, & non credo sine artificio, omittit respondere ad id quod ad radicem gladium ponit. quod scilicet cum ipse N. vltra falsitatem quam deposuisse fatetur, plures fraudes, pluraque furta in Dohana se commisisse fatetur, & pro illis composuit & pœnam soluit. Quo casu indubitati iuris est, quod huius testis fides ex adminiculis non suppletur ex Natt. in consil. 298. num. 6. vers. sic & qualitas. Bertazzol. consil. 61. num. 17. & seqq. lib. 1. Et quia hoc fundamentum pro Domino N. est inconuincibile, ideò vlterius non insisto.

51 Prout nec etiam insistere intendo super tertio prætenso delicto, falsitate scilicet articuli, de quo in actis. Nam cum super eo testes nec inducti, nec examinati fuerint, cessat omnis prætensi falsi pœna. quæ tunc demum ex fabricatione falsi articuli incurritur, quando scilicet super eo testes inducti falsum deposuerunt, alias secus; vt videre est apud Bart. in l. si falsos. num. 1. in illis verbis. Et fecit eum dicere falsum testimonium. C. ad l. Cornel. de falsis, & ibi etiam Fulgos. in versic. Per hanc legem, & versic. vltimo dicit Bartolus. idem Bart. in l. diuus. num. 3. ff. eodem. vbi expresè dixit, tunc demum verum esse producentem falsos testes excusari à pœna, desistendo ab eorum vsu, nisi procurauerit vt diceret falsum, per dicta l. si falsos, & ibi Pomat. in addition. in d. l. Diuus littera C. pariter dicit, quod ad hoc vt non vsus falsi articuli non excuset producentem falsos testes, necesse est quod non solum articulus sit falsus, sed quod etiam super eo inducat falsos testes. Abb. in cap. præsentium. n. 10. in fine. extra. de

testibus. vbi bene refert declarationem Bart. in d.l.diuus pius, & ibi etiam Felyn. num. 11. vers. secunda conclusio. Ang. de malefic.in verbo falsario. num.43. vers. sed diligenter aduertas. Capic. decis.67. num.6. Hippol.Rimin. consil.345. num. 15. præallegatorum autem Doctorum auctoritatibus,quid ex aduerso respondeatur non vidi.

52 Verum quod in presenti prætenso crimine omnem tollit difficultatē & amaritudinem, est quòd dominus ex aduerso scribens nō aduertit,seu potius aduerte noluit, vel non aduertisse simulat, quod articulus de quo agitur, non simpliciter continet D. *N.* fuisse satisfactum de pretio cubiculariatus *N.* sed addita fuit clausula restrictiua, & relatiua respectiuè, sub his verbis videlicet, & aliàs prout in libris &c. quos hic articulorū loco repetit,& reproducit.Quo casu id quod in telatis libris continetur,articulatum censetur, & non aliud, ex allegatis per Ofasch.decis.Pedemont.128.n.1.& seqq. & per Ancharan.Regien. q.63.nu.5.par.2.& per Mascar.de probation.lib. 2.concl.933.n.15.

53 Quocunque ergo D. meus Commissarius se vertat D. N. innocentia clarior apparet. Plura alia potuissem pro defensione D. *N.* cuius innocentia campus latissimus est, in medium afferre, sed quia ex præallegatis satis superque de ea apparere indubitanter existimo, idcirco vlterius non insisto, iudicis prudentia, sapientia, & integritate confisus.

ARGVMENTVM.

DE immunitate Ecclesiastica,nunquid gaudeat homicida, qui extra Ecclesiam existens Sclopo aliquem in Ecclesia occidit. quisnam iudex isto casu competens sit, secularis an Ecclesiasticus, & quomodo inter eos præuentio inducitur.

SVMMARIVM.

Immunitate Ecclesia non gaudet, qui extra Ecclesiam existens cum sclopo aliquem occidit in Ecclesia, vel in Ianua Ecclesiæ.num.1.

Delinquens in Ecclesia etiam quod delictum non sit Ecclesiasticum, & à laicis commissum, est mixti fori,potestq. puniri à iudice tam Ecclesiastico quam à seculari.n.2. vbi quod inter eos habet locum præuentio. & num.10.

Præuentio, & litis pendentia, inter iudices non censetur inducta per visitationem vulneratorum per examen testium, per inquisitionem, & similes actus. numero 3.

Citatio dicitur circumducta in criminalibus,non accusata contumacia per fiscum.declara vt n.4.

Præuentio in criminalibus non attenditur, quando alter iudex formauit inquisitionem super aliqua qualitate delictum magis aggrauante. declara vt num.5.& 6.

Delictum dicitur leue & graue, secundum illius qualitates.num.5.

Inquisitio formata super vulnere mortali, aequiparatur inquisitioni formatæ super homicidio sequuto ex vulnere.n.6.

Contumax allegare non potest præuentionem, & litis pendentiam in delicto capitali, in quo vterque iudex, & secularis & Ecclesiasticus, contra ipsum procedere potest.n.7.

Minor pro homicidio in pœnam pecuniariam condemnari debet, præsertim si nobilis sit.n.8.

Contumax condemnari potest in maiorem pœnam, quàm in quam condemnaretur si esset præsens.n.8. in fine.

Minor maior 14. annorum nunquid habeatur pro maiori in crimine homicidij.n.9.

CONSILIVM CCVIII.

1 IN hac N. archibusatæ, visis allegationibus hinc inde mihi datis firmabo pro veritate nonnullas Conclusiones,ex quibus ni fallor eiusdē causæ resolutio resultabit. Prima sit Conclusio;quod quamuis extra Ecclesiam N.vulneratus, & occisus fuerit, adhuc tamē homicidium dicitur commissum in Ecclesia, siue N. pistolam exonerauerit in eadem Ecclesia. Abb. in cap. final. num. 11. & ibi etiam Anan.num. 5.de immunitate ecclesiar. Decian.in tract.crimin. lib.6.cap.24.num.7. vers.an autem si quis existens in Ecclesia, & cap. 28. nu. 6.Nauar.in Manual.confessar.c.25.num.21. vers. Nemo item.Ioan. Gutier. pract. quæst.lib.3.q.1. n.19. siue etiam in eiusdem Ecclesiæ Ianua, quæ & quod Sacra dicatur,& Ecclesię nomine ad hūc effectum contineatur dubitandum non est. l. pateant. C. de his,qui ad Eccles. confugiunt. Bart. in l præsenti.num.2.C.eodem Nauarr.d.cap.25. num.17.ad finem vers. & Ianua.Francis. Leon.in Thesauro fori Ecclesiastici.par.1.cap.13.rubr.de immunit.eccl.n.11.in fin.

2 Secundam firmo conclusionē, quod licet inter Doct.sit controuersia de iudice delictorū in ecclesia commissorum, puto tamen veritatē esse,quod etiam si delictum non sit ecclesiasticum, & à laicis, non autem à Clericis patratum, prout est homicidium de quo agitur, quia tamē homicida violando ecclesiam dicitur sacrilegiū committere & ne-

& negari non possit quin efficiatur delinquens ratione loci delicti eidem Ecclesiæ subditus. Hoc ideò illud censeri mixti fori, posseque ab vtroque iudice, & Ecclesiastico, & seculari cognosci, & inter eos præuentio locum habeat voluerunt Abb. in cap. final. nu. 5. de immunitat. ecclesiæ. Anan. in cap. inter alia. num. 5. eodem tit. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 29. num. 5. cum alijs relatis per Petr. Caball. resolut. crim. rom. 1. cas. 194. n. 5. & n. 7. & per Card. Tusch. pract. concl. in verbo Ecclesia concl. 5. n. 10. 14. 15. & 17. & in verbo Immunitas concl. 59. n. 6. & seqq. vsque ad n. 18. Francisc. Leon. in Thesauro fori Ecclesiastici p. 1. c. 13. n. 23. Marius Italia. de immunit. Eccl. lib. 1. c. 5. §. 3. n. 52. & 53.

3 Tertia sit conclusio, quod in casu de quo agitur, præuentio de iure dici possit potius ex parte iudicis secularis, qui citare incæpit die 18. Ianuarij, quam iudicis Ecclesiastici, qui citationē emisit die 19. eiusdē. Nec facit quod iudex Ecclesiasticus paulò post patratum homicidiū, & eodem die visitauit vulneratum, testes examinauerit, & inquisitionem formauerit, huiusmodi enim actus sine citatione non inducunt litis pendentiam, nec præuentionem. l. libertus. la seconda. vbi Bar. Bal. & alij. ff. de in ius vocando. Boss. in tit. de for. comper. n. 103. & resoluir Rota coram R.P.D. Burattro Veneta donationis 11. Maij 1615. Vbi alijs relatis amplius dixit, nec etiam sufficere mandatum de citando sine citationis exequutione.

4 Nec etiam facit, quod licet citatio Curiæ secularis fuerit facta die 18. Ianuarij, non tamen fuit producta, nisi die 21. eiusdem, & sic per tres dies post reproductionem citationis fori Ecclesiastici, quasi quod isto casu attendatur non tempus exequutæ, sed reproductæ citationis, & quod fisco seculari non accusante contumaciam, citatio dicatur circumducta, ad ea quæ scripsi in mea practica q. 7. n. 60. Nec enim obiectio tollitur ex facto, & forsan benè procederet si, prout ego loquor, & per me allegati in d. n. 60. loquuntur, nemo comparuisset in termino exequutæ citationis, eadéq. citatio non fuisset producta in dicto termino, sed cum citatio haberet terminum trium dierum, & in illo termino fuerit reproducta, cessat obiectum. vltra quod posset etiā dici, quod ex quo in causa proceditur ex officio non sit necesse quod aliquis compareat ad accusandum contumaciam, & consequenter, quod omni tēpore potuerit citatio reproduci, ex allegatis per Cart. de exeq. sent. c. fin. n. 167. & per Sigism. Scacc. de iud. caus. ciuil. &c. lib. 1. c. 92. n. 1. ad fin. vers. Contrariam sententiā.

5 Et demum nec etiam facit, quod non attendatur præuentio iudicis secularis super vulnere tantùm, cum Curia Archiepiscopalis postea præuenerit, & processerit super homicidio sequuto, & sic super qualitate magis grauante, ad ea quæ scripsi d. q. 7. n. 65. Hoc enim motiuum pariter benè procederet si idē ecclesiasticus iudex propter sequutū homicidium posset grauiorem pœnam imponere ea, quam imponere potest iudex secularis. Delictum enim vt grauius & leuius reputatur, sic & qualitas aggrauat & non aggrauat delictū, secundum quod pro eo grauior aut leuior pœna infligenda venit. Bart. & Ang. in l. leuia. ff. de accusat. Pract. Conrad. tit. de iniuriantibus. n. 8. Clar. in pract. §. 1. vers. sunt etiā. Sed in casu nostro propter solam Archibusij delationē, vigore bannimentorum est imposita pœna triremiū, propter solam in alium Archibusaræ exonerationem est imposita pœna vltimi supplicij, & confiscationis bonorum. Et hæc eadem pœna est etiā inflicta contra vulnerantē in Ecclesia. & pro istis omnibus criminibus fuit N. à Curia seculari citatus ad comparendum sub pœna confessi, & conuicti, quas tamē capitales pœnas Ecclesiasticus iudex, nec imposuit, nec imponere poterat; ergo dici non potest Ecclesiasticū iudicē præuenisse in grauiori criminis qualitate, ad ea quæ in his terminis post alios quos allegat scripsit Card. Tusc. pract. concl. in verbo Eccl. concl. 5. n. 18. & in verbo immunitas concl. 59. num. 13.

6 Vltra quod forsan si posset etiam dici, quod ex quo iudex secularis præuenit vt dixi, in Inquisitione vulneris mortalis, perinde est ac si præuenisset super homicidio ex illo vulnere subsequuto. Decian. in tract. crim. lib. 3. c. 30. num. 6. & ante eum. Rub. Alexandr. in l. penul. §. ad crimen n. 93. in fi. alias fi. vers. posset tamen saluari.

7 Quartam firmo conclusionem, quod cū N. hodie sit contumax in vtroque foro, agaturque de crimine mixti fori, nullibi potest præuentionem, & litis pendentiam allegare, præsertim in delicto capitali, in quo nemo per procuratorem auditur. hoc enim casu, quod quisque iudex in contumaciam procedere possit, nec contumax absens auditur appellans, sæpius sacra Consulta resoluit, et de iure nullam habet difficultatem, ex allegatis per Gabr. tit. de iud. lib. 2. concl. 1. n. 21. Lancell. de attentatis. par. 2. c. 4. in 18. limit. n. 1. et seqq. Boss. de foro compet. n. 82. Baiard. ad Clar. q. 39. n. 14. et q. 57. n. 24. alios retuli in d. q. 7. nu. 55. quibus addo Pet. Cab. cas. 162. n. 2. et n. 8. et n. 12. et seqq.

8 Verùm (vt verum fatear) si causa hæc remanere deberet in foro Ecclesiastico, et ibidem N. se constituere, nescio quantum de Curia Archiepiscopali confidere possit, cum ab ea fuerit hucusque notoriè grauatus, ex quo in contumaciam fuit condemnatus nedum in pœnam pecuniariam 3000. scutorum, sed et excommunicationis, quæ est maior pœna quam possit Ecclesia imponere, et etiam perpetuarum triremium. cum stante præsertim eius nobilitate et minoritate, si præsens fuisset non potuisset, nisi in pœnam pecuniariam condemnari.

nari. Marsil. in pract. §. quoniam. numero 96. Grammatic. decis. 23. num. 15. Socin. consil. 117. num. 38. lib. 3. Francisc. Caldas. in repetitione l. si curatorem. in verbo, vel aduersarij dolo. num. 54. vers. at quia. C. de in integrum restit. minor. Roland. consil. 51. num. 41. lib. 1. Honded. cons. 104. n. 37. & seq. ergo multo minus in contumaciam, per regulam quod contumax condemnari non potest in maiorem pœnam ea in quam condemnaretur si esset præsens. Plot. cons. crimin. diuers. 72. n. 31. & seqq. tom. 2. cum alijs per Flam. Cartat. de exequutione sententię. cap. fin. n. 48. & seqq. Baiard. ad Clar. q. 96. n. 10.

9 *N*ec verum est, vt ex aduerso dicitur, quod ex quo *N*. est maior 14. annorum, idcirco debeat haberi pro maiore in causa homicidij, ad ea quæ scripsi in q. 11. n. 30. Quę enim ibi dixi, & Doctores per me allegati sequũtur, procedunt ad effectum, vt possit minor in contumaciam condemnari, non autem quod eadem pęna minoribus imponi possit quæ in maioribus, præterquam in Statu Ecclesiastico, verum extra Statum Ecclesiasticum contrarium expressè ibidem affirmaui. in vers. In alijs verò locis.

10 Non ergo N. forum Ecclesiasticum effugit, dummodo sibi à Sanctissimo de alio non suspecto Tribunali prouideatur, coram quo libenter se cõstiturum offert. supplicat tamen prouideri, vt ipso sic in Ecclesiastico Tribunali constituto, desistat secularis iudex, & N. Senatus, à molestijs cõminatis in eius bona & personam, cum iure omnino prohibitum sit posse quem vno, & eodem tempore pro vno eodemq. crimine à pluribus iudicibus vexari. Valde enim dubitatur, quod N. Senatus non per hoc sit desistendus à processu contra N. allegabit enim, quod ex quo est crimen nõ Ecclesiasticum, nec à Clericis, vel in Clericũ commissum, illiuspropterea cognitio non ad Ecclesiasticum iudicem, sed ad secularem spectare debeat ad tex. in l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & clericis Salyc. in l. 2. n. 2. vers. ego puto verius. C. de his qui ad Eccl. confugit, & in auth. item nulla Communitas. n. 4. vers. quæro laicus. C. de Episc. & Cler. Bat. in l. si cui. §. fin. n. 3. vers. quæro delictum aliquod. ff. de accusation. Ang. in authen. vt liceat matri, & auiæ. §. final. num. 24. vers. & per hoc patet. Bal. in d. l. si quis in hoc genus. n. 1. vers. item est notandum. Abb. in c. inter alia. n. 29. vers. sed tu vide Bart. de immunit. eccl. & in cap. final. n. 5. vers. nota vltimo. extra eodem, & in c. cum sit generale. n. 27. vers. Addo etiam alium casum extra de for. compet. Bertrand. cons. 9. lib. 7. vbi pluribus hanc sententiam probare conatur. Ang. de malef. in verbo in Scalis S. Petronij. n. 1. Alex. cõs. 111. sub n. 1. post princ. lib. 1. Marsil. in tract. de bannitis in verbo Ecclesiæ. n. 26. vers. sed succedit dubitatio. Vulpell. in tract. de libert. Ecclesiast. par. 1. n. 29. vers. Quod absque ratione. Menoch. cons. 200. quod est vltimum. n. 27. vers. ad secundum obiectum. lib. 10. Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 25. vers. Et ideò delinquens in ecclesia, & c. 29. n. 15. & lib. 4. c. 17. n. 34. in 4. limit. Bertrand. Ant. Gomez. Couar. Rol. & Clar. in locis per me relatis in tit. de carcerib. & carceratis q. 28. n. 62. addo Petr. Caball. resol. crim. cent. 2. cas. 194. & n. 1. & seqq. Io. Gutier. pract. q. lib. 3. q. 1. n. 13. vbi alijs relatis testatur de magis communi. Azeued. in Constit. Hisp. lib. 1. tit. 2. l. 3. post n. 23. Quare &c.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

FEVDALIA bona, an & quando confiscari possint, saltim in vita delinquentis, quo ad fructus & commoditates, in præiudicium agnatorum, in hoc consilio magistraliter explicatur.

SVMMARIVM.

Feudum amittit vassallus ob delictum, ob quod ei publicantur bona. num. 1. & 2. vbi ampliatur hæc conclusio, siue feudum sit hæreditarium, siue ex pacto & prouidentia, & siue sententia condemnatoria proueniat à statuto, seu consuetudine, vel etiam à iure communi, contra. num. 14.

Pœna quæ respicit intrinsecam qualitatem personæ, inseparabilis est ab ipsa persona. n. 1.

Bannitus pœna capitali incurrens infamiam falsi, non potest iurisdictionem exercere. n. 1.

Feudum confiscatum, non agnatis sed fisco applicandum est, quando ad extraneos hæredes transitorium est. n. 3.

Feudum, vbi non est transitorium ad hæredes, durante vita vassalli condemnati, eius fructus & commoditates pertinent ad fiscum. n. 4. Declara vt n. 5. & num. 19.

Feudum in aliquo per pactum alteratum, in reliquis retinet suam naturam. n. 6.

Feudum concessum quòd non possit alienari sine licentia domini, an & quando vassallo delinquente confiscari possit. n. 7. & n. 15. & seqq.

Feudum concessum cum priuilegio, quod nulla de causa ad dominum reuertatur præterquam ex causa infidelitatis, nunquid vassallo delinquente non ex infidelitate confiscari possit, & quomodo. num. 8. & seqq.

Pacta in inuestitura feudi apposita contra feudi naturam, strictissimè interpretanda sunt, & secundùm subiectam materiam. n. 8. vbi alia de interpretatione huiusmodi pacti.

Casus omissus in contractibus, remanet in dispositione iuris communis. num. 8. in fin.

Con-

Confiscari non possunt bona prohibita alienari ex quacunque causa, vel culpa. n. 10.
Culpa verbum, est generale, & continet delictum, & dolum. n. 10. declara. vt n. 21.
Disputandũ non est, vbi adsunt verba clara legis. n. 11.
Confiscari non possunt bona, quæ in fiscum transire testator expresse prohibuit, etiam non obstante decreto, de quo. n. 11. & num. 21. & seq.
Præsumptio doli & fraudis, inducta à statuto, dicitur præsumptio iuris, & de iure, num. 12.
Feudum confiscari non potest in præiudicium agnatorum propter contumaciam vassalli delinquentis. num. 13.
Confiscatio bonorum non extenditur ad bona feudalia, nisi de illis expressè fiat mentio. n. 13.
Omnis dictio vniuersalis, comprehendit omnia, cuiuscunque generis sint, & quæ considerari, & excogitari possunt. n. 20.
Vtile per inutile non vitiatur. n. 22.

CONSILIVM CCIX.

1 INDVBITATA quodammodo omnium Doct. videtur esse opinio illa, nempe quod vassallus ob delictum, ob quod ei publicatur omnia bona, feudum quoq; amittat, vt post multos quos refert, docet Schrader. de feud. p. 9. c. 9. n. 16. vers. Quadragesima quinta causa priuationis, necnon Petr. de S. Greg. de concess. feudi. p. 4. q. 7. n. 59. Nic. Intrig. de feud. in 1. cent. q. 98. n. 194. & rationes plurimæ adduci possunt, & signanter, quod quotiescunq; pœna respicit intrinsecam qualitatem personæ, siue statum, vt est infamiæ, inhabilitationis, & incapacitatis, ista vbiq; procedat, quia inseparabilis est à persona secundũ Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. Trinit. & fid. Cath. q. fin. n. 26. Et hinc est, quod bãnitus pœna capitali, prout fuit *N.* incurrens infamiam facti non potest iurisdictionem exercere, vt inquit Pet. de S. Greg. d. tract. p. 4. q. 7. n. 58. Incapax etenim redditur ex banno, & honestè amplius non potest stare in Curia Domini, nec ei seruire, stante quod sit bãnitus à sua ditione. Rossent. de feud. lib. 2. c. 11. n. 5. & sub n. 7. Pet. Cabal. resol. crim. cas. 182. in quo loco alios recenset hoc idẽ attestantes, & præsertim ipso vassallo in banno perseuerante. Aluar. cons. 59. n. 9. inter cons. feud. Abb. Brun. qui in prin. d. cons. firmat propositionem, quod vassallus potest feudo priuari ex omnibus illis delictis, etiã extra personam domini commissis, quorum causa non potest stare in curia domini absq; dedecore.

2 Et hæc sententia videtur procedere, siue feudum sit hæreditarium & emphyteuticum, siue ex pacto, & prouidentia. Intrigl. d. tract. cent. 2. art. 33. num. 1. & tam si delictum fuerit ob iniuriam factam domino, & causam aliquam feudalem, quam ob iniuriam alteri illatam. Schrader. loco, de quo supra num. 16. vers. 17. ibi, ego vero has duas restrictiones. *N*ec videtur quod sit faciẽdus casus, an sententia condemnatoria prouenerit à statuto, seu consuetudine, aut à iure communi, secundum Rossent. d. suo tract. lib. 2. cap. 11. sub n. 2. asserentem hanc esse receptam Doct. sententiam. qui Rossent. in gl. sub littera C. citat diuersos auctores hoc idem comprobantes.

3 Quod feudum non agnatis, sed fisco applicandum est, vnde non tantum in vita vassalli delinquẽtis, verũ etiam perpetuo, cum illud hæreditarium, & ad extraneos hæredes transitorium repente attento tenore inuestituræ. Farinac. in sua pract. crimin. quæst. 25. sub nu. 70. vers. sed quod immò in casu, & n. 88. Caball. d. casu 182. num. 7. & præcipuè. n. 10. & in feudo emptitio improprio, & vt desuper ad extraneos transitorio, vt hic item responderunt Farinac. alleg supra q. 25. sub n. 71. vers. Vnde secus est. n. 23. Intrigliol. d. cent. 2. & art. 34. sub n. 44. vers. nisi feuda, cum adductis per ipsum.

4 Et in omni casu, quod saltem in vita eiusdem vassalli delinquentis, fiscus quo ad fructus & cõmoditates, illud retinere valeat, voluerunt Pet. de S. Greg. d. par. q. 7. n. 52. Isern. in c. 1. si vassal. feud. priu. Iac. Ardiz. de feud. cap. 135. vers. ita sciendum est. Affl. in cap. vlt. quæ fue. pri. cau. benef. amitt. n. 2. & in cap. 1. num. 6. si vassall. feud. priue. Marin. Frecc. de auth & potest. Baron. auth. 29. n. 1. Cuiac. de feud. lib. 3. tit. 2. & lib. 4. tit. 78. Crauett. cons. 859. nu. 13. lib. 5. Pistor. alios referens. lib. 2. q. iur. par. 9. q. 15. n. 32. vsque ad fin. Menoc. cons. 304. n. 35. lib. 4. & 554. num. 14. lib. 6. & in suo tract. de recuper. possess. remed. 9. n. 263. Hanc quoque partem tenuerunt cæteri adducti ab Intrigliol. dicta centur. 2. art. 33. qui att. 34. sub nu. 44. vers. Contrariam sententiam &c. audacter attestatur, hanc receptiorem esse. addendo Gig. & Afflict. in alio loco, vltra illos quos memorat Peregrin. de iur. fisci titul. de public. bon. nu. 115. vers. contra autem quod fisco, qui sit iudicatum & exactum vidisse ait.

5 Et quamuis contrarium sequuti fuerint multi Doct. & prout plurimum illi qui pro fisco scripserunt superius nominati, loqui forsan videantur in terminis feudi ex pacto & prouidentia, vt dicit Caball. dicto casu 182. num. 20. iunctis numeris 16. & 17. & alijs, cum quo transit Rossent. d. cap. 11. conclus. 5. num. 3. Nihilominus in feudo hæreditario, priorem opinionem fisco fauorabilem procedere affirmarunt nostrates, conciliando sententias, vt recitat Farinac. d. quæst. 25. num. 70. & ob id concessio fructuum feudi præiudicare potest agnatis, si hæreditarium sit feudum, secus si ex pacto & prouidentia. Fab. de Anna cons. 51. n. 17. & 18. quæ bonorum fœda-

lium confiscatio tantò magis procedit, cum idem sit fiscus domini directi, qui capit reliqua bona. Farinac. d. q. 25. sub n. 71. vers. Vnde secus.

6 Nec præmissis obstare videntur duo pacta inserta in inuestitura. nempe primo loco, quod absque licentia feudum hoc licet hæreditarium alienari nequeat alicui. & secundo loco, quod nõ possit amitti aliqua ex causa, præterquam infidelitatis &c. Nam quo ad primum nulla alia de causa initum, nisi ad effectum forsan euitandi ne feudum caderet in manibus personę non acceptę, seu diffidentis. item responderi posse videtur, quod licet in hac parte istius particulæ rata fuerit natura feudi meræ hæreditatis, nihilominus in reliquis ipsum retinuisse, & retinere suam naturam. quæ inter alia consistit, quod sit transitorium ad extraneos, vt nos docet obseruantia sequuta, attento quod de familia N. in illam Dominorum de N. transiuerit, & successiuè pariter eadem de causa confiscari potuisse, & posse secundum quod Doct. volunt feudum aliquo ex pacto alteratum in reliquis retinere suam naturam. Menoch. cons. 331. n. 41. cum alleg. & relat. per eundem.

7 Deinde responderi posse videtur, quod procedere posset opinio Dec. & aliorum ex aduerso adduct. quando prohibitio alienandi feudum hæreditarium, simplex & absoluta existeret, & quando apparet cum hac conditione sine licentia, tunc secus est. cum isto casu intelligatur dumtaxat facta prohibitio de non alienando ex contractu, & non per delictum. & propterea est locus confiscationi ipsa prohibitione non obstante. Natt. cons. 528. n. 7. & 8. lib. 3. Guazz. de confisc. bon. concl. 13. limit. 17. n. 35. Feudum igitur huiusmodi hæreditarium, licet dicatur res propria vassalli, tamen sub regula feudali remanet respectu domini directi. Frecc. de subfeud. lib. 3. vers. secundo quando feudum est hæreditarium. n. 3. quem sequitur Cuman. in c. si aliquem in verb. antiquis. num. 227. de success. feud. Et prohibitio alienandi feudum sine licentia, quando feudum hęreditarium est absolutè, non censetur facta nisi respectu domini directi, ad quem spectat consentire, & non agnatorum, quia in tali feudo nõ tractatur de aliquo ipsorum præiudicio. Crauet. cõs. 128. sub n. 7. in fi. Frec. de subfeud. lib. 3. vers. 23. n. 1. Et vlterius non videtur prætermittẽdum qualiter doctr. Dec. in cons. 171. col. 2. vers. 4. & vlt. ex aduerso cit. impugnatur ab Alciat. cons. 39. & 53. quam vti falsam reprobat Rol. cons. 42. n. 30. lib. 1. sicuti sub silẽtio non est inuoluendum, quod dato & non concesso quòd d. prohibitio valeret, tamen restringi deberet quo ad iurisdictionem, & non quo ad bona sita in territorio N.

8 Quo vero ad secundum pactum, quod feudum nulla de causa ad dominum reuerti possit præterquam causa infidelitatis, respondetur quod omissa pro nunc disputatione an illud valeat vel ne, nihilominus dicendum videtur non posse afficere, quando in casu de quo agitur, sit locus confiscationi. Nam de natura feudi est, vt illud amittatur nõ solum per infidelitatis, sed etiã ob plures alias causas, de quibus in tit. qui mo. feud. amit. etiã si sit feudum hæredirarium, & emptitium. Rossent. de feud. c. 10. concl. 8 n 14. Vnde cum pactũ prędictum repugnet naturę feudorum, strictissimè interpretandum venit. Rossent. c. 9. memb. 1. concl. 40. n. 19. atque intelligendum est secundũ subiectam materiam, & naturã feudi de quo tractatur, quãuis verba sint prægnantia, vniuersalia, & apta infinitatem comprehendere. Scrader. de feud. latissimè p. 11. sect. 3. à n. 20. vsq; ad 36. Quãuis ergo pactũ fuerit, vt pro nulla alia causa possit feudum amitti nisi ob infidelitatem, interpretandum est de cęteris causis, propter quas feudum amittitur secundum iura communia feudorũ, ad hoc vt pactum restringatur, & intelligatur secundum ius commune feudale, & secũdum subiectam materiam. Sed sic est, quod homicidiũ cõmissum in priuatam personam, & sibi in nullo gradu attinentẽ, non est delictum feudale, nec cõprehensum inter illas causas ob quas feudum amittitur. c. 1. tit. si quis fra. dom. intef. Pactum igitur prædictum non tollit, quando feudum publicetur ob homicidium quod non est feudale delictum, de quo pactũ non loquitur. casus enim omissus in contractibus habetur pro omisso. Alex. cõs. 46. n. 4. & cons. 194. n. 200. lib. 2. Soc. Iun. cons. 47. in prin. lib. 1. & remanet sub dispositione iuris cõmunis. Mant. de tac. lib. 3. tit. 7. n. 34. Et quod ita intelligi debeat pactum, patet ex illis verbis, præterquã ea causa infidelitatis. nam infidelitas est delictũ feudale. c. 1. quæ sit fidelit. etenim si ex d. pacto excipitur causa infidelitatis, quę feudalis est, sequitur quod pactum loquatur in cæteris de omnibus alijs causis ob quas amittitur feudum secundum iura feudalia, quia exceptio declarat regulam in quibus casibus procedat. Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. n. 21. Nam si exceptio loquitur de delicto feudali, ita etiam de feudalibus debet regula intelligi, ex ijs quæ tradit Surd. decis. 124. n. 13. & 14.

9 Nec replicetur, quod etiam vt desuper dictum fuit, feudũ amittatur per homicidiũ in personam priuatam commissum, nã responderi posse videtur quo ad priuationẽ feudi contra vassallum procedũt prædicta ciuiliter ex lege feudorum, & criminaliter de iure cõmuni, prout distinguendo bene docuit Bal. in c. 1. sub nu. 3. an ille qui interf. fra. dom. sed pactum fuit appositum in contractu feudali qui ciuilis est, igitur intelligi debet quando ciuiliter ageretur, de interpretando pactum secundum naturam contractus. Mant. de tac. lib. 22. tit. 21. n. 25. Præterea videtur respondendũ quod pactum ante dictũ, non possit prodesse nisi N. vtili

Do-

Domino, attento quod isti Domini NN. eius consobrini, nullatenus vti agnati valeant istud feudum vendicare. Si enim hæreditarium est, agnati in eo nullum ius habent. Crauett. d. cons. 128. sub num. 7. sed ad effectum succendendi in eo, necesse est habere qualitatem hæreditariam. Intrignol. de feud. cent. 1. quæst. 51. num. 289. cum cit. per ipsum. cum agnatus non hæres incapax sit. Rol. cons. 2. num. 43. lib. 1. At isti Domini NN. hæredes non sunt, nec esse possunt D. N. quia damnatus cum publicatione bonorum non habet hæredem nisi Fiscum. Natt. cons. 528. num. 9. lib. 3. Ergo.

10 Si vero fideicommissum inspiciamus, idem dicendum est, dum testator prohibet alienationem feudi extra familiam, & substituit alios, etiam quod de iure ex quacunque causa, vel culpa cuiuscunque ex suis descendentibus in alium essent transferenda. vtique in casu delicti prohibuisse etiam censetur confiscationem, ex his quæ in fortioribus terminis tradit Ruyn. cons. 129. nu. 4. lib. 2. Tanto magis in casu nostro id verum esse videtur propter illud verbum, culpa, quod est generale, & continet delictum, & dolum. Alciat. in l. lata culpa. num. 1. ff. de verb. signif. Cels. Bargal. in tract. de dolo. lib. 5. cap. 1. num. 1. Vnde videtur sequi, quod dum testator prohibet transferri in alium dicta bona, quæ de iure ex aliqua causa essent transferenda, expressè prohibuerit bona publicari, quæ de iure venirent publicanda. quia vt dictum fuit, culpa significat delictum, & illa prohibitio alienationis, & translationis in alium continet prohibitionem alienationis. Bart. in l. Imperator. per illum tex. ff. de fideicommiss. libert. Alex. cons. 88. vers. sed præmissis. lib. 3.

11 His igitur sic stantibus, necessario videtur inferri, quod dicta testatoris dispositio, tanquam facta in fraudem Fisci, & publicationis bonorum minime teneat, & sit omnino nulla, vt disponere videtur decretum Serenis. cuius verba satis clara leguntur. etenim vbi casus legis adest, frustra disputari contingit. l. illam. vbi Dec. C. de collat. & ob id stante decreto Mediolanensi, ita dixit Boss. tit. de public. bonor. sub num. 31. in fin. Nec obstare videtur si replicaretur, quod tale Decretum intelligi debeat quando testator prohibuisset bona ob delictum in Fiscum transire, & quando intentionem habuisset fauendi delinquenti, secus est quando mens fuit solum conseruandi bona inter suos, ex Pancirol. cons. 181. num. 2. Ruyn. cons. 25. lib. 5. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 103. Nam responderi posse videtur, satis testatorem expressè prohibuisse bona in Fiscum transferri, stantibus desuper allegatis. & vlterius forsan opinionem veriorem esse illam, quod decretum procedat, etiam si nulla fraus contra Fiscum conijci valeat, vt in terminis Boss. d. tit. de public. bon. sub num. 31. in fin. quia si secus diceretur, dictum Decretum nil omnino operari videretur, cum etiam de iure communi, stante aliqua coniectura fraudis, dicta testatoris dispositio non sustineatur. Rip. in l. filiusfam. §. diui. num. 52. ff. de leg 2.

12 Tandem responderi etiam posse videtur, quod opinio Panciroli & sequacium, forte procedere valeat, si decretum simpliciter annullaret similem testatoris prohibitionem, in quibus terminis loqui videtur Pancirol. At in casu nostri Decreti non potest forsan locum vendicare, cum non possit adaptari illa interpretatio, vt intelligendum sit duntaxat, quando adesset fraus, non autem quando mens solum fuit conseruandi bona in agnatione. Quoniam in dicto Decreto, nedum annullatur huiusmodi prohibitio, sed etiam statuitur quod præsumatur simulata dolosa, fraudolenterq. facta. quæ cum sit præsumptio iuris, & de iure, ad tradita per Alciat. de præsumption. in prælud. par. 1. num. 3. non admittit probationem in contrarium. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 33. num. 1. Igitur &c.

Aemilius Aemil. Consiliarius & Auditor Serenis. Ducis Vrbini, Iudex in causa Dubitans.

Resolutio dubiorum.

13 Dvplici ratione alias semel atque iterū scripsi, bona N. in Fiscum N. iure transire non posse propter homicidium, vt dicitur, ab eo patratum. Primo scilicet, quia sunt feudalia. Secundo, quia fideicommissaria. iteratasq. dubitationes per Dominos Iudices tunc factas, iure resolutas fuisse, ni fallor, existimaui. grauatus hodie respondere alijs subtilissimis dubitationibus excitatis per N. Auditorem dignissimum eiusdem N. præmittendum duxi, quod dato quod bona feudalia in præsenti casu essent confiscanda, non potest tamen hic, in præiudicium præsertim vocatorum agnatorum in inuestitura, de aliqua confiscatione tractari. Tum quia sententia contra D. N. lata in eius contumaciam, & absentiam, non afficit dictos agnatos. Tum etiam quia in eadem sententia, nulla fit mentio bonorum feudalium, & sic ea confiscatio non extenditur, iuribus, rationibus, Doctorum auctoritatibus, ac Rotæ decisionibus alias allegatis, quas hic repetere superfluum est, sed eas reuideri supplicatur, & quibus in his vltimis dubitationibus nihil responsum vidi. Arbitror certè, quia nihil releuans responderi potest.

14 Et licet præmissa sufficerent pro absolutione successorum in dictis feudis, attamen singulariter prædictis dubitationibus respondendo. Dum in primis firmatur indubitata quędam omnium Doctorum opinio, quod scilicet vassallus amittat feudum ob delictum ob quod ei publicantur bona,

ex

ex Schrader. Petro de S. Gregorio. Nicol. Intrigliol. in locis in dubitationibus relatis. Respondeo hanc conclusionem non solum non esse indubitatam omnium Doctorum, vt asseritur, sed contrariam esse, & veriorem, & magis communiter receptam. præsertim in præiudicium agnatorum in inuestitura vocatorum, vt patet ex relatis per eundem Schrader. ex aduerso allegatum de feudis. par. 4. cap. 9. num. 16. & alias retuli in responsionibus factis dubitationibus D. Nuti Prætoris, quibus addo Antonium Gomez. cum allegatis per eum in l. Tauri. 40. post num. 91. vers. & in expresso. Mozzium de feudis in tit. ex quibus causis feudum amittatur. num. 126. Molin. de primog. lib. 4. cap. 11. num. 3. Sigismund. Scacc. de iudicio causarum ciuilium, criminalium, &c. lib. 2. cap. 9. num. 163. & seqq. Rosentall. de feudis. lib. 2. cap. 11. num. 1. & seqq. & ibi in additionibus littera B. vbi in idem innumeri ferè alij referuntur concordantes.

15 Dum secundo dicitur, præmissam conclusionem non habere locum in feudo hæreditario ad extraneos transitorio, quod propterea in Fiscum transire asseritur, ex relatis per me in quæst. 25. sub num. 70. & num. 71. vers. vnde secus, & num. 88. Iam dixi, & modò iterum repeto, quod ex quo in inuestitura feudi de quo agitur, adest prohibitio alienandi sine licentia Principis negatiuè concepta, hoc ideo non amplius retinet hæreditarij feudi ad extraneos transitorij naturam, & consequenter nullo pacto in filium transire potest, in terminis Boss. in tit. de bonorum public. nu. 54. post Decium quem allegat, in cons. 171. col. 2. vers. quarto, & vltimo.

16 Quibus non obstet, quod licet ex prædicta non alienandi prohibitione negatiuè concepta quo ad dictam prohibitionem, alteretur natura feudi hæreditarij, non tamen alteratur in reliquis, quod non transeat in extraneos. & sic in Fiscum. Hæc enim consideratio est directè contra Doctrinam Bossij, volentis in specie ex dicta prohibitione feudum non transire ad extraneos, nec ad fiscum. quod & idem voluit idem Boss. eod. tit. de publicatione bonorum. n. 61. post princ. vers. & quia virtus, & dixi etiam ego in quest. 25. n. 72.

17 Multo minus obstat alia responsio ad doctrinam Bossij, vt scilicet procedat quando prohibitio alienandi feudum hæreditarium, est simplex & absoluta, secus quando cum conditione, *sine licentia*, cum tunc prohibitio extendatur solum ad prohibitionem de non alienando ex contractu, non autem ob delictum, ex *N*att. in cons. 528. n. 7. & 8. lib. 3. & Guazzin. de confiscat. bonorum, conclus. 13. limit. 17. num. 35. Natta enim, prout credo bene aduertisse Excellentissimum Dominum Dubitantem, non loquitur in prohibitione alienationis simpliciter facta, sed in prohibitione venditionis. Quo casu non est mirum si talis prohibitio non extenditur ad delictum, quia iure non reperitur cautum, quod delinquens dicatur vendere, sicut cautum est quod delinquens dicitur alienare, ex plenè per me relatis in quæst. 23. num. 22. & ideo Guazzinus, qui loquitur in simplici prohibitione alienationis, ex Natt. vbi supra, non bene percepit verba, & sensum eiusdem *N*attæ.

18 Et demum non obstet, quod doctrina Decij in qua Bossius se fundat, sit reprobata ab Alciato in cons. 39. & Rolando in cons. 42. num. 30. lib. 1. Prædicti enim Doctores non loquuntur quando in inuestitura adest clausula prohibitionis alienationis negatiuè concepta, & de hac clausula nullum verbum faciunt, sed solum impugnant Decium in eo quod voluit, clausulam (& quibus dederit) non extendi ad extraneos hæredes, & sic nihil ad nos. & nihilominus, quod Decij doctrina sit ab alijs approbata, adduco Curtium Iuniorem in cons. 130. num. 6. vers. præterea, & secundo. Corbol. de iur. emphyteutic. cap. 14. limit. 3. num. 2. Rosental. de feudis. cap. 2. rubr. de feudorum diuisione. conclus. 37. num. 4. vers. tertio si alia adsint verba, & in additionibus littera D.

19 Dum tertio dicitur, feudum etiam ad extraneos hæredes non transitorium, transire tamen in Fiscum, durante vita delinquentis quo ad vsumfructum, ex Isernia, Afflicto, Marino Freccia, Aymon. & alijs pluribus in dubitationibus allegatis. Respondeo, quod ex alias à me scriptis & relatis Doctoribus constat, contrariam opinionem esse veriorem, & magis receptam. & vltra ibidem relatos, addo Bald. in l. 1. num. 32. ff. de rerum diuisione. Paul. de Castr. in l. si finita. §. si vectigal. num. 6. ff. de damn. infecto. Afflict. decis. 282. n. 15. in fin. Vbi sic iudicatum fuisse testatur, & ibi Vrsill. in addition. Bero. cons. 78. n. 11. & 12. lib. 1. Bursatt. cons. 43. nu. 16. Plot. cons. crim. diuers. 130. nu. 66. & seq. lib. 1. Bertaz. cons. 369. nu. 23. lib. 2. Gabriel. cons. 73. n. 30. lib. 2. Vbi testatur de veriori, & magis communi opinione. Corbul. de emphyteusi. in tract. de causa priuationis emphyteusis. in 7. causa. nu. 64. Franc. Sorben. in tract. de feudis. par. 13. nu. 60. & seq. Schrader. in eod. tract. par. 9. cap. 9. num. 16. vers. quarto in vltimis verbis. Cardin. Tusch. in verbo feudum. conclus. 211. num. 5. & 17. Vbi de communi. Petr. Caball. resol. crimin. casu 182. num. 20. Vbi etiam de communi. Scaccia de iudicio causarum ciuilium, criminalium, &c. lib. 2. cap. 9. nu. 176. Mohedan. decis. 1. rubr. de pœnis.

20 Dum quarto ad tollendum omnem difficultatem, adducebam verba inuestituræ, quibus expressè statuitur, feudum ex nulla causa amitti præterquam ex causa infidelitatis, & ad tollendum hoc fundamentum in dubitationibus nuper exci-

excitatis, dicitur, hanc concessionem esse intelligendam, & restringendam ad delicta feudalia, quibus ex lege & natura feudorum venit amissio feudorum, non autem ad delicta non feudalia, & in quibus iure feudali feudum non confiscatur. prout esse asseritur, homicidium priuatum à D.N. commissum. Responsio ab eodem D. Dubitante iam data est in eisdem dubitationibus in vers. nec replicetur. cum secundam lecturam in prima conclusione in dubitationibus facta, ex lege & natura feudorum venit etiam confiscatio pro homicidio priuatę personæ. Et dum ad hanc effugiendam responsionem declaratur hoc posse procedere, quando agitur ciuiliter, non quando criminaliter. Hæc vtique declaratio meis auribus non arridet. Tum quia si vera est, male Fiscus N. agendo criminaliter propter homicidium priuatæ personæ, posset confiscationem prætendere. Tum etiam quia exceptio facta de crimine infidelitatis intelligi non potest quando ciuiliter agitur, cum nunquam viderim contra Principis rebellem & infidelem, ciuiliter agi. Tum & tertio, quia illa verba vniuersalia, ex nulla causa, comprehendunt omnes causas, & omnia delicta cuiuscunque generis sint, & quæ considerari, & excogitari possunt. Dec. in cap. ex ratione. num. 26. vers. confirmatur hoc, extra de appellation. Plot. cons. crimin. diuers. 72. num. 4. tom. 2. & certum est, vniuersalem negatiuam multo potentiorem esse vniuersali affirmatiua. Decis. Pedemont. 100. nu. 43. & seq. cum alijs per Tiraquell. in l. boues. §. hoc sermone. limitat. 7. num. 4. & seqq. de verborum significatione.

21 Dum quinto, quo ad bona fideicommissaria, & insimul alienari prohibita, iure probaui non transire in Fiscum, nec etiam in vita delinquentis, & quod Decretum Ducale, prohibens non solum inter viuos, sed etiam in vltimis voluntatibus disponi posse, non extendatur ne bona in Fiscum transeant ob delictum, quia loquitur de expressa hominis prohibitione (vt illius verba clarè demonstrant) non autem in tacita iuris proueniente ex fideicommisso, & prohibitione alienationis. & ad hanc tollendam obiectionem, ex aduerso in dubitationibus ponderatur verbum, culpa, in prohibitione alienationis apposita, quæ dolum, & delictum significat, secundum Alciatum, & Celsum Bargal. in locis per D. N. allegatis, & sic quod intrat Decretum, cum in testamento de quo agitur, prohibeatur etiam quælibet culposa alienatio, & sic expressè propter delictum. Responsio est facilis, quia, vt etiam aduertit Celsus Bargal. in loco ex aduerso citato, culpa quandoque sumitur genericè, & largo modo, quandoque autem propriè, & stricto modo, prout differt à dolo. Primo modo potest, & delictum significare, secundo autem modo non, vt in l. ex maleficijs. §. si Iudex. & seq. ff. de actionib. & obligationibus, quem text. ad id benè inducit Decian. in tractat. crim. par. 1. lib. 1. cap. 6. num. 5. & seq. Vbi alia concordantia iura adducit, & dixi latius in tit. de pœn. temperand. q. 89. num. 87. Vnde verbum, culpa, in prohibitionem alienationis de qua agitur, apposita, si propriè accipiatur, prout accipi debet, alienationem ex delicto non importat, & sic Decretum non intrat.

22 Responderi etiam potest, quod in testamento non solum adest prohibitio alienationis propter culpam, sed etiam propter quamcunque aliam causam, cum iniunctione fideicommissi. Hinc sequitur, dato quod prohibitio alienationis ex culpa sit inualida propter Decretum Ducale, non erit tamen inualida prohibitio alienationis ex alia causa, & multò minus annullabitur fideicommissum, per regulam quod vtile per inutile non vitiatur, & in terminis consuluit Pancitol. in aliàs allegato cons. 181. sub num. 1. vers. secundo inspiciendum. & hæc responsio est ineuitabilis, quia fundata in proprijs verbis ipsius Decreti, quod tunc demum prohibet dispositionem, ne bona transeant in Fiscum, quando sumus *in casu, in quo ob aliquod delictum aliàs de iure bona venirent confiscanda*. Sed sic est, quod stante fideicommisso, & prohibitione alienationis, prædicta bona de iure non veniunt confiscanda, ergo statutum non habet locum. Et sic Decretum ipsum habet in corpore limitationem, quæ casui nostro applicatur. Et ita vt supra saluo &c. iuris esse censeo.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

IVDEX per imperitiam malè iudicans, tenetur parti læsæ ad damna & interesse, & multo magis si per dolum malè iudicauit, & ex quibus præsumatur dolus Iudicis malè iudicantis.

SVMMARIVM.

Appellare non licet à decreto relaxationis mandati in vim exequutionis rei iudicatæ, num. 1.

Exequutio sententiæ datæ à Iudice vnius territorij, fieri potest à Iudice alterius territorij, num. 3.

Iudex malè iudicans etiam per imperitiam, tenetur parti læsæ ad damna & interesse, num. 4.

Condemnari nemo potest, qui confessus & conuictus non sit, num. 5.

Iudex laicus religiosum iudicare non potest, num. 5.

Iudicis dolus in malè iudicando præsumitur ex notabili læsione, num. 7.

Dolus Iudicis in malè iudicando præsumitur quando sit

sic iudicauit contra inhibitionem Iudicis superioris, num.8.
Iudicis dolus in malè iudicando est apertus, quando contra iustitiam iudicat, num.9.
Verba futuri temporis conditionalia sunt, num.10.
Relatum inest in referente cum omnibus suis qualitatibus, num.11.
Iudex non tenetur obedire Principi mandanti aliquem iniustè morti tradi, num.12.
Iudex criminalis non potest reum ad damna & interesse condemnare, absque eo quod ipsum criminaliter condemnaret, num.13. Declara vt num.14.
Forma sententiæ in causa appellationis, an requirat quod Iudex dicat, benè vel malè iudicatum, aut appellatum, num.15.
Error in nomine non vitiat, quando aliunde constet de corpore, num.16.
Rei iudicata facit rem notoriam, num.17.
Excommunicatus, à limine iudicij repellendus est, num.18.

CONSILIVM CCX.

1  Iudex laicus criminalis, qui de anno 1586. Equitem N. professum, & Religiosum militiæ de Calatraue Ordinis Cisterciensis, carcerare, illumq. pro prætenso nefandi crimine, nec cōfessum, nec conuictum morti tradere, omniaq. eius bona publicare, & Fisco Regio applicare ausus fuit, & ob id declaratus excommunicatus à conseruatore illius Religionis, ac etiam Illustriss. N. Nuntio, & amplius ab Auditore Cameræ in vim specialis rescripti Iudice delegato condemnatus ad restituendum D.N. filiæ, & hæredi dicti q. N. omnia bona indebitè vt supra ablata, & confiscata, siue eorum valorem, vnà cum omnibus damnis &c. pro quibus etiam Dominus Locumtenens Illustriss. Vicarij N. vigore exequutorialis mandatum decreuit, & relaxauit in exequutionem sententiæ dicti A. C. quæ transitum fecit in iudicatum.

2 Quod hodie non sit audiendus, sed omnino reijciendus, dum petit committi causam appellationis à decreto relaxationis mandati, facto à dicto Locumtenente Illustriss. D. Vicarij, sicut nulla videtur difficultas, quod à tali decreto datur appellatio secundum magis communem, de qua per Grammat. ad Vestr. in pract. lib.7. cap. vlt. nu. 43. Gabriell. tit. de appell. conclus. 4. num. 2. Lancell. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 53. nu. 16. & seqq. post alios plures quos allegant.

3 Ita nec minus prædictæ D.N. deneganda videtur commissio pro eius parte Sanctissimo porrecta. In qua supplicat committi Illustriss. & Reuerendiss. D. N. Nuntio, vt iuxta formam mandati prædicti bona malè confiscata, damnaq. expensas & interesse liquidet, & liquidata restitui faciat & mandet, cum in illis N. partibus, vbi testes, atque scripturæ haberi possunt & non alibi, hæc liquidatio commodè fieri valeat, nec coram alio Iudice quàm præfato Illustriss. D. Nuntio, propter Aduersarij potentiam. Certum enim est, exequutioni latæ sententiæ à Iudice vnius Territorij, fieri posse à Iudice alterius Territorij, nedum alteri committi, ad text. in l. à diuo Pio. §. sententiam. & ibi notant communiter omnes. ff. de re iudic.

4 De iustitia enim sententiæ A. C. quæ ob non appellationem aduersarij transitum fecit in iudicatum vt supra, constat euidenter, quia Iudex malè iudicans, etiam per imperitiam, ad damna & interesse parti læsæ omnino tenetur. l. final. in princ. ff. de varijs & extraordinarijs cognition. §. 1. instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur. Alberic. in l. 2. num. 2. ff. quod quisque iuris. Bald. in cap. 1. §. Iudex. num. 3. de pace iuramento firmanda. Boss. in tit. de offic. corrupt. num. 24. vers. & sensus huius conclusionis, & alibi passim, & communiter Doctores.

5 Et quod malè iste Iudex iudicauerit, non est dubitandum. Tum quia non confessum, nec conuictum ad mortem condemnauit & tradidit, contra tex. in cap. 1. & nos in quemquam. & cap. primates, 1. quæst. 1, & in l. qui sententiam. C. de pœnis. Tum etiam quia existens laicus, Religiosum & professum iudicare ausus est. cap. pariter. contra tex. in cap. clericum nullus. 11. quæst. 1. cap. si Iudex laicus. de sentent. excommunic. in 6. cum alijs per Alex. de Neuo. cons. 56. num. 14. & seqq. & cons. 59. num. 12. & seqq.

6 Quæ omnia benè nota fuerunt Illustriss. D. N. Nuncio, qui propterea de mense Augusti anni 1612. seruatis seruandis pronunciauit, processum & omnia per aduersarium gesta, nulla & attentata fuisse, maleq. per ipsum fuisse contra Equitem N. sententiatum; quem propterea ad famam, honores, & dignitates restituit, dictumq. N. præuia debita satisfactione, indigere Summi Pontificis absolutione. & hæc sententia ob non appellationem aduersarij transitum fecit in iudicatum.

7 Et hinc sequitur, quod non per imperitiam, sed de dolo sic iudicauerit, cum dolus præsumatur, tum ex notabili læsione, nempe quam cum sua iniqua sententia innocenti Equiti mortem dedit. Bald. in rub. C. de pœn. iudic. qui malè iudicauit, nu. 2. cum alijs per Contard. de moment. possess. in 10. limit. num. 10. & per Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 154.

8 Tum ex eo, quia non solum contra expressam Canonum prohibitionem, sed etiam contra conseruatoris illius Religionis, & Illustrissimi D. N. Nuntij sententiam & inhibitionem in Religiosum manus iniecit. l. ait Prætor. §. si quis particeps.

ceps. & ibi glos.& Doct.ff.de his qui in fraudem creditorum. Luc. de Penna in l.quemadmodum. num.7.in 47. casu de agric.& censit.lib.11. Alberic.in l.dolum. num.3. vers. item ex præmissa denunciatione. C.de dolo.

9 Quibus non obstent leuia quędam, quæ aduersus sententiam A. C. ex aduerso obijciuntur, & primo quod veniat excusandus propter commissionem Regij consilij, & litteras propria Regis manu subscriptas, quibus prætendit sibi iniunctum fuisse, vt eundem Equitem morti traderet. Nam commissio Regij consilij aliud non dicit, nisi vt in hac causa iustitiam faciat, vt patet in illis verbis: *accioche facciate quello che secondo la Giustitia si deue fare*. Iustitia autem non permittit Religiosum à laico iudice iudicari, & multo minus non confessum & non conuictum, ad mortem condemnari. ideo eo magis eius apertus dolus detegitur. Bart.in l.propter veneni. §.1. ff.ad Syllanian. Cyn. in l. dolum. vers. præsumitur tamen.C.de dolo.Mascard.de probation.lib.2.conclus.531.num.47.& seqq.& num.136.

10 Litteræ autem Regis non mandant vt Equitem morti tradat, sed conditionaliter loquitur, quod in casu quo de iure morti tradendus est, non finat eum deferre habitum religionis, vt patet in illis verbis: *Vi commando che date ordine che nella giustitia che haurete da esseguire in lui, non si porti l'habito di Calatraue che tiene*. Quæ quidem verba, *nella giustitia che haurete da esseguire*. Sunt futuri temporis, & sic conditionalia (quatenus scilicet secundum iustitiam sic exequi debeat) ad text.in l.Stichum qui metus erit. vbi Bart.& omnes ff.de legat.1.& l.nuper.in fine. de legat.3. Roland.cons.58. num. 13. lib.3.Osasch. decis.Pedemont.169.num.5.

11 Præsertim cum in dictis litteris Rex referat se ad suum consilium, à quo vt dixi, aliud mandatum non fuit nisi vt iustitiam faciat. Quod idem Regem ipsum mandasse dicendum est, per regulam, quod relatum inest in referente cum omnibus suis qualitatibus, de qua per Cephal.in cons. 257.num.2.lib.2. & Anchar. Regien. quæst. 67. num.5.parte 2.

12 Et nihilominus dato etiam millies quod & Regium consilium, & Rex ipse mandassent expresse Iudici, vt Equitem morti traderet, Iudex ipse obedire non tenebatur. ad tex. in cap. si Dominus.11.quæst.3.de script.C.de precibus Imperat. offerend.cum alijs per Grammat.vot.32.num.11. & seqq. & per Neuiz. in Sylua nuptiali. lib.6.nu. 49.& seqq.

13 Non obstat secundo, quod dicatur, sententiam Locumtenentis criminalis A.C. non potuisse condemnare hunc Iudicem ad interesse ciuile partium, ex quo ipsum non criminaliter condemnauit Iudicem. ad tex.in l.solemus.§.latrunculator. ff. de indic. & sic videtur hæc sententia defectu iurisdictionis nulla. Nam, vltra quod pro responsione sufficeret dicere, aliàs Signaturam Sanctissimi reiecisse aduersarium volentem committere hanc causam tanquam ciuilem in Rota.

14 Adhuc dicitur non esse inconueniens, vt Iudex criminalis, omissa criminali condemnatione pronunciet tantummodo super damnis & interesse ciuiliter, quando coram ipso (prout in casu nostro) fuit intentata solum actio ciuilis ex criminali dependens, & non criminalis ad pœnam. Bal. in l.si pro fure. §.conditio. ad fin. vers. item facit ad aliud. ff.condition. furtiua. Cataldin. in tract. syndic.post num.142.quæst.216.vers.addo quod si agatur de malefic. ciuiliter. Boss. in tit. de decret.Mediolani.num.28.in fin.& seqq. Cresc.decis.5. num.1. in fin.& alias sic voluit Rota coram Robusterio.in Bonon. nullitatis legitimationis de S.Petro lunæ 28.Aprilis 1578.

15 Non obstat tertio, dum opponitur de nullitate sententiæ A.C.ex eo quia non pronunciauit fuisse benè vel malè iudicatum, aut appellatum, iuxta formam de qua in l.eos.& ibi glos.in verbo vel iniustam. C.de appellat. cum alijs allegatis. nam hæc forma non est substantialis, secundum Paul.de Castro in d. l.eos.sub num.7.& ibi etiam Bald.sub num.6.Felyn.in cap.cum Ioannes.num. 13.de fid. instrument. Rebuff. in tract. de appellat.art. vlt.glos.vnica.num.33. quos in proposito refert & sequitur Sigismund. Scacc. videndus in tract.de appellat. lib.3.cap.2.quæst. 11. nu. 112. vers.sed nunquid hæc formula sit substantialis,& seqq. Vbi propterea dixit, eius omissionem non irritare sententiam, sed satis esse (prout in casu nostro seruatum fuit) quod Iudex appellationis faciat mentionem de sententia lata à Iudice à quo apparet se esse Iudicem appellationis. & non in reliquis condemnet, vel absoluat, nec reformet, aut declaret, prout Iustitia & iura partium exigunt. Et ita in practica seruari testatur.

16 Non obstat quarto, quod ad sententiam non fuerit citatus Procurator N. cuius mandatum fuit in actis præsentatum. Nam mandatum cantat non sub nomine N.sed sub nomine N.& esto, quod sit error (prout forsan fuit malitia) error in nomine proprio, quidquid secus sit in nomine alieno vitiat actum, etiam quod de corpore per alias demonstrationes constet, ad tex.in l.final.& ibi Bart.num.1. Bald.num.3.Paul.de Castro in fine. & Ias.num.10.C.de hæredib.instituen.Rom. cons.179.num.15.

17 Et demum non obstat, quod dicatur non potuisse Locumtenentem A. C. condemnare N. ad damna & interesse, nisi prius sibi constiterit quod malè iudicauerit. Nam de hoc dubitandum non erat, cum bene fuerit cognitum ab Illustriss. D. N. Nuntio, cuius sententia, vt dixi, transiuit fecit

in

in iudicatum, & sic rem notoriam fecit. l.res iudic.ff.de reg.iuris. Roland.consf.6. num.16. lib.3. Decis.Pedem.34.num.4.

8 Non omitto, quod cum iste Index hodie reperiatur excommunicatus propter plures recursus ad iudices seculares habitos, licet ab illis fuerit reiectus, & amplius iterum excommunicatus ab Illustrissimo N. Nuntio propter carcerationem, & condemnationem Equitis N. & demum ab eodem Locumtenente criminali A. C. fuerit seruatis seruandis declaratus insordescens, nec comparere curat procurando absolutionem, repellendus omnino est ab omni sua petitione, & supplicatione, vt in consf.crimin.diuers.73.num.8. tom.2. in folio. & est tex. in cap. rursus. in fin.& cap. seq. 11.quæst.3.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

ARGVMENTVM.

BACVLO aliquem percutiens, si percussus moriatur, non tenetur de occiso, nisi animum occidendi habuerit. & ex quibus talis occidendi animus præsumatur, & quando sic occidens, ad Ecclesiam confugiens, illius immunitate gaudeat.

SVMMARIVM.

Baculo aliquem percutiens præmeditatè, si percussus obierit, non punitur pœna mortis, num.2.

Mandatarius si excessit fines mandati, mandans non punitur pœna ordinaria, num.3. & 4. vbi præsertim si mandans, expressè prohibuit ne percutiendus occidatur. Declara vt num.14. & 15.

Baculo aliquem percutiens, si percussus obierit, percutiens pœna mortis punitur si animum occidendi habuerit, nu.4.& seqq. vbi etiam ex quibus occidendi animus præsumatur isto casu.

Animus occidendi probatur coniecturis, & exterioribus signis, num.5.

Animus occidendi in dubio, præsumitur homicidio sequuto, num.6.

Baculo paruo aliquem percutiens, non præsumitur habuisse animum occidendi. secus si percusserit cum baculo, seu ligno ad occidendum apto, num. 9. & 10.& seq.

Animus occidendi non præsumitur in eo, qui valens percutere cum armis ad occidendum aptis, voluit percutere cum armis non aptis ad occidendum, num.11.

Animus occidendi præsumitur in percutiente aliquem cum baculo in capite, num.12.

Animus occidendi præsumitur & non præsumitur ex parte corporis læsa. num.12.

Animus occidendi præsumitur animo occidendi, & ex qualitate bastonatarum, & earum iteratione, num. 13.

Facta magis attendenda sunt, quam verba, nu.14.

Immunitate Ecclesiæ gaudere non debent, qui retro & à tergo aliquem vulnerarunt, & sic proditoriè aliquem occiderunt, num.16.

Immunitate Ecclesiæ non gaudent, qui propè Ecclesiam aliquem occiderunt, num.17.

Assassinus non gaudet immunitate Ecclesiæ, num.18.

Immunitate Ecclesiæ vt quis non gaudeat, sufficit constare de casu excepto præsumptiuè, num.19.

CONSILIVM CCXI.



1 X processu Curiæ secularis, & ecclesiasticæ, carcerati sunt in confessis N. scilicet quod dederit mandatum N. N. N. ad bastonandum N. & quod prædicti mandatum acceptantes, eundem N. adeò bastonarunt, vt inde miserrimè obierit. Quæritur a me, nunquid prædicti mandans, & mandatarij debeant ordinaria homicidij pœna puniri.

2 Et quidem, quod non intret pœna ordinaria tam respectu mandantis quàm mandatariorum, facit quia ipsi audacter negant habuisse animum occidendi, imò expressè affirmant, mandantem expressè prohibuisse ne N. occidatur. Quo casu intrare videntur verissimæ iuris conclusiones, quod de occiso non tenetur, qui cum baculo aliquem percussit, etiam quod præmeditatè percusserit, secundum Bart.in l.1. §. Diuus. in fin.ff.ad l. Cornel.de sicarijs, & ibi Alberic. post nu. 4. vers. vel cum similibus. Ang. nu.2. vers. qui ergo cum baculo, & Marsil.num.16.& nu.23.& singul.176. Boss.in tit.de homicid.num.37.ad fin.& nu.44.& alibi passim, & communiter Doctores.

3 Et quod mãdans pariter de occiso nõ teneatur, quando mãdatarius fines mandati excessit. l. cum mandati. C.mandati c.significauit.de pœnitentia & remissione. Bero.quæst.10.num.6.& consf.175. num.40.lib.3. Decian.in tract.crim.lib.9.cap.36. num.5.& in terminis de mandante aliquem bastonari, quod non teneatur de occiso, si bastonatus moriatur, voluit Bal.in l.cum mandati.versic. item in delictis. C. mandati. Carrer. in pract. in 3.tract. de homicid. & assassin. §.circa tertium de causis excusantibus. nu.1. & seqq. Clar. in pract. §.fin.quæst.89.num.5.vers.pone aliquis.Menoch. de arbitr.quæst. lib.2.casu 352.num.3. Decian.d. cap.36.num.7. Et præsertim, quando prout in casu nostro, mandans expressè inhibuit, ne bastonandus occidatur. Grammat.consf.20.per totum. & Marsil.in consf.77.per totum.

4 Sed ijs non obstãtibus, quod mandans & mandatarij prædicti non possint effugere homicidij ordi-

ordinariam poenam. Mouet me praecipuè altera pariter verissima Conclusio, quod licèt ex bastonatis non praesumatur animus occidendi, & consequenter locum non habeat poena homicidij ordinarie; hoc tamen non procedit quando ex coniecturis de contrario, & sic de animo occidendi constat. ita in specie hanc materiam concordando contraria, declarant Carer. in pract. crimin. in 3. tractat. de homicidio, & assassinio, §. homicidij autem species, num.64.& seqq.& post eum benè Mascard. de probationib. lib. 2. conclus. 864. num. 12.& seq. cum allegatis per eos.

5 Occidendi enim animum, coniecturis & exterioribus signis probari satis apud Doctores receptum est, prout notant communiter omnes in l.1.in prin.& ibi glo. in verbo, non occidendi animo. C. de sicarijs, & ibi etiam Bellapertic. col. 1. post princ. Cyn. num. 2. vers. quomodo ergo probabit. Alberic. num. 1. in fine. Ang. nu. 2. ad med. vers. in glos. tertia. Salyc. post num. 4. & Ioan. Faber num. 1. in fine.

6 Imò sequuto homicidio, in dubio praesumi in occisore animum occidendi fuisse, & quod contrarium afferens debeat probare, pariter communiter receptum esse, videre est apud Alberic. in d. l. c. §. diuus n. 3. ff. ad l. Cornel. de sicarijs per tex. qui hoc optimè probat in l. 1. in princ. in illis verbis: *Qui si probauerit non occidendi animo hominem à se percussum esse.* C. eod. & ibi etiam Iac. Butrig. in summ. Bellapertic. col. 1. in prin. Cyn. n. 1. & 2. vers. dicunt quidam. vbi reprehendit quosdam Doctores qui dicebant, animum non occidendi probari eo ipso quod non probatur contrarium. Bar. n. 1. Ang. n. 2. ad med. vers. in glos. 9. Bald. in princ. vers. allegatur. Alberic. nu. 1. Odofred. ante num. 1. & h. q. 1. in fin. vers. vel dicatis. Salyc. nu. 1. vers. ideo qui dolum, & n. 3. in 2. oppositione. & Ioan. Faber nu. 1. in fin. versic. Praesumitur enim malitia in dubio. Boss. in tit. de homicid. num. 44. vers. sed si non sumus in rixa, cum alijs per Gardan. de exequut. sententiae par. 1. cap. 1. nu. 369. & seqq. vbi alijs pluribus relatis concordantibus, testatur de magis communi Doctorum opinione.

7 In casu autem nostro, licèt vt mox dixi, animus non occidendi probandus esset per carceratos, quocunque tamen quis se vertit, in vtroque processu contra eos formato ex omni parte de eo euidenter constare nulla est dubitatio. Et primo ex praecedenti capitali inimicitia, vt in his terminis adnotarunt Carer. & Mascard. vbi supra. Cason. de indic. & tortur. tract. 4. cap. 1. num. 4. & tract. 7. num. 2. Alberic. de statutis. par. 3. quaest. 64. Boss. in tit. de homicid. sub num. 63. Vulpell. consil. 127. num. 8. vers. & si vrgens inimicitia. Hanc autem inimicitiam, vltra quod de ea constat per testes in processu Curiae secularis examinatos, liberè fatetur N. in suis constitutis, dum dicit N. protulisse contra ipsum plures infamatorias, & honorem suum laedentes iniurias. Ex quibus capitalem inimicitiam oriri dubitandum non est. Marsil. in l. 1. §. praeterea. num. 57. ff. de quaestionib. Blanc. de indic. nu. 104. & n. 111. vbi ampliat, etiam quod iniuria fiat absenti. Campeg. de testib. reg. 24. vers. secundo si spoliauerit aliquem, cum alijs per Ant. Gomez. variar. resol. tom. 3. tit. de probar. delictorum. n. 14. vers. intellige tamen. & per Rol. cons. 24. n. 17. & seq. lib. 1. & cons. 63. nu. 30. in fin. & seq. lib. 2. Praesertim cum idem *N.* fateatur iniurias praedictas reuocasse ad animum, & resoluisse pro sui honoris defensione de illis vindictam sumere.

8 . Secundo. Occidendi animus praesumitur ex qualitate baculorum, seu vt verius dicam, lignorum, cum quibus fuit mandatum N. bastonari, & bastonatus fuit. cum prout deponunt testes, Chirurgi, & Fabrilignarij deponant eos fuisse lignos graues, eiusdem mensurae, magnos, nodosos, & tales vt ex eorum vnica percussione nedum ex pluribus, praesertim in capite, facile poterat produci mors.

9 . Dum enim dicunt Doctores, animum occidendi excludi ex percussionibus factis cum baculo, intelligunt de paruo baculo, non autem de baculo, seu ligno sic ad occidendum apto, quo fuit percussus N. Ex hac enim baculorum qualitate occidendi animum praesumi, probat text. in l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cornel. de sicarijs. & ibi notant omnes, vt videre est apud Alberic. num. 4. Ang. nu. 2. Fulgos. num. 1. & num. 20. & 24. & 49. Salycet. in l. 1. numero quarto. versic. similiter. C. eodem. & est text. in l. 1. C. de emendatione seruorum.

10 Dum enim pariter dicunt Doctores, ex homicidio sequuto cum percussionibus factis cum baculo, non praesumi animum occidendi; intelligunt quando percussio fit cum paruo baculo, vt puta cum virga loris, seu alio instrumento non ad occidendum apto, ad text. in l. 1. C. de emendatione seruorum. Fulgos. in l. 1. §. diuus. num. 3. ff. ad l. Cornel. de sicarijs. Dec. cons. 9 num. 3. versic. Percutiens cum virgis. Herculan. de negatiua. numero 166. Vbi de percussione facta cum leui ligno. Mascard. de probationibus. libro 1. conclusione 97. numero 29. Vbi de eodem leui ligno. secus si cum magno baculo, seu alio simili instrumento ad occidendum apto, vt probat text. in dicta l. 1. C. de emendatione seruorum. & ibi Bald. num. 2. Salyc. num. 1. vers. nota quod ex qualitate instrumenti. Item & tex. in cap. finali. extra. de homicidio. & ibi praesertim Anan. num. 44. in fin. & num. 45. etiam in fine, & hoc in iure non credo habeat difficultatem.

11 Tertio. Et praesertim in proposita facti specie, in qua N. ostensis sibi quibusdam leuioribus

bus baculis, dixit eos non esse ad propositum suæ intentionis, & propterea mandauit ex professo fieri alios grauiores baculos vt supra, & sic eius occidendi animus eo magis præsumitur, prout è contra Doctores dicunt non præsumi in eo, qui valens percutere cum armis ad occidendum aptis, voluit percutere cum armis non aptis ad occidendum. ad tradita per Bartolum in l. prima. §. diuus. in fine. ff. ad l. Corneliam. de sicarijs, & ibi etiam Alberic. numero quarto. versic. & ad idem facit. Angel. numero secundo. versic. & qui percussit. & Marsil. num. 21. & 22. & num. 25. versic. & ideo dicunt. Boss. in tit. de homicid. sub num. 38. Clar. in pract. §. homicidium. num. 4. versic. dicitur etiam culposum. ante finem. Menoch. de arbitrar. casu 361. nu. 6. & de præsumptionibus. lib. 5. præsumpt. 40. num. 12. & 13.

12 Quarto. Occidendi animus præsumitur etiam quod quis paruo baculo percutiat, seu percutere faciat, quando percussiones fiunt in capite, prout in casu nostro. Sic enim ex parte corporis læsæ animum occidendi præsumi text. est in. cap. sicut dignum, in fine. extra de homicidio. Angel. de malefic. in verbo, scienter & dolosè, num. 48. versic, quod est verum. Menoch. de arbitrar. casu 361. numero quinto. Et in terminis de bastonatis in capite datis, etiam quod plus est, cum leui ligno, seu baculo, scriptum reliquerunt Bart. in l. 1. §. diuus. in fine. & ibi etiam Marsil. post numerum vigesimumseptimum. versic. sed in contrarium. ff. de sicarijs. Boss. in tit. de homicidio. sub numero 38. & seq. Menoch. de præsumptionibus, libro quinto, præsumpt. 40. num. 11. probat tex. in dicto cap. sicut dignum. Vbi præsertim Ancharan. in 12. notab. Et quod minus est, de percussione facta in Spatula, consuluit Bursatt. in consil. 271. num. 11. Bonacoss. in commun. opin. par. 2. in vers. Animus occidendi. *N.* autem fuit bastonatus in capite, in spatulis, & per totam vitam. Ideo &c.

13 Quinto & vltimo. Malus occidendi animus præsumitur ex modo percutiendi, & ex qualitate bastonatarum, & earum iteratione, quibus percussus fuit *N.* & mandatum fuit percuti. fatentur enim occisores N. bastonasse pluribus ictibus, vt dixi in capite, in brachijs, & in cruribus, & per totum corpus ipsum malè tractatum, & in terra iacentem reliquisse iuxta ordinem sibi à *N.* datum. Fatetur enim N. ordinasse illis sicarijs, *che come lo trattauano peggio, l'haueua più à caro; & che lo bastonassero bene, & in buona forma, & che lo trattassero male. N. ci disse N. che li rompessimo l'ossa, e che li scauezzassimo le braccia, e le gambe, & che gli ne dessimo tante quante voleuamo.* Ex hac enim bastonatarum percussione, pluribus personis ab ipso N. mandata, & sic ex atroci percutiendi modo, animum occidendi luce clarius apparere quis dubitat? Bart. in dicta l. 1. §. diuus. post numerum 2. versic. dicit text. ff. de sicarijs. & ibi etiam Marsil. num. 21. Dec. consil. 9. numero tertio, libro primo. Plach. in epitom. delictor. lib. 1. cap. 10. num. 8. in princip. Bertazzol. consil. 35. num. 21. Cyn. in l. is qui cum telo, nu. 1. C. de sicarijs. & ibi etiam Albericus numero 2. Salycet. numero septimo. & Ioannes Faber num. 2.

14 Ex quibus quod percussores occidere voluerint *N.* & *N.* quod etiam N. occidi mandauerit, quisque sensum habens negare non potest. Parum enim refert, quod sicarij dicant non habuisse animum occidendi, & quod sibi expressè fuit à N. inhibitum ne occideretur. Hæc enim N. inhibitio, & asserta intentio occisorum, fuit contraria factis, quæ magis attendenda sunt quàm verba. Poterant enim, & mandans & mandatarij multum bene cogitare, quod ex hoc percutiendi modo cum lignis prædictis facilius sequi poterat N. mors, quàm si cum ense, vel gladio ipsum vulnerassent, & quod non erat in eorum potestate sic vt percusserunt, percutere absque mortis euidenti periculo. Et ideo nec mandantis inhibitio, nec occisorum allegata non occidendi intentio, ipsos à pœna ordinaria excusat, prout in proposito bene aduerterunt *Bald.* in l. non ideo minus, num. 29. C. de accusationibus. Salyc. in l. cum mandati, num. 2. versic. simile in delictis. C. mandati. Auan. in cap. sicut dignum. §. insuper. numero septimo. extra de homicidio. Angel. de malefic. in verbo, & Sempronium mandatorem, num. 39. Grammatic. consil. 20. num. 2. in fin. Baiard. ad Clar. quæst. 89. num. 15. Menoch. de arbitr. cas. 352. num. 3. Decian. d. lib. 9. cap. 36. num. 6.

15 Et consequenter non excusatur N. à pœna ordinaria, ex eo quod occisores excesserint fines mandati, & præsertim quod fatetur N. se fuisse præsentem, quando N. fuit bastonatus, & quod vidit eum bastonari à principio vsque ad finem, & præsertim vidit primam bastonatam N. in capite datam, & nihilominus non solum non prohibuit, prout debebat, verum etiam prout deponunt sicarij, & alij, inflammauit eos ad continuandum percutere & bastonare, prout percusserunt & bastonarunt. Dicit enim *N.* testis Curiæ facto præsens, *Il Signore N. era in quella Portazza, & gridaua, dateli, dateli, ammazzatelo.* Quod & idem deponunt alij testes de auditu a sicarijs. Aliqui dicunt N. dixisse. *Dateli, dateli pure.* Et aliqui dicunt, *Dai, Dai.* Et ideo subintrat Conclusio, quod etiam, quod mandatarij excessissent mandatum, prout non excesserunt, non tamen excusatur mandans quando præsens non contradixit, prout

aduer-

aduerterunt Decian. dicto libro nono. cap. 36. num. 13. Baiard. ad Clar. quæstione 89. numero 17. Et faciunt scripta per Anton. Gomez. de delictis. cap. 3. rubr. de homicidio. num. 47. in fine. & per Petr. à Plach. in epit. delictorum. lib. 1. cap. 14. num. 4. ad fin. versic. subsequentet. Menoch. de præsumptionibus lib. 5. præsumpt. 27. num. 11. Et per eundem Decian. eodem libro 9. cap. 34. num. 24. & num. 28. Et licet *N.* in suis constitutis dicat prohibuisse ne amplius N. percuteretur; hoc tamen dixit quando pluries & in capite, & per vitam percussus, & malè tractatus iacebat in terra vti mortuus, prout deponunt N. & N.

16 Et hæc quo ad pœnam. Quod verò attinet ad aliud quæsitum, numquid scilicet prædicti *N. N.* & *N.* occisores gaudere debeant immunitate ecclesiæ, ad quam perfecto flagitio confugerunt. Negatiuè respondendum esse haud dubiè existimarem. Primò quia fatentur retrò, & incautum Herculem nihil tale de ipsis cogitantem, & nullam cum ipso inimicitiæ causam habentem arripuisse, & in terram proiecisse, & sic proditoriè secundum Luc. de Penna in l. fin. n. 7. vers. item nota mores proditoris. C. de delatorib. lib. 10. Ign. in l. & si certus. §. si vnus. num. 14. ff. ad Syllanian. Alexan. consl. 145. num. 5. lib. 7. Menoch. de arbitrar. casu 161. num. 24. Clar. in pract. §. homicidium. vers. Proditoriè verò. Bursat. consl. 147. nu. 22. lib. 1. Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 29. num. 19. & seq. Villagut. de extens. legum in Constitutionem Gregorij super immunitate ecclesiastica. num. 52. & 53. Ioan. Guttierez pract. quæst. lib. 1. num. 2. & num. 4.

17 Secundo, quia homicidium hoc, patrarunt propè ecclesiam, & statim eo patrato ad ecclesiam confugeruut, & sic sub ecclesiæ clypeo, & consequenter nulla gaudent immunitate, secundū Anchar. in Clem. 1. n. 5. de pœnitentia, & remiss. Hostien. in summa de immunit. ecclesi. num. 8. vers. si vero maleficium. Alex. consl. 147. num. 3. vers. pro quo bene facit. Alciat. de præsumptionib. reg. 3. præsumpt. 33. num. 3. Nauar. in manual. confessar. cap. 25. n. 22. Et licèt in hac materia aliquid Doctores distinguant, An delinquens prope ecclesiam, delictum commiserit ex proposito, & vt facilius ecclesiæ refugium haberet, An vero non ex proposito, sed in rixa. In dubio tamen hoc propositum præsumitur in eo, qui statim patrato delicto se in ecclesiam retraxit, prout fecerunt isti sicarij, secundum Vulpell. consl. 230. num. 6. Et voluit Clemens VIII. in illa Panormitana, quam supra retuli.

18 Tertio, Quia per assassinium præmissa perpetrarunt, nempe præcedente promissione, & acceptatione scutorum quinquaginta, prout deponit idem N. Prout pariter & assassinij qualitas censetur probata per depositionem tam *N.* quàm sicariorum, dicentium, quod *N.* illis promisit *di vsarli cortesia, & che mai gl'hauerebbe mancato casa sua*, & his similia verba ex quibus assassinium inducitur, ex allegatis per Gabr. lib. 7. conclus. 1. n. 3. post Aretin. quem allegat in consl. 163. n. 16. in fin. Decian. lib. 9. c. 30. n. 16. pariter in fin. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 138. n. 2. vers. amplia hanc ampliationem. Vinc. de Franch. decis. 176. pat. 1. Vbi in specie reprobat Bald. contrarium volentem, testaturq. ita post longam discussionem fuisse apud eum resolutum. refert eum, & sequitur Baiard. ad Clar. in §. assassinium, nu. 6.

19 Et licet de præmissis qualitatibus excludentibus ecclesiæ immunitatem, credatur concludenter constare ex processu; negati tamen non potest, quin ex præmissis saltim de illis constet præsumptiuè, & hoc sufficit, prout aliàs declarauit Clemens VIII. in illa Panormitana homicidij in suo Breui directo Archiepiscopo Panormitano, registrato per Marcum Antonium Genuensem in sua Practica Archiepiscopali cap. 94. fol. mihi 510. In quo dixit in hoc sufficere summariam, simplicem, & extraiudicialem informationem pro conscientia ipsius Archiepiscopi.

20 Quarè, & mandantem, & mandatarios ordinariam homicidij pœnam de iure effugere non posse, ex præallegatis, quæ ni fallor, in facto, & in iure verissima sunt, condemnari posse, saluo semper saniori iudicio facilè existimatem. Dixi autem de iure, & illius rigore, quia non per hoc crederem abbreuiaras esse manus Principis, si ex sui benignitate, & humanitate, in aliquo subleuare veller mandantem prædictum. ex eo præsertim quod liberè fatetur veritatem; & quod honoris sui defendendi causa ad vindicandum receptas iniurias & infamias, sic vt supra mandauit.

ARGVMENTVM.

IN hoc Consilio plura de testium fide, & probatione, non iniucunda explicantur, & amplius, an & quando simulatio coniecturis & præsumptionibus probetur, & an, & quando etiam dominus de præterito præsumatur dominus de præsenti.

SVMMARIVM.

Sententia quæ non iustificatur ex actis, dicitur notoriè iniusta, num. 1.

Dominus de præterito, præsumitur dominus de præsenti, num. 2.

Præsumptio de præterito in præsens non procedit, quando

quando agitur de præsumendo aliquod delictum, seu rem illicitam, num. 2. & num. 24.

Præsumptiua probatio ad condemnandum non sufficit, nisi fuerit præsumptio iuris & de iure, num. 2.

Dominus de præterito, non præsumitur dominus de præsenti, quando agitur de præiudicio alterius, num. 3.

Dominus de præterito, præsumitur dominus de præsenti, dummodo qui olim fuit dominus, dicat & alleget de præsenti se dominum, alias secus, num. 4.

Dominium præsumitur ex possessione, quando de eo agitur non principaliter, sed incidenter, num. 4.

Inimicitia capitalis oritur ex accusatione, & querela criminali pro furto, num. 5.

Denunciator spontaneus habetur loco accusatoris, & nullam fidem facit, num. 6.

Testis de suo credere, & iudicio, etiam quod dicat se pro certo credere & iudicare, non probat, num. 7.

Testis de credulitate plenè probat, quando sui dicti concludentem affert rationem, num. 8. Declara, ut num. 9.

Simulatio non probatur coniecturis, nu. 10. Vbi præsertim quando agitur criminaliter, num. 10.

Præsumptiones & coniectura, nunquam sufficiunt ad condemnandum, nisi earum vnaquaque per duos testes omni exceptione maiores probata fuerit, num. 11.

Testis vnicus pro informatione Curiæ examinatus, plenè probat contra Curiam, num. 12.

Testis nepos deponens ad defensionem N. plenè probat, num. 13.

Testes carcerati & captiui, faciunt semiplenam probationem, num. 14.

Gabellam soluens, præsumitur dominus rei pro qua gabellam soluit, num. 15.

Sententia dicitur notoriè iniusta, quando iniustitia apparet ex lectura sententiæ, num. 16.

Singula si non prosunt, multa collecta iuuant, quando agitur de imponendo pœnam pecuniariam, etiam quod vnumquodque de se non concludenter probaret, num. 19. & 20. Vbi quod hoc multo magis procedit, quando agitur de excludendo pœnam, & delictum.

Simulatio debet concludenter & plenè probari, quando agitur ad pœnam, num. 22.

Simulationis causa cessante, cessant etiam omnes præsumptiones, & coniectura simulationis, num. 23.

Testimonium de auditu non facit plenam probationem, num. 25.

Testes contrarij vbi sunt inter se, semper præferuntur qui excludunt delictum, num. 25.

Testes de auditu probant ad exclusionem delicti, num. 26.

Confessio extraiudicialis debet probari per duos testes, num. 27.

Testis compatriota non per hoc desinit esse idoneus testis, num. 28.

CONSILIVM CCXII.

1 X facti informatione mihi data sine processu, sententiam confiscationis olei, sub prætextu quod illud fuerit *N.* Piratæ, notorie iniustam esse, facilè iure respondi posse crederem, cum ex actis non iustificetur. Paris. cons. 107. nu. 9. & seq. lib. 4. Put. decis. 401. lib. 1. Caputaquen. decis. 120. num. 2. par. 3. Gabr. cons. 28 num. 5. & seqq.

2 Dum enim ex aduerso sit fundamentum in eo, quod constet alias oleum prædictum fuisse in dominio N. & quod propterea etiam in eiusdem dominio fuisse præsumatur tempore quo *N.* vectum fuit, per regulam quod olim dominus hodie præsumatur dominus, de qua post alios Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 62. vbi latè. Respondetur primo, hanc præsumptionem de præterito in præsens non procedere quando agitur de præsumẽdo aliquod delictum, seu rem illicitã. Gramm. cons. 50. n. 8. & 9. Bertaz. cons. 74. n. 13. lib. 1. Præsertim quando agitur criminaliter, & ad pœnã, vt fuit actũ in casu nostro. Tunc enim nulla præsumptiua probatio, nisi fuerit iuris & de iure, ad cõdemnandum sufficit. l. absentem. in princ. & ibi gl. in verb. damnati. & Bar col 1. vers. quinto venio ad secundũ. ff. de pœnis. Bal. in l. milites. n. 5. C. de quæstor. Boss. in tit. de conuict. nu. 16. Anton. Gomez. de delict. cap. 12. rubr. de probat. delict. num. 25.

3 Respondetur secundo, regulam prędictam, olim dominum hodie pręsumi dominum, non procedere quando agitur de præiudicio *N.* emptoris, quia tunc nõ sufficit probare dominiũ de præterito, nisi etiã probetur de præsenti, secundum communem, de qua alijs relatis testatur Paris. cons. 27. n. 128. lib. 1. Rolan. cons. 46. n. 23. & seq. lib. 3. Ioseph. Ludou. decis. Lucen 54. num. 11. & 12. Imò quando de Tertij præiudicio agitur, tunc nõ præsumitur de præterito in præsens, etiam in his quæ naturaliter insunt. Alciat. de præsump. reg. 3. præsumpt. 2. num. 2. & 3. Tiraquell. de pœnis tempe. rand caus. 51. nu. 47. 13. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 1. num. 19.

4 Respondetur tertio, quod eadem regula, seu præsumptio procedit, dummodo qui olim fuit dominus, dicat & alleget de præsenti se dominum, alias secus. Ias. in l. cum quid, in secunda lectura, num. 35. ff. si cert. petat. Addentes ad Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 20. littera C. vers. quarto intellige. At hic tantum abest vt N. dicat hodie se huius olei dominum, vt imo contrarium afferat, postquam illum tradiderit *N.* patet ex olei oneratione in nauiculis. vnde resultat alia conclusio, quod cum hodie istud oleum penes N. reperiatur, & ipse illud possideat, præsumatur etiam eiusdem olei dominus, cum

cum non principaliter, sed incidenter de dominio agatur. Bart. in l. quidam in suo. num. 4. vers. secundo casu. ff. de condit. instit. Boer. decis. 42. nu. 8. Cephal. cons. 397. nu. 72.

5 Dum secũdo pariter ex aduerso sit fundamentum in depositione N. qui mercede conductus oleum in suo Naiusio N. detulit, omisso quod est vnicus sibi varius & contrarius, vt in informatione facti bene deducitur, ac etiam si bene eius dictum perpendatur, facit se socium criminis. quia si pro certo tenebat, oleum spectare ad Piratam & infidelem, satis deliquit eidem infideli auxilium præstando, & oleum N. ad infidelis vtilitatem deferendum. Omissis inquam præmissis exceptionibus, quarũ vnaquæque de se illius depositionem prosternit, sufficit dicere, quod est capitalis inimicus & N. & N. eius nepotis, cum ad eorum instantiam fuerit querelatus & carceratus pro furto & fraude in eodem oleo per ipsum commissa, & inde capitalem inimicitiam ortam fuisse dubitandum non est. Auth. si testis. vers. si vero dicatur odiosus. C. de testibus. Nell. de testibus. num. 3. vers. sic est inimicus propter litem criminalem. Blanch. de indic. num. 115. & seqq. Anton. Gomez. de delict. cap. 12. rubr. de probat. delict. nu. 14. vers. intellige tamen.

6 Et quod ad sic deponendum motus fuerit ex odio propter eius carcerationem concepto, idem ipse ore proprio fatetur, cum opportune à Iudice interrogatus respondeat. *Hò detto dentro nelle carceri, che à chi cerca cauarmi vn'occhio, ne voglio cauar due, intendendo per li mercanti &c.* ex quibus minis de sic eruendo oculum, infertur ipsum non proprie testem, sed spontaneum denunciatorem verè dici posse, & sic eius depositioni nullam adhibendam esse fidem, cum habeatur loco accusatoris, dubitandum non est. Nouell. in pract. crim. in form. inquisit. contr. fur. post num 32. ad finem. vers. de denuncia data per particularem personam. Boss. in tit. de denunc. num. 2. vers. & sequitur etiam effectus iuris. Bland. cons. 98. num. 76. lib. 4.

7 Dicitur & ex abundanti, testem hunc etiã quod esset omni exceptione maior non cõcludere, prout concludere debet ex certa scientia, sed solum de suo credere, & iudicio, quo casu nõ probat, etiam quod dicat se sic pro certo credere, & pro certo iudicare. Ias. in rubr. de iur. iurand. num. 2. in secunda ampliatione. Socin. cons. 214. nu. 5. lib. 2. Boss. in tit. de oppos. contra testes. n. 43. vers. item opponitur, il secondo.

8 Nec obstat, quod testis de credulitate deponens probet, quando suæ credulitatis bonas reddit rationes, prout videtur reddere hic testis, cum dicat, quod ita iudicat, & credit, quia in oneratione huius olei, N. voluit semper assistere suum Scribam. Item quia ipsi testi strictè iniunxit, vt eiusdem olei, & doliorum curam haberet. Item quia N. parum curabat videre an dolia essent plena necne, & his similia.

9 Huiusmodi enim rationes etsi quodam modo forsan probabiles & verisimiles prima facie appareant, non tamen concludunt perneceſſe quod oleum esset N. Et quando Doctores dicunt testem de credulitate probare quando eorum credulitatis rationes reddunt, expresse declarant, dummodo concludentes, non autem probabiles, aut verisimiles reddant rationes. & ponunt exemplum in teste, qui dicit se ita credere, quia vidit & interfuit vt videre est apud Doctores ex aduerso allegatos. Bald. scilicet in l. solam. num. 5. vers. sexto quæro. C. de testibus. Alex. cons. 24. num. 14. lib. 2. Abb. in cap. quoties. num. 6. & ibi Anton. Francis. in addit. in vers. & eodem modo. ext. de testib. & ibi etiam Felyn. num. 9. vers. limita secundo, & vltra prædictos Lanfranch. in tract. de test. n. 23. vers. deinde subiungit. Crot. in eod. tractat. nu. 315. vers. primo fallit. Campeg. de testib. reg. 219. in 2. 11. & 17. fallentiã. Hippol. Rimin. cons. 360. num. 38. & seqq. lib. 4.

10 Et ex præmissis cessat fundamentum item ex aduerso factum, quod scilicet simulatio proberur præsumptionibus & coniecturis. Nam vltra quod non est ita absolute verum, simulationem coniecturis probari, cum contrarium scripserint Bald. cons. 21. num. 2. vers. in contrarium. lib. 4. Paul. de Castr. cons. 261. visis & consideratis his quæ in facto proponuntur. column. 1. in fine. vers. nec obstat quod producuntur plures testes. & column. 2. in princip. Grammat. decis. 72. num. 24. Aym. consil. 145. num. 2. Roland. cons. 42. num. 28. & seqq. lib. 4. vbi testatur hoc esse in iure receptissimum. Caputaquen. decis. 421. par. 2. Rot. diuers. decis. 69. num. 2. parte secunda. Et hæc contraria opinio indubitanter procedit, quando agitur criminaliter & ad pœnam, prout actum fuit in casu nostro.

11 Vtique non video ex mihi in facto deductis, alias apparere simulationis coniecturas, nisi eas quæ eliciuntur ex depositione N. testis tot tantosq. defectus patientis. & tamen ad condemnandum nunquam coniecturæ & præsumptiones sufficiunt, nisi earum vnaquæque saltim per duos testes omni exceptione maiores probata fuerit. Decian. consil. 62. numero 10. libro tertio. post Baldum & Gratt. in locis per eum relatis. Ioseph. Ludouic. conclusione 51. versic. & dictæ coniecturæ. post Cagnol. Bero. Bursatt. & Simon. de Pret. quos allegat. & ante istos Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. numero quarto. ff. de edendo. Boss. in tit. de partu supposito. numero 36. Gabr. libro 1. tit. de probar. conclus. 1. num. 31. Cephal. cons. 225. num. 46. & seqq. lib. 2. Hond. ded. cons. 202. num. 58. in fine. lib. 1. Thesaur

decis. Pedem. 24. nu. 11. vers. quibus sic stantibus. quorum opinio absque dubio procedit quando agatur criminaliter, & ad condemnandum.

12 Verum in proposita facti specie, res omni prorsus difficultate carere videtur, propter depositionem N. expresse dicentis, oleum fuisse emptum à N. qui licet sit vnicus, plenè tamen probat, tum quia examinatus à Curia. l. si quis. C. de restib. cum ibi notat. per Doctores. Tum quia excludit delictum. Aym. cons. 2. num. 16. Natta cons. 412. num. 23. Vulpell. cons. 67. num. 8. Boss. in tit. de oppos. contra testes. num. 72.

13 Nec facit, vt ex aduerso scribitur, quod tractet de se exonerando, & exculpando, cum iam per sententiam diffinitiuam fuerit absolutus & declaratus sine culpa, remanetq. propterea simplex testis, qui probat etiam quod pro patruo deponat. Speculat. in tit. de inquisit. §. 1. vers. sed numquid. num. 22. Aym. cons. 2. num. 1. & consil. 119. num. 9. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst. 24. vers. quæro modo. in fine. iuncto vers. item scias.

14 Non etiam sunt omittendæ depositiones equitum expresse de emptione olei, & de numeratione pecuniæ deponentium, qui licet tempore examinis essent captiui, non per hoc desinunt facere semiplenam probationem. Nell. in tractat. de testibus. semiplena autem & præsumptiua probatio sufficit ad rei defensionem, & exclusionem delicti. Bart. in l. non solum. §. si quis probari. num. 2. & seq. ff. de nou. oper. nunc. cap. in præsentia. & ibi communiter omnes Canonistæ. de probat. Boss. in tit. de conuict. nu. 59. Aym. cons. 2. nu. 16. vltra quod non omnes isti equites erant tunc in vinculis detenti.

15 Et ad id quod dicitur, de vniuerisimili eorum depositione, satis sit respondere quod eorum dicta comprobantur ex concludenti probatione aliorum mercatorum, qui fuerunt præsentes emptioni olei, solutioni pretij, & emptioni gabellæ. l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. versic. quid enim. & ibi communiter Doctores. ff. de eden. Crot. de testibus. par. 3. num. 9. vers. tertio limita Compeg. reg. 107. in 6. fallentia. Gabr. tit. de testib. lib. 1. conclus. 5. num. 1.

16 Ex quibus sententiam de qua agitur, notoriè iniustam, ex eo quod non iustificetur ex actis, satis bene concludi videtur, sed & ex alijs notoria hæc iniustitia apparet. Primo quia absoluitur N. ex eo quod per vim & metum omnia gesserit, de quo nihil in processu. Secundo, quia pariter absoluitur, & impunis dimittitur N. Nauilij patronus, qui vt supra dixi, sua propria confessione se socium criminis facit. Tertio quia restituitur pretium alijs participantibus in emptione olei. Quod expressè repugnat prætensioni Fisci negantis talem emptionem. hæc enim omnia ex lectura sententiæ illius notoria iniustitia & errore euidenter demonstrant. l. si expressum. ff. de appell. l. 2. C. quando prouoc. cap. solet. de sent. excommunic. in 6. cum alijs per Vant. in rubrica de nullit. ex defect. processus. num. 118. & seqq.

17 Est enim eadem sententia nulla defectu citationis, cum N. de cuius interesse agebatur, non fuerit citatus, nec sufficit citasse N. Tum quia N. non erat Procurator N. tum quia N. examinatus, olei emptorem & possessorem nominauerit N. iudicium contra N. dirigi debebat, ipseq. citandus erat. Bart. in l. 2. per illum tex. num. 8. 11. 15. & 18. C. vbi in rem actio. Marant. de ordin. iudiciorum. par. 6. in 6. membro. rubr. de nomine auctoris. num. 1.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

18 EX alias scriptis, quæ reuideri super satisq. creditur constare de bono iure hæredum N. depositio enim N. testis Curiæ. Oneratio olei facta sub nomine N. Instructio data N. super distributione olei. Solutio Gabellæ, venditio partis eiusdem olei facta ab eodem N. & N. canonizata per sententiam Iudicis N. Absolutio N. & N. ab eadem N. Curia facta. Iunctis alijs testibus ante, & post remissoriales examinatis, absque dubio, quod oleum confiscatum fuisse eiusdem N. & non N. plusquam concludenter probasse dicantur.

19 Ex vera illa iuris conclusione, quod quando agitur de pœna pecuniaria, tunc ad plenam probationem faciendam plura coniunguntur, etiam quod vnumquodque de se non concludenter probaret. Felyn. in cap. afferte. num. 6. de præsumption. Aretin. in cap. tertio loco. sub num. 16. de probat vbi de communi & practicata opinione, cum alijs per Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 12. rubr. de probatione delictorum. num. 25. vers. imò & quod magis est. & ibi Suarez in additión. littera G. vbi pariter testatur de veriore receptione, iustiore, & publicæ vtilitati magis consona Doctorum sententia.

20 Ergo multo magis in casu nostro, in quo non agitur de imponendo pœnam pecuniariam, sed de excludendo pœnam pecuniariam, & delictum, quo casu leuior sufficit probatio. Aym. cons. 2. num. 16. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 48. num. 8. Bertaz. cons. 259. num. 11. in fin. & seq. & cons. 440. num. 7.

21 Quibus non obstent testes de auditu à N. & forsan ab alijs de publica fama deponentes, quod oleum erat N. & non N. iuncta præsumptione, quod olim dominus etiam de præsenti dominus præsumeretur, & alijs quibusdam adminiculis ex aduerso deductis. Quasi quod venditio olei facta N. esset ficta & simulata, non autem vera.

Nam

22 Nam omisso, quod quando præsertim agitur ad pœnam, ad simulationem probandam requirantur plenæ & dilucidæ probationes, nec propterea sit præsumptionum, seu adminiculorum coniunctio. Caputaquen. decis. 42 I.par. 2. decis. 163. part. 3. Rota diuers. decis. 69. num. 2. part. 2. & coram Illustriss. Card. Lancellotto iuniori, in Romana donationis de Cangijs 18. Ianuarij 1604. post mea consil. lib. 2. decis. 207. num. 1.

23 Ad hoc dicitur, hæc omnia cessare in præsenti casu, in quo si vt ex aduerso præsupponitur N. volebat mittere oleum suum in insulam N. ad effectum (vt dicitur) illud carius vendendi, vel pro redemptione Turcarum captiuorum, non vtique ipsi opus erat interponere mediatam personam, cum satis tutè, & sine periculo facere potuisset cum saluo conductu omnibus dari solito vt notum est. ideo cessante causa simulationis omnia præmissa ex aduerso considerata cessant prorsus, Rot. coram Orano. Bononien. bonorum 27. Iunij 1597. post mea consilia lib. 2. decis. 118. num. 1. in fine. & coram Penia Bonon. bonorum. 30. Martij 1607. post eadem mea consilia decis. 237. num. 3. & alibi sæpius.

24 Et magis in specie ad præsumptionem ex aduerso deductam, de tempore præterito in præsens ad effectum arguendi dominium, iam alias vltra plures datas responsiones, fuit dictum, hanc præsumptionem cessare quando agitur de præsumendo quid illicitum, vt in casu nostro. Grammat. consil. 50. num. 8. & 9. Bertazzol. cons. 74. num. 13. lib. 1.

25 Et quod attinet ad testes de auditu à N. sicut ipse N. nihil prorsus probat, vt pariter in alia informatione fuit latè deductum, ita & eo minus probant testes, qui ab ipso sic dici audiuerunt. cap. licet ex quadam. extra de testibus. Et multo minus probant testes de auditu ab alijs, & de publica fama. Nam vltra quod testimonium de auditu, & de publica fama, vt noti iuris est, non facit plenam probationem, confunduntur etiam testes prædicti à testibus examinatis, ad instantiam N. qui pariter de contrario auditu, & de contraria fama deponunt. Tum quia in concursu testium contraria deponentium, semper præferuntur testes delictum & pœnam excludentes, secundum glos. in cap. in nostra. in verbo, aduersa. & in verbo præferenda. & in cap. cuncta. in verbo, benigne. & vtrobique communiter Doctores omnes. extra de testibus. Boss. in tit. de defens. reorum. n. 7. in fi. Gabr. tit. de testib. concl. 4. n. 44.

26 Tum etiam quia testes de auditu, licet regulariter non probent. d. cap. licet ex quadam. extra. de testibus. Probant tamen ad exclusionem delicti, & pœnæ. Cephal. cons. 678. num. 6. & seqq. iuncto nu. 75. lib. 5. Honded. qui alios refert cons. 100. num. 35. lib. 1. sic & pariter testes deponentes de fama publica, licet plenam non faciant probationem, probant tamen concludenter, ad exclusionem pœnæ & delicti. Alex. cons. 14. num. 9. in fin. lib. ..... Herculan. de negatiua, num. 309. post med. Mascard. de probation. lib. 1. conclus. 491. num. 13.

27 Multo minus probat ille N. deponens de auditu à N. quod oleum erat Carausman. omissa enim inuerisimilitudine dictæ depositionis, & quod sibi contradixit, alijsq. exceptionibus, de quibus in informatione facti, satis est dicere quod vnus testis non probat extraiudicialem confessionem. Bero. in cap. at si clerici. num. 135. vers. requiritur etiam. num. 136. & seq. decis. Pedemont. 79. num. 29. cum alijs per Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. nu. 21. Et quod nihilominus extraiudicialis confessio facta absente parte, non probat, plene Gabriel. cum alleg. per eum in tit. de confessis conclus. 1. num. 1. & 2.

28 Nec etiam obstat, quod testes N. sint Marsilienses, & sic compatriotæ, quia non per hoc desinunt esse idonei testes, ad glos. in cap. super prudentia. in verbo, Stephani. vers. sed nunquid. 14. quæst. 2. Bertaz. cons. 359. num. 7. lib. 2.

29 Cætera quæ opponuntur, ex facto tolluntur, quia non est verum quod N. declarauerit nolle vti depositionibus ad sui instantiam examinatorum. Hanc enim declarationem petit N. pro suo interesse tunc carceratus, & sine mandato N. sic & testes Equites alios ad eiusdem N. examinati non fuerunt repetiti post remissoriales litteras, non quia hæredes N. diffiderent de veritate eorum depositionis, sed propter magnam distantiam loci, in quo reperiebantur.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

TESTES examinati parte non citata, non faciunt indicium ad torturam. præsertim deponentes de delicto nocturno. Frater autem est idoneus testis ad defensionem sui fratris.

SVMMARIVM.

Testis examinatus parte non citata, non facit indicium ad torturam, num. 1.

Testis non potest faciliter probare delicta facta de nocte, & tempore obscuro, num. 2.

Testes variantes in tempore, censentur singulares, & non probant, num. 2.

Indicium an oriatur contra illum, qui tempore homicidij fuit visus in loco homicidij, vel per loca vicina? num. 3.

Testis

Testis frater, est idoneus testis pro defensione fratris. num. 4.

CONSILIVM CCXIII.

1 X asserta depositione duorum testium, qui deponunt tres fuisse ad homicidium committẽdum, nullum oritur indiciũ ad torturam, vel pœnã contra N. vel *N*. quod eorum alter interuenerit homicidio. Primo, quia prætensi testes examinati, sunt pro informatione Curiæ, & N. non citato, & per consequens ei non præiudicant, nec indicium vllum faciunt ad torturam. Bart. in l. maritus. n. 3. ad finem, & in l. fin. ad finem. ff. de quæst. & in l. si quis adulterium. in princ. ff. de adulter. sequitur Bald. in l. iubemus. n. 4. ad finem. vers. Item dixi quod inquisitio. C. de probat. Salyc. in l. fin. in fin. C. de quæst. Felyn. in c. qualiter & quando. primo. num. 9. de accusat. Iul. Clar. in pract. crimin. q. 50. num. 4. Boss. in tit. de iud. n. 126. cum seq. Blanch. in d. l. fin. n. 329. ff. de quæstionib. Ang. in tract. de malef. in verbo, quod fama publica præcedente in vers. Quæro qualiter. num. 10. vers. Sed nunquid isti testes. ff. cond. ob turp. caus. Alex. consil. 65. n. 9. vers. Et dato. vol. 1. Gandin. in tract. de malef. in tit. quomodo de malef. cogn. per Inquisit. n. 8 Blanc. in d. l. fin. n. 329. ff. de quæstion. Secundo, nam dato quod præiudicarent, tamen non probant, nam N. non vidit tres, sed duos tantum licèt autem dicat audiuisse vocem alterius tertij dicentis, *finitelo*; tamen cum eum non viderit, non concludit de tribus, cum potuerit esse vox vnius ex illis duobus quos dicit vidisse, qui postquam vulnerauerit dixerit socio verba prædicta ergo non probat l. non hoc vnd. legit.

2 Item N. prædicta, in ratione sui dicti dicit quod erat obscurum, ergo non potuit videre etiam illos duos quos dicit vidisse, quare non probat. Bal. & Ang. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. caus. Dec. cons. 363. n. 2. & cons. 429. nu. 15. Alex. cons. 4. n. 10. vol. 6. sic *N*. alter testis licèt dicat vidisse tres, non probat, cum dicat fuisse de nocte circa vnam horam noctis, nec dicat lucem fecisse lunam, vt per Bald. & Dec. dd. locis. Iul. Clar. in pract. crimin q. 21. num. 3. Boss. eod. tract. in tit. de indic. n. 172. Iterum N. & N. inuicem contrariantur. nam hic dicit, illos tres occisores fuisse vestitos vestibus candidis, illa autem de nigris dicit. ergo &c. l. qui falsò. ff. de testib. Doct. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. Alex. consil. 16. num. 1. vol. 1.

3 Tertio, esto quod testes concordes essent, & de tribus probarent, tamen non sequitur quod cum eis fuerit N. cum de eo non deponant testes, posset contra eum præsumi, si ipse tempore homicidij fuisset visus in loco homicidij, vel per loca ibi vicina, aliàs secus. ita Bart. in l. fin. num. 5. ad finem. vers. Item quod fuit visus. & num. 3. ff. de quæstion. Ang. in tract. de malef. in verbo quod fama publica præcedente. nu. 10. vers. quæro qualiter. Gandin. in eod. tract. in tit. de præsumpt. & indic. ex quibus condemnatio sequi potest. nu. 2. & num. 5. cum seq. sed non probatur N. fuisse in d. loco, imò ex depositione eius, & N. constat tunc fuisse domi in Banchis, ergo &c.

4 Nam N. frater est idoneus testis pro fratre in causa criminali, quando solum agitur ad defensionem fratris, & non ad impugnationem alterius, etiam si testimonium eius redundet contra fiscum. Bald. & Salyc. in l. parentes. C. de testib. Alexan. cons. 4. num. 10. vol. 6. & cons. 119. nu. 6. vol. 3. & cons. 5. n. 8. vol. 1. &c. Ex quibus &c.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

DELINQVERE in Ecclesia dicitur is, qui ex Ecclesia, vel ex eius ianua occidit aliquem existentem extra eam; huiusque homicidij, & delicti quisnam sit iudex competens; secularis scilicet an Ecclesiasticus, quomodo inter eos locum habeat præuentio; & quid si homicida fuerit contumax.

SVMMARIVM.

Delictum, & homicidium dicitur commissum in Ecclesia, quando quis existens in ea, vel illius ianua cum sclopo alium extra Ecclesiam commorantem occiderit. num. 2.

Delictum, seu homicidium in Ecclesia si commissum fuerit à laicis & in laicum, illius cognitio est mixti fori, habetq. in eo locum præuentio inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem. num. 3. licèt alij relati num. 11. dixerint cognitionem spectare ad iudicem secularem priuatiuè quo ad Ecclesiasticum.

Ecclesia dicitur de territorio Principis Ecclesiastici, & non secularis. num. 3. vers. & licet contrariam sententiam.

Præuentio iurisdictionis non dicitur inducta per solam inquisitionem, vulnerati visitationem, et testium examen, citatione non interueniente. n. 4.

Contumacia in causa criminali accusari non debet vbi iudex procedit ex officio. num. 5.

Præuentio iurisdictionis dicitur facta ab illo iudice, qui procedere incepit super crimine, cum qualitate magis aggrauante, declara vt num. 6.

Delicti grauitas seu leuitas, reputatur secundum qualitatem pœnæ pro eo impositæ. num. 6.

In-

Inquisitio super vulnere non procedit quando post vulnus sequuta est mors vulnerati, num.6. Declara vt num.7.

Praeuentionem, & litis pendentiam contumax allegare non potest, num.8.

Minor delinquens mitius puniendus est, poena scilicet pecuniaria, praesertim si fuerit nobilis, num. 9. & 10.

Contumax condemnari non potest in maiorem poenam, ea in quam condemnaretur si esset praesens, num.9.

CONSILIVM CCXIV.

1 N hac N.archibusatae, visis allegationibus hincinde mihi datis, firmabo pro veritate nonnullas conclusiones, ex quibus, ni fallor, eiusdem causae resolutio resultabit.

2 Prima sit Conclusio. Quòd quamuis extra Ecclesiam *N.* vulneratus, & occisus fuerit, adhuc tamen homicidium dicitur commissum in ecclesia, siue N. pistolam exonerauerit in eadem ecclesia. Abb.in cap.final. num.11. & ibi etiam Anan.num.5.de immunitat. ecclesiar. Decian. in tract.criminal.lib.6.cap.24.num.7.vers.an autem si quis existens in ecclesia, & cap.28.num.6.Nauarr.in manual. confessar. cap.25. num.21. vers. nemo item. Ioan. Gutierez practic. quaest.lib.3. quaest. 1. num. 19. siue etiam in eiusdem ecclesiae ianua, quae & quod sacra dicatur, & ecclesiae nomine ad hunc effectum contineatur, dubitandum non est. l.pateant.C.de his, qui ad eccles. confugiunt. Bart.in l.praesenti, num.2. C. eodem. Nauar.dicto cap.25.nu.17.ad finem. vers. & ianua, Francisc. Leon.in Thesaur. fori ecclesiastici, par. 1. cap.13. rubr. de immunitate eccles. num. 11. in fine.

3 Secundam firmo conclusionem, quòd licèt inter Doctores sit controuersia de iudice delictorum in ecclesia commissorum, puto tamen veritatem esse, quod etiamsi delictum non sit ecclesiasticum, & à laicis, non autem à Clericis patratum, prout est homicidium de quo agitur, quia tamen homicida violando ecclesiam, dicitur sacrilegium committere, & negari non possit quin efficiatur delinquens ratione loci delicti eidem ecclesiae subditus. Hoc ideo illud censeri mixti fori, possitque ab vtroque iudice, & ecclesiastico, & seculari cognosci, & inter eos praeuentio locum habeat. Voluerunt Abb.in cap.fin.num.5. de immunit. eccles. Anan.in cap. inter alia, nu. 5. eod. tit. cum alijs per Decian.in tract. crimin. tom. 1, casu 194.num.5.&num.7. & per Cardin. Tusch. pract.conclus.in verbo, Ecclesia. conclus. 5. num. 10.14.15.& 17.& in verbo, Immunitas. conclus. 59.num. 6. & seqq. vsque ad num. 18. Francisc. Leon.in Thesaur. fori ecclesiastici, par.1.cap.13. num.23.Marius Italia de immunit.eccles. lib.1.c. 5. §.3.num.52. & 53. Et licet contrariam sententiam, quod imò quando delictum non est ecclesiasticum, nec ab ecclesiasticis commissum in ecclesia, eius cognitio spectet ad iudicem secularem priuatiuè quo ad ecclesiasticum voluerint Doctores relati infra num.11. Ea praesertim ratione moti, quia ecclesia non dicitur esse de territorio Principis ecclesiastici, sed secularis. Non tamen ab hac secunda conclusione recedendum est, cum praeallegatorum Doctorum contrarium tenentium, ratio iure non sustineatur. Quod enim ecclesia dicatur de territorio Principis ecclesiastici, & non secularis scripserunt Ang. de malefic. post Cyn. quem allegat in verbo, Scalis S. Sempronij, num.2. Alciat. de praesumption. regul. 3. praesumption. 33. num. 5. vers. vnde pro ista opinione. Aym.consi.918.num.6.lib.5.Cassaneus in consuetud.Burgund.rubr.1.§.5. num.117.Card. Tusch. pract.concl. in verbo, Ecclesia. concl. 5. num.10.& 11. Vbi reprobat Clarum contrarium tenentem, & num.13. vbi alios refert concordantes. Posset autem forsan opinio eorum qui dicunt, ecclesiã esse de territorio Principis secularis procedere quo ad protectionem, non autem quo ad impugnationem, prout declarat Bald. in authen. si quis in hoc genus. sub num.2.C.de Episcop.& Cleric. vel vt inquit Card. Tusch.d. concl. 5. nu. 12. quod Ecclesia sit de territorio Principis secularis in his tantùm quae respiciunt eius fauorem, non in alijs, ex Castrens.in loco per eum relato.

4 Tertia sit Conclusio. Quod in casu, de quo agitur, praeuentio de iure dici possit potius ex parte iudicis secularis, qui citare incepit die 18. Ianuarij, quàm Iudicis ecclesiastici, qui citationem emisit die 19. eiusdem. Nec facit, quod Iudex ecclesiasticus paulò post patratum homicidium, & eodem die visitauit vulneratum, testes examinauerit, & inquisitionem formauerit. Huiusmodi enim actus sine citatione non inducunt litis pendentiam, nec praeuentionem.l. libertus, la 2. Vbi Bart. Bald. & alij. ff. de in ius vocando. Bos. in tit. de foro compet. num. 103. & resoluit Rota coram R.P. D. Butatto. Veneta donationis. 11. Maij 1615. Vbi alijs relatis amplius dixit: nec etiam sufficere mandatum de citando sine citationis exequutione.

5 Nec etiam facit, quòd licèt citatio Curiae secularis fuerit facta die 18. Ianuarij, non tamen fuit producta nisi die 21. eiusdem, & sic per tres dies post reproductionem citationis fori ecclesiastici. quasi quod isto casu attendatur non tempus exequutae, sed reproductae citationis, & quòd fisco seculari non accusante contumaciam, citatio dicatur circumducta, ad ea quae scripsi in mea practica, quaest. 7. nu.60. Haec enim obiectio tollitur

-litur ex facto. & forsan benè procederet, si, prout ego loquor, & per me allegati in d.n.60. loquuntur, nemo comparuisset in termino exequutæ citationis, eademq. citatio non fuisset producta in dicto termino. sed cum citatio haberet terminum trium dierum, & in illo termino fuerit reproducta, cessat obiectum. vltra quod posset etiam dici, quòd ex quo in causa proceditur ex officio, non sit necesse, quòd aliquis compareat ad accusandum contumaciam, & consequenter quòd omni tempore potuerit citatio reproduci. ex allegatis per Cartar. de exequut. sentent. cap. fin. num. 167. & per Sigismund. Scacc. de iud. caus. ciuil. &c. lib. 1. cap. 92. num. 1. ad fin. vers. Contrariam sententiam.

6 Et demum nec etiam facit, quòd non attendatur præuentio iudicis secularis super vulnere rãtùm, cum Curia Archiepiscopalis postea præuenerit, & processerit super homicidio sequuto, & sic super qualitate magis grauante, ad ea quæ scripsi d. quæst. 7. n. 65. Hoc enim motiuum pariter benè procederet, si idem ecclesiasticus iudex propter sequutum homicidium, posset grauiorem pœnam imponere ea quam imponere potest iudex secularis. Delictum enim, & grauius & leuius reputatur, sic & qualitas aggrauat & non aggrauat delictum, secundùm quod pro eo grauior aut leuior pœna infligenda venit. Bart. & Ang. in l. leuia. ff. de accusation. Pract. Conrad. tit. de iniuriantibus. n. 8. Clar. in pract. §. 1. vers. Sunt etiam. Sed in casu nostro propter solam archibusij delationem, vigore bannimentorum est imposita pœna triremium, propter solam in alium archibusate exonerationem est imposita pœna vltimi supplicij, & confiscationis bonorum. Et hæc eadem pœna est etiam inflicta contra vulnerantem in Ecclesia, & pro istis omnibus criminibus fuit N. à Curia seculari citatus ad comparendum sub pœna confessi, & conuicti. Quas tamen capitales pœnas Ecclesiasticus iudex nec imposuit, nec imponere poterat; ergo dici non potest Ecclesiasticum iudicem præuenisse in grauiori criminis qualitate, ad ea quæ in his terminis post alios, quos allegat scripsit Card. Tusc. pract. conclus. in verbo Ecclesia. concl. 5. n. 18. & in verbo immunitas concl. 59. n. 13.

7 Vltra quod forsan posset etiam dici, quòd ex quo iudex secularis præuenit, vt dixi in inquisitione vulneris mortalis, perinde est ac si præuenisset super homicidio ex illo vulnere subsequuto. Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 30. num. 6. & ante eum Rub. Alexandrin. in l. penult. §. ad crimen. num. 93. in fine, aliàs 51. vers. Posset tamen saluari.

8 Quartam firmo conclusionem, quòd cum N. hodie sit contumax in vtroque foro, agaturque de crimine mixti fori, nullibi potest præuentionē & litis pendentiam allegare, præsertim in delicto capitali, in quo nemo per procuratorem audirur. hoc enim casu, quod quisque iudex in contumaciam procedere possit, nec contumax absens audiatur appellans, sępius Sacra Consulta resoluit, & de iure nullam habet difficultatem, ex allegatis per Gabriell. rit. de iud. lib. 2. concl. r. n. 21. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in 18. limitat. n. 1. & seqq. Boss. de foro competenti. num. 82. Baiard. ad Clar. quæst. 39. num. 14. & quæst. 57. nu. 24. alios retuli in d. quæst. 7. num. 55. quibus addo Petr. Caball. casu 162. num. 2. & num. 8. & num. 12. & seqq.

9 Verum (vt verum fateat) si causa hæc remanere debet in foro Ecclesiastico, & ibidem N. se constituere, nescio quantum de Curia Archiepiscopali confidere possit, cum ab ea fuerit hucusque notoriè grauatus, ex quo in contumaciam fuit condemnatus nedum in pœnam pecuniariam 3. millia scutorum, sed etiam excommunicationis, quæ est maior pœna quam possit Ecclesia imponere, ac etiam perpetuarum rriremium: cum stante præsertim eius nobilitate, & minoritate, si præsens fuisset non potuisset, nisi in pœnam pecuniariam condemnari. Marsil. in pract. §. quoniam. num. 96. Grammat. decis. 23. nu. 15. Socin. cons. 117. num. 38. lib. 3. Franc. Caldas. in repetitione legis si curatorem. in verbo, vel aduersarij dolo, num. 54. vers. At quia. C. de in integr. restitur. minor. Rolan. cons. 51. n. 41. lib. 1. Hond. consil. 104. num. 37. & seq. Ergo multò minus in contumaciam. per regulam, quod contumax condemnari non potest in maiorem pœnam ea, in quam condemnaretur si esset præsens. Plot. consil. crim. diuers. 72. num. 31. & seqq. tom. 2. cum alijs per Flamin. Cartar. de exequut. sent. cap. final. nu. 48. & seqq. Baiard. ad Clar. q. 36. n. 10.

10 Nec verum est, vt ex aduerso dicitur, quòd ex quo N. est maior 14. annorum, idcirco debeat haberi pro maiore in causa homicidij, ad ea quæ scripsi in quæst. 11. num. 30. Quæ enim ibi dixi, & Doctores per me allegati loquuntur, procedunt ad effectum vt possit minor in contumaciam condemnari, non autem quòd eadem pœna minoribus imponi possit quàm maioribus, præterquam in Statu Ecclesiastico. Verum extra Statum Ecclesiasticum contrarium expressè ibidem affirmaui in vers. In alijs verò locis.

11 Non ergo N. forum Ecclesiasticum effugit, dummodo sibi à Sanctissimo de alio non suspecto Tribunali prouideatur, coram quo libenter se constituturum offert. supplicat tamen prouideri, vt ipso sic in Ecclesiastico Tribunali constituto desistat secularis iudex, & N. Senatus à molestijs comminatis in eius bona & personam, cum iure omninò prohibitum sit, posse quem vno & eodem tempore, pro vno eodemque crimine, à pluribus iudi-

iudicibus vexari. Valdè enim dubitatur, quòd N. Senatus non per hoc sit desistendus à processu contra N. Allegabit enim quòd ex quo est crimen non Ecclesiasticum, nec à Clericis, vel in Clericum commissum; illius propterea cognitio non ad Ecclesiasticum iudicem, sed ad secularem spectare debeat. ad text. in l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & Cler. Salyc. in l. 2. num. 2. vers. Ego puto verius. C. de his qui ad Eccles. confug. & in auth. Item nulla communitas, num. 4. vers. Quæro laicus. C. de Episc. & Cler. Bart. in l. si cui. §. fin. num. 3. vers. Quæro delictum aliquod. ff. de accusation. Ang. in authent. vt liceat matri, & auiæ. §. final. num. 24. vers. Et per hoc patet. Bald. in d. l. si quis in hoc genus. num. 1. vers. Item etiam notandum. Abb. in cap. Inter alia. num. 29. vers. sed tu vide Bar. de immunit. Eccl. & in cap. final. n. 5. vers. Nota vltimo. extra eodem. & in cap. cum sit generale. num. 27. vers. Addo etiam alium casum extra. de foro compet. Bertran. cons. 9. lib. 7. vbi pluribus hanc sententiam probare conatur. Ang. de malef. in verbo in scalis sancti Petronij. nu. 1. Alex. cons. 111. sub. nu. 1. post princ. lib. 1. Marsil. in tract. de bannitis, in verbo Ecclesiæ. num. 26. vers. sed succedit dubitatio. Vulpell. in tract. de libertate Ecclesiast. par. 1. num. 29. vers. Quod absque ratione. Menoch. cons. 200. quod est vltimum. nu. 27. vers. Ad secundum obiectum. lib. 10. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. vers. Et ideo delinquens in Ecclesia. & cap. 29. n. 15. & lib. 4. cap. 17. n. 34. in 4. limitat. Bertrand. Ant. Gomez. Couarr. Rolan. & Clar. in locis per me relatis in tit. de carcerib. & carceratis. q. 28. num. 62. Addo Petr. Caball. resol. crimin. centur. 2. casu 194. n. 1. & seqq. Io. Guttierez pract. question. lib. 3. quæst. 1. nu. 13. Vbi alijs relatis testatur de magis communi. Azeued. in constit. Hispan. lib. 1. tit. 2. l. 3. post num. 23. Etsi præallegatorum Doctorum sententia minimè vera sit, vt dixi supra in secunda conclusione.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ROMANA CONFISCATIONIS OFFICII.

ARGVMENTVM.

Pater non citatus, an & quando teneatur pro delicto, seu condemnatione filij, & sententia lata etiam in contumaciam filium noceat patri.

Officium propter decretum in eius concessione appositum, vacat per condemnationem filij, etiam in contumaciam, licet dicti officij libera dispositio sit reseruata patri.

SVMMARIVM.

Pater non tenetur pro delicto filij condemnati in contumaciam, quando verba statuti, vel obligationis, diriguntur ad delictum, num. 1.

Secus si verba diriguntur ad condemnationem, seu priuationem, & sic ad factum Iudicis, numero 6.

Sententia lata contra vnum, probat etiam contra alium non citatum, licet non probet quo ad effectum facti, num. 2.

Pater, qui se obligauit pro delicto filij, vel acceptauit decretum comminatum super priuatione filij, tenetur etiam de condemnatione filij facta in contumaciam, quia æquiparatur fideiussori de iudicatum soluendo, quicquid sit quando obligatur per statutum.

Pater tenetur pro filio condemnato in contumaciā, etiam vigore statuti quod dirigit verba in delictum, quando filius non condemnatur propter contumaciam, sed contra delictum probatum per veras probationes. num. 4.

Pater non debet citari in processu criminali contra filium contumacem, ne per indirectum admittatur defensor contumacis, præsertim negando delictum, qui directo admitti non potest, numero 5.

Delictum feudatarij non nocet agnatis, & condemnatio principalis propter fracturam pacis, de iure non nocet fideiussori secus post bullas Pij Quarti, & Pij Quinti, num. 7.

Pater vigore statuti tenetur pro condemnatione filij, quando dirigit verba ad condemnationem, vel priuationem, licet statutum non vtatur verbis generalibus, pro omni & quacunque condemnatione, num. 8.

Constitutio Aegidiana requirit, quod constet de delicto filij, & propterea quo ad eam non sufficit sola condemnatio in contumaciam, & ita declaratur decisio Rotæ hic allegata, num. 9.

CONSILIVM CCXV.



1 ILLVSTRISSIME Domine. In hac materia receptissima est distinctio, quod aut vnus tenetur pro delicto alterius, puta, pater pro delicto filij vigore statuti, seu promissionis, & tunc quia verba diriguntur ad delictum sententia lata in contumaciam contra filium

filium, non nocet patri per regulam l. eius qui delatorem, de iure Fisci. aut vero tenetur pro condemnatione filij, & tunc sententia lata etiam in contumaciam contra filium, nocet Patri. quia hoc casu non fuit consideratum delictum, seu factum filij, sed potius factum Iudicis, & sic distinguendo declarat Bart. in l. cum filius familias. 49. in princ. sub n. 3. ff. de verb. oblig. idem Bar. q. 3. Perusinæ ciuitatis statuto in solutione. n. 1. quem sequuntur omnes in d. l. cum filius familias, in princ. & in specie Alex. n. 6. vbi multos concordantes allegat. & Ias. n. 13. vbi testatur de communi. & Soccin. n. 10. vbi pariter de magis cõmuni, & multos pariter citat. Bal. in l. 1. nu. 6. q. 6. C. ne filius pro pat. & vt singulorũ traditiones omittam, de cõmuni testantur vltra Soccin. & Ias. supra citatos, omnes infrascripti, videlicet Felin. in cap. cum Bertoldus. sub n. 22. in fin. de re iudic. Gomes. in tract. de delict. c. 1. col. fin. vers. quarto infertur, &c. Clar. in pract. criminal. q. 86. vers. sed quæro, &c. Bero. cons. 202. sub n. 38. in fin. & seq. lib. 3. vbi benè materiam declarat. Cartar. in tract. de execut. sent. capto bannit. c. 1. n. 298. Bertaz. cons. 83. nu. 13. lib. 1. Caball. resolut. crimin. 250. n. 6. vbi etiam multos concordantes moderniores allegat. Bursat. cons. 169. n. 3. quẽ & alios citat. D. Farinac. de delic. & pœn. q. 24. n. 177.

Nos autem versamur in hoc secundo casu, quia decretum de quo agitur, non dicit quod officium vacet per mortem, vel per delictum, sed priuatione, quæ fit à Iudice, & idem est quod cõdemnatio. Et ideo quicquid aliqui in contrarium dixerint, ista communis opinio in iudicando sequenda est. Alex. cons. 111. n. 3. in fin. vers. & cum sit communis opinio. li. 1. Decian. cons. 31. n. 1. lib. 3. Præsertim cum fulciatur optimis rationibus adductis specialiter per Bar. Alex. Soc. & Ias. in locis supra citatis.

2 Et supradicta, cõprobantur ex alia notissima conclusione, quod † scilicet sententia lata contra vnum, probat etiam contra alium non citatum, quo ad factum ipsum, licet non probet quo ad effectũ facti. vt exempli gratia, ex sententia condemnatoria vel absolutoria, lata cõtra Titium, vel pro Titio, probatur Titium fuisse condemnatũ, vel respectiuè absolutum, vt per Bar. in l. 2. in 1. lectura, n. 12. vbi ponit bonum exemplum ad propositũ nostrũ, & in 2. lectura, n. 20. C. de eden. & ibidem Dec. n. 51. & 52.

Sic ergo in casu nostro, cũ decretum vacationis fuerit appositũ per mortem, vel per priuationem, sufficit quod ista priuatio probetur per sententiã latam cõtra filium, quia quo ad hoc facit fidem contra omnes, sicut in exemplo dato per Bar. loco proximè citato. vbi dicit, quod si fuerint mihi legata centum si Titius obtinuerit in Curia Romana, illa sentẽtia mihi prodest, quia quo ad me, non quæritur nisi quod Titius obtinuerit. sic ergo in casu nostro, sufficit Fisco vel Cameræ probare per huiusmodi sententiam, quod filius fuit priuatus. sicut idem diceremus in casu mortis naturalis per viam iustitiæ. quia ad docendum de morte filij contra Patrem sufficeret existere sententia capitalis lata contra filium, cũ illius executione. nec posset pater opponere, quod ipse in illa condemnatione & executione non fuerit citatus.

Sed quatenus in premissis superesset aliqua difficultas ex contradictione aliquorum, qui ex aduerso citantur, quod non credo, præsertim cum pro fisco adsit communis opinio, cessat prorsus omnis scrupulus. quia hodie non agimus de pœna statuti, in quibus terminis aliqui cõtradicunt, ea ratione, quod pater innitus ab huiusmodi statuto compellitur ad soluendum pro condemnatione filij contra regulas iuris, sed sumus in decreto apposito de consensu patris, & ab illo acceptato. quo 3 casu † cessant huiusmodi obiectus. & omnes admittunt, quod pater tenetur de condemnatione filij facta in contumaciam, quia tunc æquiparatur fideiussori de iudicatum soluẽdo, vt benè in puncto declarat Ias. in d. l. cum filius familias, sub num. 13. vers. sed aduerte, &c. de verb. oblig. & ibidem etiam Soccin. sub eodem n. 10. post medium. vers. sed hic videtur posse responderi, &c. Bal. in l. filiũ familias, post princ. vers. nõ obstat quod pater &c. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. quem refert Felin. in d. c. cum Bertoldus. sub n. 21. vers. considera pro opinione, &c. de re iud.

4 Præterea, etiam † quando statutum vel obligatio patris dirigit verba in delictum, nihilominus omnes admittunt, quod condemnatio filij, etiam in contumaciã, nocet patri, quãdo non est fundata in ficta tantum confessione, quæ resultat ex contumacia, sed ipse filius est conuictus ex veris probationibus. Clar. d. q. 86. vers. sed quæro, &c. & ibidem Baiard. n. 20. & benè declarat Natt. cons. 540. n. 29. allegando glos. in l. 2. in verb. absens. C. de contrar. iudic. tutel. quam ibi Bal. notat pro singulari. alios cõcordantes allegat Caball. resolut. crimin. dicto casu 250. n. 4. Et verè omnes doctores de materia tractantes, communiter loquuntur quando filius condemnatur ex ficta confessione per contumaciam, secus autem quando filius condemnatur propter probatiõnẽ delicti. nec dicũt quod debeat citari pater, sed solũ considerant quod ipse filius cõtumax sit

sit probationibus conuictus. Immo Bar. in d.l. cum filius familias. sub cod. n. 3. post medium. vers. cautius tamen facit, &c. expresse dicit, quod non est de necessitate citare patrem in hoc iudicio, sed est de cõsilio, & ad bene esse.

5 Alias sequeretur absurdũ† quod huiusmodi statutum, & decretum quod est appositũ in odium filij delinquentis, redundaret in maximum eius fauorem, quia eo cõtumace, per indirectũ admitteretur iudicialis defensor pro eo, contra communem consuetudinẽ, & cõtra constitutiones Summorum Pontificum, quicquid sit de iure cõmuni. l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. Clar. in prax. q. 32. & seq. in specie Farinac. in tract. crimin. q. 89 per totũ. & præsertim n. 158. 159. & alijs seq. vbi in pũcto loquitur de patre comparẽte ad defensionẽ filij pro suo interesse, præsertim si velit negare delictum, & assumere defensionem iudicialẽ, vt ibi per eum n. 159. & 161. Et quod directo fieri non potest, non debet etiam fieri per indirectũ. c. cum quid vna via. de reg. iur. in 6. cum vulgaribus.

6 Et ex his † cessant omnia contraria. nã doctores citati ex aduerso in princ. Informationis, omnes loquuntur in terminis statuti dirigentis verba ad delictum, iuxta primum membrum distinctionis factæ supra in princip. nos autem versamur in 2. membro eiusdem distinctionis, vt supra dictum est. Vltra quod etiã si essemus in d. 1. membro, adhuc haberemus intentũ. tum quia sumus in decreto apposito de consensu patris, & per eum acceptato, non autẽ in statuto, tum quia sententia non est fundata in ficta confessione resultante ex contumacia, sed in veris probationibus.

Exempla vero ex aduerso adducta de feudo confiscato, quod† nõ præiudicet agnatis. &
7 de condemnatione propter fracturam pacis, quod non noceat fideiussori non citato, non applicãtur casui nostro, quia nec agnati, nec fideiussores dati pro pace seruanda, possunt dici fideiussores de iudicatum soluẽdo, vt dicitur pater, quãdo vigore statuti vel promissionis tenetur pro filio. vt per Bar. in d.l. cum filius familias. n. 3. in 1. membri distin. de verb. oblig. cum ibi omnes communiter sequũtur, vt dixi supra in prin. Et ista est causa cur ante constitutionẽ Pij IV. & Pij V. pater non condemnabatur ad legitimam, nec fideiussores in pœnam fractæ pacis propter sententiam contumacialem, quia scilicet isti non reputabantur fideiussores de iudicatum soluendo, vt reputatur pater in quæstione nostra.

Non obstat quod aliqui citati per Farinac. d. q. 24. n. 178. dicãt contrarium, quia, vt dixi, communis opinio est, quod pater hoc casu teneatur. & quatenus ibidem citat Bal. in l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtẽper. cõtrarium tenuit ipse met Bal. in l. 1. q. 6. C. ne fil. pro patr. & in specie reprehenditur ab Alex. in d.l. cum filius familias. num. 6.

Vltra quod cessat difficultas, ex quo nos nõ agimus de statuto, sed de decreto à patre acceptato, in quo cessant rationes quę pro contraria opinione allegantur, vt supra dictũ est.

8 Non obstat † quod opinio supra firmata debeat intelligi quando statutũ dicit pro omni, & quacunque condemnatione, quia licet Boss. Clar. & Cartar. vtantur istis verbis vniuersalibus, tamen citant Bar. & alios cõcordãtes in d.l. cum filius familias, qui his verbis generalibus minimè vtuntur, sed simpliciter cõsiderant, quod verba statuti diriguntur ad condemnationem. & ideo isti tres Doctores debent intelligi secundum authoritates quas allegãt, sicut etiam potius debet stari relato, quam referenti. iuribus vulgaribus.

9 Non obstat† denique decisio in Cęsenaten. de Cacciag. coram Litta 2. Feb. 1600. quæ est impressa per eundẽ Farinac. in suo volum. decis. Rotal. decis. 145. quia loquitur in constitutione Aegidiana, cuius vigore debet constare de delicto, nec sufficit sola condemnatio, vt patet ex lectura eiusdem decisionis n. 2. & 3. & ex traditis per Tob. cons. 94. n. 13. & sic nõ facit ad casum nostrũ, in quo verba diriguntur ad priuationem, vt sæpe dictum est. vltra quod in casu nostro, constitit de delicto per veras probationes, & sumus in obligatione patris voluntaria. vt dixi.

Io. Baptista Spada Fisci, & Cameræ Apostolicæ Aduocatus.

Iste articulus fuit disputatus in Rota de ordine Sanctiss. D. N. Pauli Papæ V. quæ visis informationibus hinc inde datis approbauit opinionem suprascriptam, vt in sequẽti decisione, & pater propterea reliquit viam iustitiæ, & se conuertit ad gratiã eiusdem S. D. N. quã obtinuit.

Decisio Rotæ supradicta.

R. P. D. DECANO.

Romana Officij. *Lunæ 18. Iunij 1618.*

SAnctiss. D. N. concessit officium Domino N. cum decreto ad fauorem eius patris, vt posset dictum officium tanquam de proprijs pecunijs emptũ, quandocunq; illi placuerit vendere, & alienare, & de eo disponere nullo oratoris requisito cõsensũ, vel etiam eo cõtradicente, &c. Dummodo tamen officiũ prędictum,

per obitū,vel priuationē dicti Oratoris vacet, & vacare censeatur. Quare cum D. N. fuerit ob prætensum homicidiū condemnatus, & officio priuatus,dubitaui an officium vacet,etiā quod sententia dici possit contumacialis. & Domini articulo maturè discusso, concordi calculo affirmationem sunt amplexi,ex duplici fundamento.

Primo. Quia d. decretū modificatur, si D. N.fuerit officio priuatus; non autē si cōmiserit delictū.quare sententia cōtumacialis, & si nō probet delictū, probat tamen priuationē, cui officiū fuit factū obnoxiū. Alex.in l. sæpè. n.64.de re iud.Rot.decis.14. n.5. part.1. Et ideo est locus d.decreto.maximè cum agatur de materia officiorū, quę est materia stricta, vt probat Capic.dec.77.n.12.& propterea d. decretū debet interpretari,vt iacet,ne alteretur forma concessionis,& pacti. c.vnico. de feud. non habent. propriet. feud. Rolan.con sil. 2. num. 135. volum. 1.

Secundo. Quia pater cōsentiendo d.decreto, ęquiparatur fideiussori iudicatū solui, vt colligitur ex tex.in l.1.C.de decur.li.10.& l. eū filius.in princ.ff.de verb.oblig.l.quoties.ff. ad municip. & dicūt Doctores mox allegādi. talis autē fideiussor subiacere debet obligationi,etiā quod sentētia fuerit cōtumacialis.l.cū querebatur,& l.3.§.si reus.ff.iudic.soluen.ita pater subiacere debet decreto,etiā quod sententia sit cōtumacialis, vt optimè respondet Ias.in l.cū filius fam.49.n.13.vers.sed aduerte.ff.de verb.oblig.Felin.in c.cū Bertoldus. n. 22.vers.cōsidera pro opinione.de re iud. Bal. in l.filius.nu.2. vers. non obstat. ff.de his qui sunt sui,vel alien.iur.Alex.in l.si finita.§.si de vectigalibus.num.51.col.vlt.in princip. ff. de damn. infect.

Nō obstat quod etiā si pater teneatur vigore statuti pro cōdēnatione filij,nulla facta mētione delicti,pater nō tenetur si filius in cōtumaciā fuerit condēnatus,vt est ęquior opinio secundū Fel.in d.c.cū Bertoldus.in fi.n.22.de re iud.Tobias Non. cōs.54.n.10.& 11. Nam omisso quod Bar.quē alij sequūtur, docet contrariū in l.cū filio fam.n.2.ff.de verb.obligat. vbi etiā Alex.n.6.& Socin.senior.n.10.vers.secūdo in quantū,quatenus cōtraria opinio tenēda esset,nō militaret in casu de quo agitur, cùm aliud sit quod quis incidat in obligationē inuitus,cogēte statuto, & aliud quod quis incidat ex cōtractu volēs,& libēs,prout est casus noster.& ideo volēti non est ita succurrēdū,prout illi succurritur qui vigore statuti in uitus obligatur,vt per Bal. Ias.& Felin.in locis pręcitatis. & meritò,cū in hoc casu plus obligatio voluntaria, & pactū, quā statutū operetur.l.fin.§.fi.vbi Bal.n.4.C.de tēp.appell.glos. in c. cū dilectus. in vers. nisi de his.vers.circa istā materiam.de arbitris.vbi Abb.n.16. Butr. in cap. venienti.num.8.in fin.de iureiur. Rol. cons. 29.num 28. in fin. volum.1.

Et ita vt dictum est,causa maturè discussa, & omnibus Dominis votātibus, & cōsentientibus, conclusum fuit, officium vacare.

M. Coccinus Rotæ Decanus.

ARGVMENTVM.

SOCII criminis inculpatio, nunquid faciat indicium ad torturam in crimine Sodomiæ si plures patiatur defectus, licèt in tortura deposuerit. & quid hodie de consuetudine in hoc seruetur. & de inimicorum testimonio plura notanda de quibus in summario.

SVMMARIVM.

Socij criminis inculpatio, in crimine Sodomiæ, facit indicium contra inculpatum, iunctis adminiculis, secus sine adminiculis, n. 1.

Socij criminis inculpatio, non facit adminiculum, quando patitur alios defectus. numero 2. & n. 8. vbi quod isto casu sufficiunt duo defectus.

Socij criminis, vilis, pauperis, abiecti, & minoris, non facit indicium ad torturam. num. 3.

Patientis, & Sodomitati inculpatio, nō facit indiciū ad torturam, quando patitur alios defectus in eius persona, vel dicto. de quibus n. 1. & seqq.

Socij criminis inculpatio, non facit indicium ad torturam, quando in sua depositione est sibi varius, contrarius, aut periurus. numero 5. & seqq. Vbi præsertim quando non fuit tortus ad videndum in quo dicto persistat.

Tortura, vnicum defectum & non plures purgare potest. numero 7.

Testimonium inimici, omni iure repellitur. n.9.

Inimicitia testis, censetur probata ex eo quod ipse testis odio prosequebatur illum contra quem examinatur, numero 10. & 27.

Inimicus testis dicitur, vbi constet de causa inimicitiæ, etiam quod is se amicum profiteatur. n.11.

Inimicus dñi dicitur, famulus ab eo expulsus. n. 12

Inimicitia oritur ex minis de aliquem malè tractando. numero 12. & numero 24. & 25.

Testes inimici expelluntur in criminalibus, etiam quod inimicitia non sit capitalis. num. 13. 18. 24. & seqq. vbi de eadem materia.

Testis vnicus, plenè probat innocentiam, & defensionem rei. n. 14.

Accusare non possunt inimici. n. 15.

Socij criminis dictum, etiam quod plures patiatur defe-

defectus si in tortura deposuerit, nunquid de consuetudine indicium faciat ad torturam. num. 17. 20. & seqq.

Testes inter se varij & contrarij, non dicuntur falsi. num. 19. quod an verum sit. num. 30. & seqq.

Doctori testanti de consuetudine credendum non est. num. 21. Vbi præsertim si non est versatus in loco assertæ consuetudinis.

Stylus legitimo tempore non præscriptus, non suffragatur. num. 22.

Stylus recipiens probationes & decisoria iudicij, formiter probandus est, & non extraiudicialiter. nu. 22. & 23.

Capitalis inimicitia oritur ex iniurijs verbalibus ex parte iniuriatorum. num. 26.

Testes qui negant se inimicos, cum verè sint inimici, non solum non probant, sed puniuntur de falso. num. 28.

Testes qui patiuntur plures defectus, non faciunt, nec probationem, nec indicium, nec præsumptionem. num. 29.

Testis sibi ipsi varius & contrarius, falsus reputatur, & de falso punitur. num. 34.

CONSILIVM CCXVI.

1 LICET primo aspectu videatur D. N. satis ad torturam grauatum ex depositione N. asserti patientis, iunctis illecebris, osculis, & dormitione probatis per duos testes pro Curiæ informatione examinatos & confrontatos, ex communi illa Doctorum distinctione, quod scilicet patientis sodomitati inculpatio iunctis adminiculis, indicium contra inculpatum ad torturam facit, licet secus sine adminiculis, de qua per Marsil. in consil. 28. num. 16. in fine. & seq. Boss. in tit. de indic. num. 160. versic. ita tamen. iuncto num. 166. Honded. consil. 100. num. 16. vers. Vel socius criminis. iuncto num. 3. cum alijs per me relatis in quæst. 43. num. 99. Quibus addo Ludouic. Peguer. decis. crimin. 76. & Petr. Caball. resol. crimin. cas. 84. num. 6. 9. & 10.

2 Re tamen benè discussa, quatuor fundamentis eundem D. N. esse in euidenti absolutionis casu facillimè ex infrascriptis, ni fallor, demonstrari posse crediderim. Et primò quia præmissa conclusio, quod patientis inculpatio iunctis adminiculis indicium faciat ad torturam, declaratur vt non procedat, quando idem assertus patiens vltra crimen quod fatetur, alios patiatur defectus. Vulgaris est declaratio; sed verissima, & communiter recepta in practica ex latè per me allegatis in d. quæst. 43. n. 178. & quæst. 62. n. 381. & seqq. vbi non sine ratione reprobaui Baiard. contrarium de consuetudine atteſtantem, præsertim in Vrbe in qua nunquam fuit, nec Aduocatus, nec Iudex.

3 Defectus autem quos patitur N. erunt in primis eius Vilitas, Paupertas, abiectio, & minoritas, prout in his terminis aduerterunt Marſ. consil. 22. n. 13. & seqq. & cons. 28. n. 19. & seq. Gramm. decis. 40. n. 16. & seqq. Paris. cons. 163. n. 6. lib. 4. Roland. cons. 3. n. 26. & seq. lib. 3.

4 Fatetur insuper ipse N. non semel, sed pluries ab alio N. subagitatum, & etiam cum factura infamiæ suæ maior demonstratio. l. cum vir. C. de adulterijs, & consequenter omni fide se dignum reputat in inculpatione, quam facit de D. N. Marsil. consil. 74. n. 23. & seq. Grammat. cons. 34. num. 9. & cons. 38. num. 9.

5 Et vltra prædictos personæ defectus, adest in eius depositione notabilis variatio, quia in confrontatione cum D. N. interrogatus, vt in substantia recenseat ea quæ aliàs deposuit, affirmat (vt in facto mihi præsupponitur) se deposuisse semel fuisse tentatum, & requisitum ab ipso D. N. domi suæ, & de die, sed recusasse. Nec non etiam asserit se deposuisse, quod semel, dormiens & non sentiens de nocte fuerit à D. N. in apotheca subagitatus, & tamen in suo confessionis constituto, hæc duo particularia non leguntur ab eo confessata, & consequenter, & varius, & falsus deregitur eiusq. propterea inculpatio eò minus afficit D. N. ad tradit. per Natt in cons. 289. num. 7. & per tot. Roland. consil. 16. num. 13. & nu. 18. & seq. lib. 1. Bertazzol. cons. 28. num. 4. cum alij per me relatis in d. q. 43. num. 185.

6 Addo ad aliam notabilem varietatem, quia in eodem Constituto N. pluries in specie interrogatus nunquid vnquam dormierit cum D. N. audacter negauit, & tamen postea fatetur & dormiuisse, & ab eo cognitum fuisse, & cõsequenter periurium incurrit secundum communem, de qua per Bursatt. in cons. 275. n. 5. Socio autem criminis periurio, nec etiam in casibus exceptis creden dum est, nec quo ad torturam, nec quo ad inquirendum. Rolan. cons. 73. num. 6. & seqq. 18. & seq. lib. 1. Vbi quod hæc est indubitata iuris conclusio, & cons. 57. n. 15. lib. 4. Cephal. cons. 204. n. 32. cum alijs per me relatis d. q. 53. n. 180. & seqq.

7 Et iste vltimus defectus eò magis in proposita facti specie attendendus videtur, cum non videam N. tortum fuisse in specie ad videndum in quo dicto persistat. iuxta doctrinam Bald. in l. Presbyteri. num. 2. C. de Episcop. & Cleric. & communem pract. de qua per Clar. in q. 25. vers. Item testis varius. Nec credo isto casu sufficere torturam illatam ad faciem D. N. & ad tollendum ipsius N. maculam. Tortura enim vt omnes admittunt, non plures defectus sed vnum tantum defectum supplere potest, & quod plus est in terminis, quod periurium asserti socij criminis nõ purgetur per fracturam, voluerunt Rol. consil. 16. num. 9. &

 seqq.

seqq.lib.1. Cephal.consil.233. n.6.& 7.lib.2. & Honded. qui de communi restatur in cons. 100. n.29. iuncto.n.38.& seq.lib.1.

8 Stantibus itaque tot, tantisq. defectibus in persona N. & illius dicto, necesse est vt dicamus ex illius inculpatione nullum oriri indicium contra D.N. cum præsertim ad effectum de quo agitur, duos tantum sufficere defectus scripserint.Io. Turrius cons.crim. diuers.81. n.65.lib.4. & Bursatt.consil.239.n.42.Card.Tus.cum alleg.per eum pract. conclus.littera T. concl.218.n. 10. Et hæc sit prima defensio D. N. quæ procedit, & locum habet etiam data veritate adminiculatorum, de quibus testes deponunt.

9 Verum (& nunc transeo ad secundam defensionem) res omni difficultate carere videtur, cum præsuppostita adminicula non probentur, nisi per testes inimicos D. N. inimicorum autem testimonium omnino omni iure repelli probat text. in l. 3. ff. de testibus. in cap. repellantur. extra de accusationibus. cum vulgaribus. Non enim credo reperiri cautelam, nec crimen in quo inimici testimonium, aliquod quamuis minimum faciat indicium.

10 Quod autem testes contra D. N. examinati sint eius inimici, de se ipso fatetur N. in confrontatione facta cum D. *N.* dum inter alia dicit verissimum esse, quod ipse odio prosequebatur N. *perche lui volena male à me, & cercaua farmi il peggio, che poteua*. Ex hac enim *N.* confessione inimicitiam cum Domino N. probari voluerunt. Blanch. de indicijs. num. 107. Gig. de crimin. læsæ maiestaris. lib. 2. rubr. quomodo, & per quos crimen læsæ maiestatis probetur. quæst.2.num.30. Decian.in tract.crim.lib.3. cap.25.num.78. cum alijs per me relatis in tract. de testibus.quæst.53.num.30.

11 Nec refert quod idem *N.* subdat se non fuisse, nec esse inimicum D.*N.* Hæc enim sua assertio est contraria veritati, nec inimicitiam tollit. Gig. vbi supra d.quæst.2.num.33.Decian.d.cap.25.num. 21.Vulpell.consil.14.num.10.& cons.26.num.2. Auton. Gomez. de delictis cap.12. rubr. de probatione delictorum.num.14.'ad med.vers. Et adde valdè notabiliter. alios retuli in d. quæst.53. num. 22.

12 Sed quod tam *N.* quàm *N.* sint inimici D. *N.* creditur concludentissimè probatum per quatuor testes defensiuos, inter alia deponentes quod ex quo D. N. eos expellere volebat à seruitio apothecæ, & propter ipsum malè tractare minabantur, ex expulsione autem famuli à seruitio cui præest, inimicitiam oriri dixit Bald. in l. Lucius Titius testamento.§.Lucius.ff.de leg.2. Blanc.de indic. num.100. Bertazzol. consil.283. num.10. sic & ex minis de aliquem malè tractando oriri contra minantem inimicitiæ probationem, scripserunt. post Glos. in l.licet verbo capitales. ff. de receptis arbitris.Blanc.de indic. num.105.Plach. in epitom. delict. lib.1.cap.28.num.19.vers.Et ab eadem radice.Roland.cons.63.nu.32.lib.2. alios retuli in quæst.49.num.87.

13 Et licet ex præmissis non solum inimicitia, sed illa quidem capitalis probata credatur, adhuc tamen subdere placuit, quod in criminalibus ad effectum repellendi testes, sufficit inimicitia etiam non capitalis. Grammat. decis.34.nu.28.Baiard. ad Clar. in quæst.24. num.23. & dixi in tract. de testibus d.quæst.53.nu.53.Remanet ergo ex præallegatis inculpatio N. pluribus defectibus compressa; testium autem depositio capitali inimicitia prorsus sublata.

14 Tertia, & ex abundanti D. *N.* defensio erit, quia ex depositione N. testis defensiui, ipsius innocentia, & negatiua videtur probata, dicit enim N. testis Curiæ in substantia, quod N. semper dormiuit vnà cum ipso, & in eius Camera, exceptis decem, aut duodecim noctibus, in quibus dormiuit cum *N.* & tamen *N.* testis deponit, quod decem, aut duodecim noctibus *N.* dormiuit vnà cum ipso teste cum N. & *N.* in Camera ipsius *N.* Ergo falsum est, quod d. *N.* in dictis decem, aut duodecim noctibus dormiuerit cum N. Et hic intrat conclusio, quod vnus testis plenè probat rei innocentiam, & defensionem. Aym. consil.2. num.10. Honded. consil.112. num.27. lib. 1. Mascard. de probationib. lib. 1. conclus. 491. numero 17. & 18. & libro 2. conclus. 904. num. 10.

15 Quarta, & vltima defensio erit, & etiam ex abundanti dicta, quod iste processus non videtur habuisse bonum principium. Ortum enim habuit à querela N. patris *N.* qui vt eidem Curiæ notum esse mihi præsupponitur, fuit in contumaciam ad triremes condemnatus ad instigationem D. *N.* & sic ad accusandum fuit receptus pater inimici ipsius D. *N.* contra tex. in cap. repellantur, in cap. meminimus, & in cap. cum oporteat. extra. de accusationib. Nec iuuat accusatorem dicere, prout dixit, quod prosequitur suam iniuriam, dum dicit, *attribuendo il tutto à mia infamia mentre il detto mio Garzone stà meco*. Hæc enim excusatio vltra quod in iure non subsistat, veritas mihi præsupponitur, quod eo tempore N. iam ex illa apotheca erat expulsus.

16 Potuissem certè ad defensionem D. *N.* plura alia in medium afferre, & præsertim contra testium depositiones, verum senectus, corporis imbecillitas, & infirmitas, ab vlteriori labore me excusabunt. Supplebunt autem alij scribentes, & viribus, & iugenio me fortiores.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In

In eadem causa secundum responsum.

17 TRes vt audio aduersus aliàs per me scripta pro D. N. excitantur dubitationes, quarum Prima est, quod quicquid sit de iure; hodie in Tribunali Illustrissimi D. Gubernatoris Vrbis notorius allegatur stylus, quod socij criminis dictum, etiam quod is plures patiatur defectus, si in tortura deposuerit indicium faciat ad torturam, quod & idem vt pariter dixi de eadem consuetudine simpliciter testatur Baiard. ad Clat. q. 24. n. 128. in fine.

18 Secunda quod N. & N. pro Curiæ informatione examinati, non sunt capitales inimici D. N. & quod ideò non repellantur in totum, licet de eius fide diminuatur arbitrio iudicis.

19 Tertia, quod testes prædicti licet in aliquibus sint sibi ipsis, & inter se varij, & contrarij, non tamen per hoc falsi reputari debeant; sed vt supra illis aliquantulum diminuta fide pariter standum sit eiusdem iudicis arbitrio.

20 Ad primam dubitationem omissa discussione, cui magis credendum sit de consuetudine testanti an Baiardo, an verò potius mihi, qui Baiardi attestationem reprobaui, & de contraria bonorum iudicum consuetudine in Vrbe vbi hodie agitur causa, pro veritate testimonium feci in mea practica criminali quæst. 43. n. 178. in fin. & in tract. de testibus quæst. 62. sub n. 382. Quod vtique vniuscuiusque boni tamen viri arbitrio relinquo. Et dato millies, quod mihi nullo pacto credendum sit, adhuc respondeo, quod cum pro mea conclusione habeam iuris assistentiam fundatam in communi omnium Doctorum (nemine contradicente) sententia, quibus addo etiã Card. Tusc. (qui & ipse fuit vigilantissimus Vrbis Gubernator) cum allegatis per eum pract. conclus. in verbo testis socius criminosus concl. 217. n. 14. & n. 33. & n. 58. & n. 65. & concl. 18. n. 11. & n. 10. & num. 16. & num. 19. & seqq. & conclus. 332. num. 16. 17. & 20.

21 Baiardo de contraria consuetudine testanti, & præsertim in Vrbe (licèt de Vrbe specialiter non loquatur) nihil prorsus credendum est. Tum quia secundum veriorem, & à Rota probatam sententiam, vnico Doctori sic de consuetudine testanti minimè credendum est. Mohedan. decis. 2. & 3. rubr. de consuetudine. Cardin. Seraphin. decis. 1349. num. 5. par. 2. vbi quod ita seruat Rota. Honded. cons. 110. num. 19. lib. 1. Vbi testatur de * magis communi Doctorum opinione, & in Rota Romana approbata. Virgil. Boccac. in Constitut. Marchiæ. glos. 5. num. 25. in fine. vbi pariter testa- * tur de magis communi, & quod ita seruatur in Curia Romana, & in Rota. Tum etiam, quia cum idem Baiardus Romæ nunquam fuerit aduocatus, aut iudex, imò nec vnquam in ea domicilium habuerit; de hac Vrbis consuetudine testari non potest. Roland. cons. 94. nu. 22. lib. 4. Hippol. Rimin. cons. 245. num. 41. & seqq. lib. 3. Bursatt. cons. 43. num. 54. lib. 1. Honded. d. cons. 110. nu. 19. & 20.

22 Quod si forsan mihi dixeris, hanc consuetudinem, seu stylum in Tribunali Illustrissimi D. Gubernatoris Vrbis hodie esse notorium, & quod propterea iudex extraiudicialiter de ea à Notarijs se informare potest, ac etiam ipsemet fidem facere. Respondetur primò, quod cum iste prætensus stylus, seu consuetudo, sit vt prædixi contra iuris assistentiam, non sufficit probare quod hodie sic in illo Tribunali seruetur de stylo, nisi etiam probetur eundem stylum legitimo tempore fuisse præscriptum. Mohed. decis. 2. aliàs 209. rubr. de consuetudine, vbi quod requiritur imme- * morabilis, & alijs relatis testatur de communi Rota diuers. par. 3. decis. 109. n. 1. vbi requiritur tempus 40. annorum. Rot. Lucen. decis. 36. n. 17. & nu. 23. Card. Seraph. decis. 206. n. 3. par. 1.

23 Respondetur secundo, quod cum iste prætensus stylus respiciat delicti probationes, & ob id etiam torturam reo inferendam, & consequenter non ordinatorius, sed decisorius reputetur, hoc ideò non extraiudicialiter, sed formaliter, & parte citata probandus est. decis. Pedemont. 22. n. 4. Mascat. de probationibus. lib. 2. concl. 949. n. 17. Vbi propterea dixit, non credi assertioni iudicis super stylo, & consuetudine. post Bar. Alex. Dec. Marsil. & alios ibi per eum allegatos, et in Vrbe habemus statutum clarum.

24 Et hæc quo ad primam dubitationem, quod verò attinet ad secũdam, quod scilicèt testes Curiæ non sint capitales inimici D. N. et quod propterea si non plenè probent, aliquem tamen probationis gradum faciant iudicis arbitrio, nã quod imò testes prędicti eiusdẽ D. N. capitales sint inimici. Probatur primò ex depositionibus N. et N. testium ad defensam examinatorum, et deponentium, quod cum N. et N. sciuissent, quod N. volebat eos expellere à domo, cõtra eius personam et vitam acriter minati fuerant. ex quibus minis capitalem oriri inimicitiam voluit originaliter glos. in l. licet in verbo capitales. ff. de arbitr. cum alijs alias per me allegatis. Quibus addo, quod capitalis oritur inimicitia non solum ex minis de auferendo vitam alicui, sed etiam ex quibdscunque minis grauibus de inferendo iniuriam, ex qua illata capitalis oriretur inimicitia, vt videre est apud Alberic. in authen. si testis. nu. 3. vers. Item minor graues. C. de testib. Socin. in c. repellantur. n. 14. vers. Secundò propter probationem inimicitiarum. Marsil. cons. 3. n. 12. Petr. à Placa in epitom. delictorum. lib. 1. c. 28. nu. 18. in fin. vers. Ab eadem radice. Decian. in tract. crim. lib. 3. c. 25. n. 77. qui benè loquitur in hac materia.

25 *Nec* obstet, quod minæ prædictæ sint conditionales, in casu scilicet expulsionis ab aromataria, & sic non purificata conditione non videantur producere inimicitiam. nam ad effectum de quo agitur, satis est prout dicunt testes defensiui, quod N. & N. erant certificati, quod D. N. eos ex apotheca expellere resolutus erat, prout iam illos expulisset nisi carceratus fuisset. & sic euidenter apparet, quod prædicti N. & N. contra ipsum deposuerunt ad effugiendum expulsionem à seruitio aromatariæ.

26 Probatur secundo capitalis inimicitia ex depositione eiusdem *N.* dicentis, quod N. in apotheca minabatur contra prædictos testes Curiæ illis dicendo *Furbi*, *Spioni*, *che mangiauano il Pane à tradimento* ex quibus verbalibus iniurijs, & capitalem oriri inimicitiam ex parte iniuriatorum dubitandum non est. Marsil. in l. 1. §. præterea. n. 57. vers. item oritur etiã capitalis inimicitia ex verbis iniuriatis. ff. de quæst. vbi testatur ita aliàs apud eum iudicatũ fuisse in causa satis vrgenti. Blanc. de indic. n. 104. Foller. in pract. crim. in verbo recipiantur defensiones. n. 2. in princ. cum alijs per me allegatis in q. 49. n. 38. & seq.

27 Tertio eadem capitalis inimicitia probatur saltim ex depositione *N.* testis defensiui dicentis, quod N. & N. maximo odio prosequebantur D. N. & quod ita ex eorundem ore proprio audiuit. Qui autem dicit simpliciter se alium non diligere, & odio illum habere, facit se eius quem odio habet, inimicum licet non capitalem, vt aliàs probaui. sed quando dicit maximo odio aliquẽ prosequi, tunc pariter dicit se illius capitalem inimicum. confundunt enim in hac materia Doctores grauem, & magnam inimicitiam, cum inimicitia capitali, nedum cum maxima inimicitia, vt videre est apud relatos per me in pract. crimin. q. 49. nu. 10. Et hæc sit prima responsio ad hanc secundam dubitationem.

28 Respondetur secundo, quod etiam dato quod nõ probetur capitalis inimicitia inter D. N. etiam testes Curiæ adhuc eorum depositiones, nec probationem, nec indicium, nec adminiculum faciunt, sed eorum fides prorsus, & omninò prosternitur, cum negauerint se inimicos D. *N.* & tamen illius inimici comperti sunt secundum Bald. in l. si ex falsis. num. 15. vers. Aut est qualificatiuum, & ibi etiam Salycet. n. 14. in princ. vers. Et tunc aut illud super quo falsum dixit, & d. n. 14. in fine. vers. & tunc aut de qualificantibus eius fidem. C. de trãsactionibus. Francis. Curt. in tract. de testibus. cap. 7. num. 16. cum alijs per me relatis, in quæst. 67. n. 126. & seqq. Vbi amplius probaui, huiusmodi testes non solum nullum facere probationis gradum, sed etiam puniendos esse pœna extraordinaria.

29 Augeatur præmissa, quia testes prædicti vltra alios quos patiuntur defectus, sunt etiam sibi ipsis, & inter se ipsos varij, & contrarij, vt mox dicã in tertia dubitatione, & sic patiũtur defectus non solum in persona, sed etiam in dictis. quo casu nec probationem, nec indicium, nec præsumptionem faciunt, secundum communes sententias Doctorum, quos retuli in tract. de testibus q. 62. n. 81. & seq. qui loquuntur etiam quod eorum depositio emanauerit in tortura. quibus addo Card. Tusc. latè etiam hanc conclusionem comprobantem in verbo testes concl. 18. per tot. & præcipuè. n. 15. Nec isto casu obstabit attestatio Baiardi, de qua supra, cum ex præallegatis, tum etiam quia Baiardus loquitur quando testes perstiterunt in eorum dicto cum tortura, quæ in casu nostro minimè testibus illata fuit.

30 Ad tertiam dubitationem de testibus Curiæ, quod non sint falsi, sed varij, & contrarij, & quod propterea aliquem faciant probationis gradũ iudicis arbitrio, vt benè in facto deducitur sunt sibi ipsis, & inter se non solum varij, & contrarij, sed etiam apertè falsi, & de falsitate conuicti, & præsertim N. qui audacter deponit, quod ex apotheca videbat N. ingredientem Cameram D. *N.* & in hoc conuincitur de falso ex depositione *N.* & *N.* dicentium impossibile esse, quod ex dicta apotheca videatur ingrediens in dictam Cameram.

31 Sic & idem *N.* & N. audacter deponunt, *che dal Bancone della casa, nell'andito* videbant N. ingredientem in Cameram D. N. & in hoc pariter conuincuntur de falso ex depositione *N.* & N. Architectorum dicentium, *dal detto Bancone, & andito*, impossibile esse videre aliquem ingredientem in eandem Cameram.

32 Et rursus prædicti *N.* & *N.* deponunt esse impossibile, quod N. quadam nocte ex apotheca discederet, attentò quod N. illam clauserat cum claue, quam tenebat in saccula, & tamen etiam in hoc de falsò conuincuntur, ex depositionibus prædictorum N. & N.

33 Et demum idem *N.* audacter deponit, quod D. *N.* dum stabat in mensa comedendo, cum ipso *N.* & *N.* eos inuitauit ad dormiendum secum, & etiam blandiebatur, & visum tangebat ipsius N. & tamen pariter de hoc est conuictus ex depositione *N.* Magistri aliàs pro Curiæ informatione examinati, & concludenter super prædictis verbis, & actibus de negatiua deponentibus. *N*on est igitur elaborandum in iure nunquid testes varij, & contrarij dicantur falsi, vt in vltima dubitatione, postquam in facto de istorum testium falsitate euidentissimè constat, & eorum falsitate probata quod aliquem probationis gradum faciant, vt ex aduerso prætenditur absurdum satis videtur.

34 Et nihilominus quod testis sibi ipsi varius, & con-

contrarius falsus reputetur, & de falso puniatur, sunt iura aperta in l. qui falsò, vel variè, ff. de testibus in cap. qui falso. 4. quæst. 3. in l. eos. ff. de falsis. cum alijs per me relatis in quæst. 66. num. 56. sic & testes dictos inuicem contrarios si non puniendos, de falso tamen inquiri posse, & carcerari, & etiam torqueri scripserunt Boss. in tit. de tortura testium. num. 35. in fine. & in tit. de oppositio. contra testes. num. 16. in princ. & in fin. & in vers. possunt tamen torqueri, & in vers. non certum est, & nu. 17. Clar. in §. falsum. vers. coniuncitur etiam ad finem, & extat Vrbis statutum. lib. 2. cap. 47.

35 Quare si testes sibi ipsis, & inter se varij, & contrarij possunt de falso inquiri, carcerari, torqueri, & etiam puniri, nescio quidem videre quomodo indicium, præsumptionem, seu adminiculum faciant.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

APPELLATIO in criminalibus an suspendat exequutionem sententiæ condemnatoriæ? Quando præsertim agitur de damno irreparabili, & pœna irretractabili.

SVMMARIVM.

Appellatio aut extinguit sententiam, aut saltim illius exequutionem suspendit, num. 1.

Appellatio reducit condemnatum ad illum statum, in quo erat ante sententiam, & tempore contestatæ litis, num. 2.

Appellatio impedit exequutionem sententiæ, quando agitur de damno irreparabili, & pœna irretractabili, num. 3. & num. 14.

Appellatio datur etiam in criminalibus, sententiaq. exequutionem impedit, etiam quod appellatio sit iniusta, num. 4. 5. & 6. & num. 8.

Appellatio suspendit sententiam depositionis, num. 5. & num. 9. in fine. & seqq.

Appellatio suspendit sententiam, quando Iudex à quo illam admisit, num. 9.

Stylus non vniformis nihil probat, num. 11.

Stylus contra ius non suffragatur, nisi sit præscriptus spatio 40. annorum, num. 12.

Stylus strictè interpretandus est, nec extendendus de loco ad locum, aut de persona ad personam, num. 13.

Peritorum consilium excusat ab omni dolo, numero 15.

Superioris præsentia & auctoritas, excusat ab omni pœna, num. 16.

Dolus excluditur ex superioris obedientia, num. 17.

CONSILIVM CCXVII.



1 PROPOSITVM dubium, nunquid scilicet Canonici debeant arceri à Capitulo, & illius ingressu, voceq. actiua & passiua per annum remoueri suspensi, iuxta formam sententiæ contra eos latæ, obstante appellatione à prædicta sententia, interposita appellationis causa coram Illustriss. Domino A. C. pendente. Negatiuè resoluendum esse suadet in primis vulgaris illa & certissima conclusio, quod scilicet appellatio aut extinguit sententiam, iuxta tex. in l. 1. in fin. ff. ad Turpilian. aut saltim illius exequutionem suspendit. cap. venientes. extra. de iureiur. cap. 1. de re iud. præsertim quoad futura; secundum communem, de qua alijs relatis testatur Lancell. de attent. c. 12. in præfat. num. 114.

2 Non debent ergo præfati Canonici pendente appellationis causa prædicta, arceri ab ingressu Capituli, & voce actiua & passiua sicut condemnati sunt, postquam condemnatio aut fuit extincta, aut saltim suspensa per appellationem, quæ reducit condemnatum ad illum statum, in quo erat ante sententiam, & tempore contestatæ litis. l. 1. ff. nil nou. appell. penden. l. sciendum. ff. de appellation. & l. appellatione. C. eodem. cum alijs per Lancellott. vbi supra num. 79. & seqq. iuncto num. 119.

3 Quæ omnia quatenus aliquam reciperent dubitationem, prout clarissima sunt, adhuc tamen in casu de quo agitur, res est indubitata, cum si pendente appellationis causa Canonici remanerent super annum priuati voce actiua & passiua, iuxta formam sententiæ contra eos latæ, sequeretur absurdum, quod reuocata prima sententia ipsi passi fuissent irreparabile damnum, irretractabilemq. pœnam. Quo casu nedum appellatio, sed etiam nullitas, etiam requirens altiorem indaginem, exequutionem impedit, sicut post Ias. & Boss. in locis per eos relatis testatur Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 94. num. 10. vers. sciàs autem. cum alijs per Lancell. de attent. cap. 17. nu. 95. & seqq. Menoch. ad l. fin. num. 886. & seqq. C. de edict. diui Adr. tollen. Contard. in l. 1. C. de moment. poss. limit. 7. num. 6.

4 Et si aliter diceremus, esset vtique inuēta fraus dandi exequutionem sentētijs criminalibus condemnatorijs, appellatione non obstante. quod omnino à iure prohibitum est, cum & in criminalibus non solum appellatio admittatur, ad tex. in l. & in maioribus. C. de appell. in l. litigationibus. C. eodem. sed etiam ea pendente nihil innouandum est, nec ad sententiæ exequutionem deueniri potest. Guidop. de appellationib. quæst. 120. post princip. & col. 5. vers. item sicut in ciuili.

uili. Franc. in cap. cum sit. §. præterea. in 1. notab. de appell. cum alijs per Lancellot. d. cap. 12. ampliat. 4. nu. 1. & seq. vbi nu. 10. ampliat, etiam quod appellatio esset iniusta, & limitat. 6. num. 23. & limit. 43. num. 9. Baiard. ad Clar. quæst. 94. num. 26.

5 Comprobantur præmissa ex traditis per Franc. in cap. sæpe. num. 35. & seq. de appell. vbi dixit, Canonicum per sententiam irrogantem infamiam depositum, posse pendente appellatione, eligere, ac testimonium ferre. Et de Episcopo, seu alio deposito pendente appellatione, & depositionis sententia, quod interim possit depositus suum officium exercere, sicut ante sententiam exercebat, voluerunt Abb. in cap. 2. num. 6. vt lit. pendente. late Dec. consi. 214. in causa cathedral. cum alijs per Lancellot. dicto cap. 12. in præfatione num. 84.

6 Non obstat si dicatur, prout dici audio, quod in criminalibus, sententiæ exequutio non suspendatur. Hæc enim propositio nullo iure, nullaque ratione fulcita est, contrarium in practica seruatur, & ex præallegatis illam sic simpliciter dictam falsam esse dignoscitur.

7 Quod autem Canonici sint personæ discolæ, & quod propterea si ad accessum Capituli admittuntur, facilè erit quod ecclesiam perdant, vltra quod negatur assumptum, & hoc sit de quo quæritur, vellem scire quod si Episcopus eos pro talibus habuit, cur nonnisi per annum à Capituli ingressu arcendos mandauit? nisi forsan veritas sit (prout in facto deducitur) satis interesse Episcopi, pro litibus inter eum & Capitulum vertentibus hos Canonicos in Capitulo non interuenire, ecclesiæq. administrationem penes illos paucos eius confidentes remanere, & huic inconuenienti Iudex omnino attendere & prouidere debet.

In eadem.

8 Reuerendi admodum Canonici Valentini pro signatione Commissionis pro eorum parte porrectæ, habent intentionem fundatam de iure communi, secundum quod in criminalibus non solum appellare licet. l. & in maioribus. & l. litigatoribus. C. de appellationib. sed etiam appellatio effectum suspensiuum operatur. Guidop. in tract. de appellat. quæst. 120. post prin. & col. 5. vers. item sicut in ciuili. Franch. in cap. cum sit. §. præterea. in 1. notab. de appellat. cum alijs per Lancellot. de attent. cap. 12. ampliat. 4. num. 1. & seq. & limitat. 6. num. 23. Baiard. ad Clar. quæst. 94. num. 26.

9 Procedit autem præmissa conclusio etiã, quod appellatio esset iniusta. Lancell. d. c. 12. eadem ampliat. 4. num. 10. ergo multo magis in casu nostro, in quo fuit iusta reputata, & propterea admissa non solum à Iudice ad quem, sed etiam à Iudice à quo, qui appellationi detulit. & sic eo magis deuolutiuum effectum operari debet, prout in criminalibus scripserunt Aug. & Ang. de malefic. præsente dicto Caio, post num. 21. Carer. in pract. crimin. in tract. de appell. §. vltimus casus est. num. 2. Ant. Gomez. de delict. cap. 13. rubr. de tortura reorum. num. 32. Et in specie quod in criminalibus appellatio suspendat pœnam infamiæ, seu depositionis, non suspensionis, scripserunt Abb. in cap. 2. num. 6. vt lit. pend. Franch. in cap. sæpe. num. 35. & seq. de appell. Dec. consi. 214. in causa cathedrali. Lancellot. dicto cap. 12. in præfation. num. 84.

10 Quibus sic de iure stantibus non obstat in contrarium allegata Signaturæ consuetudo, seu stylus ex aduerso exhibeantur duæ commissiones, in quarum vna fuit rescriptum seruata suspensione, & in alia seruato exilio, & in ambabus causa fuit commissa Illustrissimo Hispaniæ Nuncio. Huic enim obiectioni, in quo tota vis propositæ dubitationis consistere videtur.

11 Respondetur primò de recentiori stylo, & consuetudine Signaturę fuisse exhibitas Reuerendiss. Domino Ponenti tres Commissiones, vnam exilij, aliam relegationis, & alteram triremium, in quibus appellationes interpositæ extra Statum ecclesiasticum fuerunt ab eadem Signatura admissæ, & earum causæ commissæ cum retardatione & suspensione exequutionis. & sic, cum stylus seu consuetudo non sit vniformis, non potest in ea aliquod fieri fundamentum. Aym. consi. 96. nu. 5. Dec. consi. 11. num. 12. Rota diuers. decis. 438. num. 3. part. 1. & decis. 72. num. 28. par. 2.

12 Respondetur secundo, quod cum iste stylus, seu prætensa consuetudo sit contra ius, debet esse præscriptus & non minori spatio 40. annorum. Rot. diuers. 1009. nu. 1. part. 3. Balb. de prescript. in 5. part. quintæ partis principalis, quæst. 12. vbi de communi. refert eum Villalob. in commun. opin. littera P. num. 251. vltra quod requiritur etiam contradictio in iudicio, ad scripta per Iac. Portium Imolen. consi. 96. num. 17. in fin.

13 Respondetur tertio, quod ad hoc vt stylus, seu consuetudo locum habeat, debet probari in specie tam respectu loci quàm respectu personarum, & aliarum circumstantiarum, de quibus particulariter agitur. Non enim fit extensio in materia styli, seu consuetudinis, quæ strictè interpretanda est, de loco ad locum, de persona ad personam, ac de casu ad casum. Rota diuers. decis. 172. num. 2. part. 1. & decis. 799. nu. 3. eadem part. 1. Natt. consi. 175. num. 15. & seqq. Roland. consi. 69. num. 24. & seqq. lib. 3. Decian. consi. 109. nu. 52. lib. 2. & ideo cum commissiones ab aduersarijs datæ non verificentur in specie in appellationibus inter-

ter-

terpositis à Iudicibus Valentiæ, nec in casu in quo Iudices appellationi detulerunt, prout in casu nostro agitur, illis quoquomodo suffragari nequeunt.

14 Respondetur quarto, & hoc ni fallor, omnem tollit difficultatem, quod hic non agitur de exilio, reclusione, seu priuatione ab ingressu Capituli in perpetuum, vel ad longum tempus, quo casu harum pœnarum damnum est reparabile per appellationem, sed sumus in exilio, reclusione, seu priuatione vocis ad breue tẽpus, vt puta per annum, & sic in pœnis non reparabilibus per appellationem. cum certum sit, quod antequam appellationis causa terminetur, non vnus sed plures anni lapsi erunt, & sic in casu innocentiæ & absolutionis, pœnæ iniustæ sententiæ locum habituræ sunt. Quare intrat conclusio, quod vbi aliàs appellatio non admitteretur, ad effectum suspensiuum esset vtique admittenda, vbi agitur de damno irreparabili, & irretractabili, sicut post Ias. & Boss. in locis per eum relatis, voluit Clar. in pract. §. final. quæst. 94. num. 10. vers. scias autem. cum alijs per Lancel. de attent. cap. 17. nu. 95. & seqq. & per Menoch. ad l. fin. num. 886. & seqq. C. de edict. diu. Adrian. tollen. & per Contard. in l. 1. C. de moment. possess. limit. 7. num. 60.

15 Non est omittendum malum principium causę criminalis intentatæ contra dictos Canonicos (nempe pro non delicto) eo quod mandauerint contra formam decreti Reuerendiss. Domini Archiepiscopi, & illius iurisdictionem turbando, interdictum contra eos latum per paucas horas seruari in ecclesia, & tamen certum est id ab eis ordinarum fuisse non solum ex iusta credulitate, sed etiam ex peritorum consilio. quod eos ab omni dolo & pœna excusat. Alex. in l. 2. nu. 9. post Salycet. quem allegat, & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georgio, sub num. 6. in 2. lect. Ias. num. 4. in 2. limitat. & Dec. num. 13. ad med. vers. eodem modo. ff. quod quisque iuris. Paris. de Put. de sindicat. in verbo, consilio. cap. 2. post num. 1. & cap. 5. num. 2. Boss. in tit. de officiali corrupto. num. 27. qui omnes & quod plus est, loquuntur in Iudice, & sic in Doctore errante in consilio peritorum, ergo multo magis in non Doctoribus, qui ne errarent, peritorum consilium exquisiuerunt.

16 Quod si sic peritorum consiliũ sequendo Domini Canonici deliquerunt (prout vere non deliquerunt) id omne non eorum, sed Vicarij Reuerendiss. Domini Archiepiscopi, in cuius præsentia, & de cuius consensu omnia gesta fuerunt culpæ imputandum est. In tantum quod ijdem Domini Canonici excusandi veniunt, non solum ex prædicto peritorum consilio, sed etiam ex eorum superioris præsentia, auctoritate, & consensu. l. non videtur. §. qui iussu iudicis. ff. de reg. iur. c. quod quis. eodem tit. in 6. & vtrobique communiter Doct. Tiraquell. de pœn. temperan. caus. 34. num. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 354. nu. 26. & seqq. Decian. in tractat. crimin. lib. 9. cap. 32. num. 4.

17 Et quod in Dominis Canonicis omnis abfuerit dolus, dum sic in ecclesia interdictum seruari mandauerint, apparet euidenter ex eo, quod ipsis intimata declaratione Reuerendissimi Domini Archiepiscopi, quod non intendebat ecclesiam esse interdictam, statim & sine vlla mora ecclesiæ fores aperiri, & in illis diuina celebrari iusserunt. Hæc enim subitanea, & spontanea superiori obedientia præstita omnem excludit dolum, ad tradita per Dyn. in cap. quod quis. in fin. de reg. iur. in 6. Alberic. in l. dolum. nu. 4. vers. item si maioris præcepto. C. de dolo. cum alijs per Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 9. & tamen, vt in informatione facti bene deducitur pro non delicto passi sunt pœnas, & damna ascendentia ad quam maximam pecuniarum summam.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

MATRIMONIVM in impubertate contractum, an & quando reconualescat propter consensum coniugum? Qualis debeat esse iste consensus? An sufficiat tacitus? Ex quibus idem consensus colligatur? Et an ex cohabitatione, copula non sequuta? Et an vxor separata à viro propter eius impotentiam, sit eidem viro restituenda si ab alio viro cognita fuerit?

SVMMARIVM.

Matrimonium contractum in impubertate ante annum duodecimum completum, nullum & inualidum est, num. 1.

Matrimonium ab initio nullum, tractu temporis non conualescit, num. 2.

Matrimonium, si fuerit nullum propter minorem ætatem, adueniente pubertate, non censetur ratificatum per cohabitationem vxoris cum viro, non sequuta copula carnali propter impotentiam, num. 3. & seqq. Vbi proponuntur contraria, & illis respondetur.

Matrimonium ab initio nullum, numquid censeatur ratificatum per subsequentem tacitum consensum, num. 4. & seqq.

Matrimonium, seu sponsalia contractum inter infantes, adueniente legitima ætate, nunquid conualescat per mutuam cohabitationem absque carnali copula, num. 5. & seqq.

Sponsalia nunquid transeant in matrimonium per signa

gna taciti consensus, copula non sequuta, num.6.

Matrimonij separatio potest peti propter impotentiam coniugis, num.7.

Mulier non dicitur impotens, si ab alio quàm à viro cognita fuit, quia vni cognoscibilis, omnibus cognoscibilis reputatur, nec arcta dici potest, num.8. Declara vt num.9.

Matrimonium, vbi fuit separatum propter impotentiam mulieris, nunquid sit restituenda viro si ab alio fuit cognita, & desflorata, nu.8. & seqq.

Matrimonium nullum propter minorem ætatem non conualescit adueniente pubertatis sola proximitate, nisi etiam adsit potentia carnalis copula, num.10.

Matrimonium nunquid separetur ex verisimilibus indignationibus, & timore mali exitus, & discordia, num.11.

Matrimonium intra pubertatem contractum, resoluitur in sponsalia de futuro, num.11.

Sponsalia de futuro non transeunt in matrimonium, nisi superueniat consensus, expressus vel tacitus sequuta copula, num.11.

Sponsalia nunquid transeant in matrimonium per traductionem sponsæ ad domum viri, non sequuta copula, num.11. in fin. & seqq.

Matrimonium non concluditur per cohabitationem, amplexus, oscula, & similia, magis quàm per ipsa sponsalia, num.13.

Euidenter constare dicitur, quod patet ex coniecturis a lege approbatis, num.14.

Fictio non habet locum in matrimonio ad præsumendum consensum, nisi in casibus à iure expressis, num.14.

Matrimonium in impubertate contractum, non conualidatur per traditionem anuli, traductionem ad domum non sequuta copula, etiamsi malitia suppleret ætatem, num.15.

CONSILIVM CCXVIII.



1 NON videtur compellenda D. *N.* ad redeundum ad N. à quo fuit per sententiam iudicio Ecclesiæ separata. Nam cum tempore contracti matrimonij ipsa esset impubes, nec dum compleuisset duodecimum annum, matrimonium ex defectu ætatis nullum fuit, cap. 2. cum glos. 2. & 3. vbi Abb.num.5.cap.continebatur. cap.fin. vbi etiam glos.in verbo, *N*ubilis. de sponsimpub. cap.vnico.§.idem quoque.eod.tit.in 6.l.minorem.ff.de rit.nupt.Hostien.in summ.de frig.& malefic. §.1. in princ. Dyn.in cap.non firmatur. in princ. de reg.iur.in 6. Socin.cons.193. num.3. lib. 2. Rot. decis. 1.de desponsimpub.in nou. Couar.in epit. in 4. lib.Decretal.pat.2.cap.5.in princ.nu.2.cum seq. Ideoque facta pubes, non cogitur matrimonium perficere, sed potest ab eo resilire, & aliud contrahere, etiam non subsistente aliqua causa. cap. attestationes. & ibi Abb. num. 5. cap. de illis.1. §. si verò.& cap.à nobis.eod. tit.de desponsat.impub. Corn.cons.116.col.1. vers. & quando contrahit. vol.3.

2 Neque ex solo tractu temporis conualescit matrimonium ab initio nullum, sed nouo subsequenti consensu opus est ad illud firmandum. glos. in cap.non firmatur.vers.vel dic generaliter. de reg. iur.in 6. glos.in cap.vnico.in princ.in verbo, conualescit, de desponsimpub.in 6. & est tex .in d.c. vnico.§.idem quoque. Abb.in cap.1.num.2.de frigid. & malef. Idem quod consensus nouus requiratur in matrimonio ab initio nullo, tradit Paris.cons.52.num.7.lib.4. Ex consensu enim subsequenti dicitur matrimonium nouum, quia conualescit vt ex nunc, non vt ex tunc. glos.in d.cap. non firmatur. vers.probatur hoc. de reg.iur.in 6. Abb.in cap. ad id. in 1. notab.num.1.ad fin.de sponsal. Cum ergo N. non consentiat, sicut & consentire iam denegauit, *N.* cum super nullitate matrimonij iudicium introduxit, & obtinuit, sequitur matrimonium non conualuisse.

3 Non obstat huic fundamento, quod ex consensu etiam tacito superueniente post pubertatem, vt quia per quadriennium *N.* cohabitauit cum N.& pluries tentarunt copulam carnis (licet perficere non potuerint cum ipsa esset *arcta*) matrimonium conualuit, & dicitur ab ea ratificatum, cum adueniente pubertate non contradixerit sed cũ eo habitauerit, per quam mutuam cohabitationem, etiam non sequuta carnali copula, dicitur consensisse in matrimonium. d. cap. vnico. §.idem quoque. cum gl. in verbo, modum alium, & ibi Io. Andr.& Phil. Franc.col.2. vers.in glos.in verbo, modo, & alij Doct. de desponsimpub.in 6. Glos.in cap.litteras. in verbo, consueuerint. vbi Abb.num.5.eod.tit.in antiq. Bal.in l.minorem. per illum tex.ff.de rit. nupt. Abb.in cap.final.nu. 4. vers. aut præcesserunt. de sponsal. Ad idem, quod cohabitatione spontanea conualescat matrimonium per vim, vel in minori ætate contractum, itaut non admittatur probatio in contrarium, est text. in c.ad id. cum glos.2. & ibi Abb. num.4.post Hostien. dicens non requiri copulam carnis, licet in hoc contrarium velit Innoc. de sponsal.

4 Hoc etiam quod consensus tacitus, vel ratihabitio sufficiat tacita in matrimonio ab initio nullo, vult glos.in cap. accessit. in verbo, accedit. & glo.in c.à nobis, in verbo, consensum. de desponsimpub. Hoc idem quod non solum per copulam carnalem, sed per cohabitationem, vel oscula, vel alia signa taciti consensus post pubertatem conualescat, & ratum haberi dicatur matrimonium in impubertate contractum, itaut transeat in validum matrimonium, tradit Bald. cons.194.

Inci-

Incipiam à radice, num. 1. vers. modo sequitur. lib. 3. vbi ita declarat tex. in d. cap. vnico. §. idem quoque. Idem quoq; idem Bal. cons. 200. In causa ista considerandum est, n. 2. in princ. & vers. item non omnes. eod. lib. 3. Corn. cons. 116. col. 1. vers. sed si supersedit, & col. 3. n. 4. vers. nec prædictis obstat idem, latè tradit Gozadin. cons. 2. nu. 12. & num. 29. vers. non obstat secundum. Alex. cons. 149. in fin. vers. præterea. lib. 5. Calder. cons. 4. de spons. Dec. testans communem opinionem in cons. 368. num. 2. vers. aut dicimus. cum seq. (licet additio ibi id reprobet, & cons. 603. col. 2. vers. est ergo videndum. Rot. decis. 1. de spons. in nou. quæ loquitur in fortioribus terminis, nempe in matrimonio contracto inter infantes.

5 Et idem etiam in sponsalibus contractis inter infantes, vt per mutuam cohabitationem post pubertatem absque carnali copula conualescat, & transeat in præsens matrimonium, tenet Archid. in d. cap. vnico. §. idem quoque. & ibi Ancharan. Franch. & Dom. col. fin. vers. Aliquando contrahuntur sponsalia, quæ à principio. licèt in hoc casu matrimonij inter infantes contracti contrarium velit Io. Andr. in d. §. idem quoque. de despons. impub. lib. 6. Hoc idem quod cohabitatio inducat consensum ad matrimonium antea nullum, tenet glos. fin. in c. de illis. il 2. de despons. impub. Paris. cons. 51. num. 3. cum seq. & num. 9. vol. 4. Ruyn. cons. 203. num. 1. vers. quarto. lib. 1. & alij per Couarr. in epit. ad lib. decretal. cap. 4. §. 2. num. 3. licet ipse Couarr. ibi num. 4. teneat contrarium.

6 Et in prædictis locis dicunt Doctor. quod sponsalia non transeunt in matrimonium per signa taciti consensus, nisi sequuta copula, quando sunt sponsalia de futuro verbis & mente contrahentium, & ita procedunt notata per Innoc. in cap. 1. in fin. de matr. contract. contr. interd. eccl. secus si præcesserunt sponsalia de præsenti quo ad verba & mentem contrahentium, licet quo ad iuris interpretationem propter minorem ætatem alteius resoluantur in sponsalia de futuro, tūc enim superueniente pubertate, & interuenientibus signis cōsensus etiam taciti, transeunt in matrimonium, vt distinguunt, & declarant Abb. in d. cap. fin. num. 4. de spons. Dec. d. cons. 368. nu. 2. & d. cons. 603. col. 3. Gozad. d. cons. 2. num. 29. vers. Non obstat secundum. Phil. Franc. in d. §. idem quoque. col. 2. vers. in glo. in verbo, modum alium sic. licèt Aret. cons. 142. incip. ex facto proponit, vers. venio igitur ad secundum dubium, & vers. secunda conclusio, velit, sponsalia de futuro non transire in matrimonium, nec per cohabitationem, nec per traductionem ad domum, nec per oscula, nec per nixum ad copulam, & allegat cap. final. & ibi Doctores de sponsal. & Doctores in cap. 1. de matrim. contract. con. interd. eccl. tamen idem Aret. ibi distinguendo declarat id verum, quando sponsalia sunt de futuro per verba & mentem contrahentium, vel quando sunt per verba de præsenti in ætate inhabili sub conditione tamen. Nam per oscula, & alios actus non censetur recessum a conditione, vel quando matrimonium contractum est per verba de præsenti inter inhabiles ætate, purè & simpliciter, sed protestatum est, quod oscula, & alij actus in ætate perfecta non fiunt animo contrahendi matrimonium de præsenti. Tunc enim per hos actus etiam post pubertatem factos, non inducitur matrimonium etiam post pubertatem, sed quando matrimonium contrahitur per verba de præsenti inter puberes, purè & sine conditione, tunc ex verbis & mente contrahentium est matrimonium de præsenti, interpretatione autem iuris est matrimonium de futuro. & hoc casu per tacitum consensum, & perseuerantiam in pubertate, transit in matrimonium de præsenti, ita distinguit Aret. d. loco, & Gozadin. d. cons. 2. num. 29. ad med. vers. ad quartum dico. Hæc inquam obstant primo fundamento superius facto, cum ex cohabitatione per triennium, vel quadriennium post pubertatem cum N. D. N. dicatur consensisse in matrimonium.

7 Quibus tamen responderi potest, quod eius consensus intelligitur habuisse tacitam conditionem à lege inductam, quatenus ipsa esset potens & apta ad copulam. cum ergo ipsa apparuerit arcta vt viro sit inutilis propter naturale impedimentum, sicut ex hac causa potest petere separationem, & dissolutionem matrimonij, etiam si post pubertatem expressè consensisset. cap. ex litteris. cap. consultationi. cap. fraternitatis. in princ. & vbique DD. de frigid. Hostien. in summa eod. tit. §. 1. in princ. multo magis potest reus recusare reditum ad ipsum N. cum tacitè solum consenserit, et iam sequuta semel sit separatio per sententiam iudicio Ecclesiæ, ad instantiam ipsius N.

8 Neque obstat, quod prætenditur N. post sententiam separationis fuisse per concubitum alterius qui feras naturæ reserauit, carnaliter cognita, & viro aptam fuisse redditam, & per consequens N. eius viro restituenda sit, cum appareat impedimentum eius non fuisse naturale, neque perpetuum, & sententiam separationis fuisse per errorem latam, & ecclesiam fuisse deceptam, vt est tex. in d. cap. fraternitatis. vers. contingit autem. Quod procedit etiam si vir à quo postea fuit cognita, esset dissimilis in genitalibus ipsi N. vel si reddita sit potens per opus medici, etiam cum periculo corporali. Si enim vni est cognoscibilis, omnibus est cognoscibilis, nec arcta dici potest, nec curandum est de periculo, nec dissimilitudine virorum, vt tradit Innoc. d. cap. fraternita-

nitatis.num.1.& in fin. illius cap.& ibi etiam Hoſtien.in §.nos tamen. col. 1. verſ.notauit autem. & in §. ſimiliter. & idem Hoſtien. in ſumma.eod. tit.§.qualiter & quando.col.4.verſ.quid ſi mulieres.& in fine verſ.quid ſi à viro.

9 Quia reſpondetur primo, quod ſtante ſententia ſeparationis, quæ in iudicatum rranſiuit,non ſunt admittendæ probationes in contrarium dehabilitare *N*. ſed ſolum procedir diſpoſitio d. c. fraternitatis, quando in ipſa ſententia, vel re ipſa apparet de errore, vt declarat ibi Abb. num. 17. quæ habilitas hic non apparet. Et in omnem euentum probanda eſt per N. qui eam allegat l. ei qui,l.verius cum vulgar.ff.de proban.Secundo reſpondetur,quod tex.in d.§.fraternitatis. dum vult mulierem cognitam ab alio, dici etiam cognoſcibilem, & aptam eſſe primo viro, procedit ex præſumptione, quia præſumitur quod ex quo alius eam cognouit,potuerit eandem cognoſcere etiam primus vir, & ex hoc præſumit text. teſtes falſum dixiſſe, & ſententiam latam eſſe per falſos teſtes, & per errorem. Hæc tamen præſumptio recipit probationem in contrarium, vt declarat ibi Abb. num. 7. & 19. & Hoſtien. ibidem in §. hos tamen. col. 2. verſ. vel ideo dicit. Si autem primus vir ſit in genitalibus diſſimilis ſecundo qui eam cognouit, vt quia primus habet nimis improportionatum membrum, itaut alia excederet, impar inſtrumentum mulieris, itaut per primum cognoſci non poſſet ſine magno periculo, tunc licet per frequentem vſum cum ſecundo,qui eſt magis gracili, ſit reddita arcta, primo non eſt ei reſtituenda, cum non poſſet eam deflorare ſine periculo, vt tradit gloſ.in d.cap. fraternitatis. in verbo, ſimili. vbi etiam Goffred. & Hoſtien. d.§. hos tamen. d. verſ. vel ideo dicit. & ibi Abb. nu. 19 Ioann.Andr.in fin.verſ. ſi vero prouenit. & ibi etiam tangit Innoc.num.3. in fin. in verbo, ſimili licet ipſe.num. 1.& in fine.& Hoſtien in ſumma. eod. tit.§.qualiter & quando in fine quid ſi à viro, & in d.cap.fraternitatis. in §. ſimiliter teneatur contrarium. Cum ergo idem contingat in caſu noſtro, ex quo N. propter exceſſum membri non poſſet deflorare N. ſaltem ſine periculo, vt patet ex experientia per quadriennium facta ante ſententiam, non debet N. ad eum redire.

10 Non obſtat etiam primo fundamento ſupradicto de nullitate matrimonij ob defectum ætatis, quod cum *N*.eſſet proxima pubertati,cum compleuiſſet decimum annum, & malitia ſuppleret ætatem, matrimonium validum fuit.cap. de illis. il 2.& cap.fin.de deſponſ. impub.& cap.vnico.§. idem quoque. eod. tit. in 6. Quia reſpondetur, quod ſola proximitas pubertatis non ſufficit ad validitatem matrimonij, ſed requiritur etiam potentia carnalis copulæ, & ſic quod carnaliter cognoſci poſſet.ita tamen exponunt verba illa,quod malitia ſuppleat ætatem, ideſt carnalis concupiſcentia & potentia coeundi. niſi ergo concurrat & probetur potentia ad coeundum, non ſufficit proximitas pubertatis, ſed requiritur duodecim annis completis, vt eſt text. in d. cap. de illis. & ibi Abb.num.2.3.& 4. Vbi etiam loquitur de impotentia mulieris. Idem Abb.in cap. fin. num. 2. vbi etiam Hoſtien. & alij eodem tit. Franc. in dicto cap.vnico. §.idem quoque.in primo notab.& verſ.& quando dicatur. poſt Ioann.Andr.& alios. eodem tit.in 6. Corn. teſtans communem conſil. 116.num.2.verſ.duo enim.lib. 3. Couar.d.cap.5. in princip.num.3 At *N*. erat impotens ad coeundum, & ad copulam carnalem, vt ex poſt facto re ipſa apparuit, vnde non ſuffragatur proximitas pubertatis.

11 Et hæc eo præcipuè dicenda ſunt, quia ob recuſationem *N*. de redeundo, & ob ſeparationem iam factam, ortæ ſunt veriſimiles indignationes inter eam & *N*. Itaut ſit timor mali exitus, & diſcordiæ, ob quam non eſt cogenda redire ad virum, vt per Corn.d.conſ.516.in fin. volum.3. Secundo principaliter reſpondetur ad obiectum, quod per cohabitationem poſt pubertatem ſponſalia de præſenti tranſierint in matrimonium, etiam ſine copula, quod hoc iure cautum non reperitur, licet id dicant Doctores. Nam matrimonium *N*. intra eius pubertatem contractum, reſolutum fuit in ſponſalia de futuro.cap. 1. §.idem quoque. de deſponſ.impub. in 6. Calder.conſ.4. de ſponſal. Rot.deciſ.1. verſ.at in caſu propoſito. de deſponſ.impub.in nouis. Couar.in epit. 1.par. cap.3. nu.2. Sponſalia autem de futuro non tranſeunt in matrimonium, niſi ſuperueniat conſenſus,expreſſus vel tacitus, ſequuta copula, nec ſufficit tacitus ſine copula. c.final. cap. is qui fidem. de ſponſ.cap.1.de matr.contr.contr.interd.eccleſ. & ibi Innoc.& omnes in verbo, amplexata. Abb. in 2. notab. Calder. conſ. 2. de ſponſal. & eſt in matrimonio impuberum text. in d.cap.1.§. idem quoque. Card.conſ.109.Sicut nec per traductionem ſponſæ ad domum viri, ſponſalia tranſeunt in matrimonium citra copulam carnalem. Cald. Ant.& Abb.in fin. verſ.nunquid autem. vbi Præpoſit. teſtatur communem in cap. final. de ſponſ. Couarruu. in epit. in quartum librum Decretal. parte 1.cap.4. §.2. num. 1.verſ.ſed contrarium.

12 Et licet Doctores diſtinguendo dicant id verum in ſponſalibus per verba de præſenti,licet iuris fictione propter minorem ætatem reſoluta in ſponſalia de futuro contrarium velint, & intelligant text.in d.cap.1.§.idem quoque, quod ſufficiat poſt pubertatem tacitus cõſenſus per cohabitationem, vel oſcula, vt per gloſ.& Doctor. ibi, & in locis ſupracitatis, tamen nulla videtur ratio differentiæ inter ſponſalia hæc, cum vtraque ſint de futuro quo ad effectum, vt dicunt DD. in locis ſupra-

supradictis. Tamen nulla videtur ratio differentiæ inter sponsalia. Nec tex.in d.c.vnico. §.idem quoque, pati videtur hūc intellectum. Nam sponsalia hæc de præsenti cum impubere contracta, resoluuntur in futurū, vt dixi, & facilius dissoluuntur quàm spōsalia, quę verbo & re de futuro sunt. c.de illis.il 1.de despon. impub. ergo non est cur dicamus, hæc sponsalia facilius quàm illa transire in matrimonium, cum illa non transeant sine copula, vt supra dictum est, prout in terminis nostris tenet Couar.d.c.4.§.2.nu.4. Nam matrimonium de præsenti inter impuberes, quod resoluitur in sponsalia de futuro, æquiparatur sponsalibus per verba de futuro contractis. Rot. decis. 1. vers. at in casu.de despons.impub.in 6.

13 Quod comprobatur ex d.§. idem quoque, qui ad præsumendum matrimonialem consensum, requirit copulam, vel aliquem modum alium. qui per verbum alium intelligi debet de modo simili, & æquè potenti ac expressus, & sic qui non minus fortiter concludat quàm carnalis copula, iuxta glos.final.& Doctor. in l.si fugitiui. C.de seru. fugit. cum vulgatis. Cohabitatio autem proculdubio non est similis copulæ, nec æquè potens ac illa, vt per text.in d.cap. fin. cum notat. ibi per Doctores, de sponsal. dum concludunt, sponsalia de futuro non transire in matrimonium per cohabitationem, vel traductionem ad domum, vel per oscula & amplexus, sed solum per copulam carnis subsequutam. & sic cohabitatio, amplexus, oscula, & mutua denominatio possunt fieri causa familiaritatis, aut in consequentiam dictorum sponsaliorum. vnde non concludunt matrimonium magis quàm ipsa sponsalia, & omninò non sunt similia, neque æquipollentia copulæ, & sic nullo modo sufficiunt, vt in terminis tradit Addit.1.ad Dec.in cons.368.super verbo, taciti, & Couar.d.cap.4. sess.2.num.4.vers.tertio.

14 Accedat, quia tex.in d.§.idem quoque, requirit consensum per copulam, vel per similem euidentem coniecturam, ex qua solet à iure præsumi consensus post sponsalia. Quia euidenter constare dicitur, quod constat ex coniecturis à lege approbatis. l.licet Imperator. vbi Ias. col. 3. & alij. ff.de legat.1. Nullibi autem à iure Canonico reperiuntur coniecturæ illæ, quas afferunt Doctores ex cohabitatione vel osculis, approbatæ quod sine copula inducant matrimonialem consensum post sponsalia, ergo &c. Et quia matrimonium hoc ex consensu post pubertatem, dicitur iuris ficti & præsumpti, vt est tex.in d.§.idem quoque. & ibi etiam Doct. in matrimonio autem, non habet locum fictio ad præsumendum consensum, nisi in casibus à iure expressis. c. is qui fidem. de spons. Rot.decis.1.de spons. in nou. Ex quibus patet solam cohabitationem non esse similem copulæ, itaut text. in d. §. idem quoque. dum in signum consensus exigit copulam, vel alium modum, intelligendus est de traductione solemni ad domum, vel subarratione anuli, vt tradit Couar. d. num.4.vers.quinto ille.

15 Nec suffragatur traductio ad domum, & anuli traditio, quæ interuenit in casu nostro, quia cum interuenerit ante cōpletam pubertatem, nil operatur, quia tex.in d.§.idem quoque. requirit actus istos demonstratiuos consensus post pubertatem, nec sufficiunt facti ante pubertatem, imò nec proximè ad pubertatem, etiam si malitia suppleret ætatem, vt latè tradit Ruyn. cons. 203. num. 2. vers. tertia conclusio. & vers. & sic patet. & num. 5.vers. & loquitur. cum pluribus seqq. & vers. & quia. lib.1. Couarr.d.cap.4. §.1.in fine. vers.ego vero. Præterea aduertendum, quod ex cohabitatione præsumitur consensus, quia ex ea cohabitatione & conuersatione præsumitur interuenisse copula, & per consequens oritur præsumptio iuris & de iure pro matrimoniali consensu. Secus quando constat non interuenisse copulam, vt in casu nostro præsupponitur. Tunc enim non potest ex sola cohabitatione argui consensus matrimonij, vt distinguendo declarat Alciat. de præsumpt.reg.3.præsumpt.38.num.2.

ARGVMENTVM.

ASSOCIATIO homicidæ, & colloquium cum eo, an & quando inducat præsumptionem tractatus, & premeditationis contra associantem? Et quid si associans erat consanguineus, vel affinis homicidæ.

SVMMARIVM.

Associatio post commissum homicidium inducit præsumptionem tractatus, & homicidij præmeditati contra associantem, numero 1. Vbi quod hoc procedit in associatione præstita homicidæ incontinenti, secus ex interuallo.

Homicidio assistens non in loco vicino, sed in longè remoto, non habet contra se præsumptionem præcedentis tractatus, num.2.

Assistens homicidio sine armis, non præsumitur habuisse cum homicida aliquem tractatum, numero 3.

Assistens homicidio, vel etiam homicidam associans in dubio incidenter & casualiter, non autem præcedente tractatu, assistere & associare præsumitur, num.3.

Alloquutio cum homicida non facit indicium contra loquentem, quando post alloquutionem homicidium sequutum est ex interuallo, num.4.

Affinitas non contrahitur inter consanguineos sponsi, & sponsæ, sed inter sponsam & consanguineos sponsi,

sponsi, & inter sponsam, & cũsanguineos sponsæ, n. 5.
Delictum vt excludatur, in dubio facienda est interpretatio, num. 5.
Defendere aliquem ne offendatur, quisque potest, nedum affinis, & consanguineus, num. 5.
Receptatio, seu associatio homicida consanguinei, non facit coniecturam mandati, vel tractatus homicidij, num. 6.

CONSILIVM CCXIX.

1 LICET associatio post homicidium commissum, inducat præsumptionem tractatus, & homicidij præmeditati contra eum qui associatur homicidam, adeo quod ipse contrarium probate tenetur, vt per Felyn. in cap. sicut dignum. num. 4. vers. est verum. de homicid. & torqueri debeat super ipso tractatu, aut scientia delicti, vt per Nantic. cons. 67. vol. 1. Iul. Clar. in pract. crimin. §. final. quæst. 90. num. 3. vers. aut est dubium. quia non caret scrupulo societatis occultæ, qui delicto auxilium dedit. cap. sicut dignum. §. 1. de homicid. Tamen id verum est, si associatio præstita fuerit incontinenti, & immediatè post delictum commissum, secus si ex interuallo, tunc enim nulla oritur præsumptio, vel indicium. Ita distinguit post alios Bal. in l. non ideo minus. col. fin. num. 32. C. de accusat. sequitur Marc. Ant. Blanc. in repet. l. fin. num. 201 in verbo, associatio. & num. 236. cum seq. vers. hoc intellige. de quæst.

2 In casu autem nostro, non potest dici incontinenti. Nam id quod dicitur de associante incontinenti, vt sit suspectus de tractatu, intelligitur quando fuisset vel præsens in loco in quo commissum est homicidium, vel in loco vicino, adeo quod statim commisso homicidio receperit, & ass[o]ciaret homicidam, ac etiam potuisset in casu necessitatis auxilium præstare delinquenti. secus si erat in loco remoto. Tunc enim cessat scientiæ, vel tractatus præsumptio, ad Bal. in l. ob hæc verba; nu. 5. ff. de his qui not. infam. dum loquitur de auxiliatore, vt tunc dicatur quis opem ferre, quando stat simul cum delinquente, vel prope, itaut possit ei auxilium ferre, secus si à lõge. ita etiam in associante vult Blanc. in d. l. fi. n. 201. dum exemplificat in eo, qui fuit statim associatus, & nu. 236. dum loquitur in assistente, & Iul. Clar. d. q. 90. nu. 9. Alex. cons. 138. n. 6. vol. 6. In casu igitur nostro, cum homicidium factum sit in loco montiũ nuncupato, & N. & N. tempore commissi homicidij essent in eorum domo, in N. quæ à loco homicidij ferè per milliarium abest, non potest vlla præsumptio tractatus & scientiæ præsumi, licet associarint postea N. homicidam, qui homicidio facto eos ad domum coṅuenit. Nam si præcessisset tractatus de homicidio & associatione, verisimiliter fuisset cũ homicida in ipso delicto, vel in loco vicino, vt statim possent ei vel in delicto vel in aufugiẽdo opẽ ferre, non autem stetissent in loco longe remoto, vt ipsa docet experientia. quia delinquentes statim fugam capere solent, non autem vagari per loca publica Ciuitatis, vt faciendum erat si ad domum associantium ii[t]urus erat homicida.

3 Quod eo magis procedit, cum prædicti inquisiti associarunt N. sine armis. ex hoc enim tollitur suspicio præcedentis tractatus, & culpæ eorũ. nam si de associatione facienda tractassent, verisimile est quod parassent arma propter quæcumque pericula, quam contingere possent. faciunt ad hoc not. per Bal. in d. l. non ideo minus. col. fin. nu. 35. dum dicunt, assistentem cum homicida, vel propè, dici tũc auxilium ferre homicidio, si sit armatus, secus si sine armis. Id etiam tradit August. & Ang. in tractat. de malef. in verbo, dictus Andreas armatus, n. 2. & 4. Felyn. in c. sicut dignum. n. 5. de homicid. Ergo idem in associante. cum præsertim in dubio præsumi debeat associare incidenter, & casualiter, non ex tractatu præmeditato. ad l. merito. ff. pro soc. Anchar. cons. 212. ad fin. Felyn. in d. c. sicut dignum. nu. 6. ad fin. dum loquitur de assistente homicidio, quando in dubio præsumitur casualiter affuisse.

4 Nec obstat quod N. alloquutus esset *N.* ante homicidium, ex quo videtur *facta inter eos esse* verba de homicidio subsequuto, ad Bar. in l. si vẽtri. §. fi. ff. de priuil. cred. Nam ea procedunt si immediatè post loquelam secretam simul ad aures habitam sequitur homicidium, nõ si ex interuallo, ita loquitur Bar. in d. loco. Blanch. in d. l. fin. n. 232. Bal. in l. 1. n. 10. vers. & ille dicitur mandare. & ibi Ias. n. 31. ante fin. vers. quinto mirabiliter limita. C. de seru. fugit. Sim. de Preti conf. crim. 15. Quod non est in casu nostro, cum loquela inter N. & D. N. fuerit per vnum, vel duos dies ante homicidium, nec fuit secreta sed palam, & in locis publicis. quare in dubio præsumitur facta de rebus domesticis tanquam inter affines. ad d. l. merito. ff. pro soc.

5 Eo maximè, cum inter occisum & *N.* nullæ essent inimicitiæ, quæ requiruntur necessariò ad inducendam præsumptionem delicti. Bald. & Ias. in loco præcitato. Nec causam inimicitiæ præbet prætensum homicidium in persona *N.* fratris *N.* à dicto *N.* per *N.* occiso factum *N.* quia *N.* non erat de familia, vel agnatione *N.* nec etiam ei erat affinis, licèt esset frater N. qui cognatus est *N.* Nam affinitas solum contrahitur inter ipsam sponsam & consanguineos sponsi, & inter sponsum & consanguineos sponsæ, non autem inter ipsos consanguineos sponsæ, & consanguineos sponsi. c. quod super his. de consang. & affin. in eod. tit. in arbore cõsanguinitatis, & affinitatis,

in

in verbo, affinitas sic. Et associatio facta præsumitur eam solum ob causam, vt *N.* delinqentem defenderent à consanguineis occisi, non autem quia de homicidio prius tractassent, nec vt de manibus Curiæ homicidam eriperent. *Nam actus*, qui potest se habere ad bonam & malam partem, semper in bonam interpretatur ad excludendum delictum. & concurrente præsumptione inclusiua delicti, & alia illius exclusiua, semper exclusiua attenditur. Roman. consil. 68. num. 8. Grammat. decis. 18. num. 5. In proposito facit Bald. in d. l. 1. num. 13. Iaf. num. 24. C. de seru. fugit. Vbi vult in materia homicidij, quod consilium quod potest habere se ad bonum & malum, potest interpretari ab eomet qui consilium dedit, imò lex illa ipsa interpretatur in bonam partem. sequitur Dec. conf. 258. num. 3. Potest enim quis licitè iuuare, & defendere homicidam, ne ab offenso, vel consanguineis offensi offendatur. glos. in Clement. 1. in verbo, defensauerit, ad fin. in verbo, non tamen puto, de poen. & nedum extraneum defendere, sed & offendenti, cum vim licet inferre. Bar. post glos. in l. vt vim. num. 7. & ibi Dec. nu. 32. communem testatur. ff. de iust. & iur. Ergo multo magis id licet affini erga affinem.

6 Et quod ex receptatione, seu associatione consanguinei homicidæ, non capiatur coniectura mandati, vel tractatus ad homicidium, sed præsumatur fecisse ratione sanguinis, tradit Paris de Put. in tract. de find. in verbo, mandauit, col. 4. nu. 9. vers. filius occidit. qui loquitur in fortioribus terminis, quando scilicet consanguineus receptator erat propè locum homicidij. Consanguinitas enim, vel affinitas excludit præsumptionem scientiæ delicti præcedentis in receptante delinquentem affinem, quia præsumitur ratione affinitatis receptare. Gandin. in tit. de præsumpt. & indic. col. penult. nu. 18. vers. tertium indicium. Blanch. in d. l. fin. num. 202. Bonifac. de Vitalin. in tract. malef. in tit. de receptator. furum. nu. 4. cum seq. Non autem ob id inducitur suspicio fraudis. l. fin. ff. de his quib. vt indig. Idem quod associatio facta præsumatur ratione sanguinis, non autem dolosè ex præcogitato homicidio, tradit Sim. de Præt. d. conf. crimin. 15. Ex quibus &c.

ARGVMENTVM.

MATRIMONIVM nunquid probetur per assertionem Parochi, & illius librum. Quando Parochus possit vices suas alteri Sacerdoti delegare ad illud celebrandum? An delegatio debet esse tacita, vel expressa? Et quando quo ad Sacramenta quis efficiatur Parochianus illius parochiæ, in qua habitat causa recreationis, vel ob aliam causam animo reuertendi ad propriam Parochiam?

SVMMARIVM.

Matrimonium censetur probatum ex fide, & libro Parochi, num. 1.

Sacramentorum administrationis prohibitio facta à non suo Parocho, non comprehendit Sacramenta administrata habitatoribus in aliena parochia recreationis causa, num. 2.

Matrimonium contrahi potest coram Sacerdote delegato à Parocho, num. 2.

Rectores Ecclesiæ, & Parochi rurales N. habent iurisdictionem in ciues, dum ruri habitant ex laudo, & immemorabili consuetudine, num. 2.

Consuetudo loci attenditur in solemnitatibus matrimonij, num. 2.

Parochus Villæ & habitationis, dicitur verus Parochus, num. 2. in fine.

Licentia in actu debet esse expressa, & non tacita, num. 3.

Matrimonij solemnizatio spectat ad officium Parochi, num. 3.

Mandatum speciale non requiritur, nisi in casibus à iure expressis, num. 3.

Delegatio cum clausula, Quod delegatus possit exercere omnia quæ potest ipse delegans, dicitur libera, & specialis, num. 3.

Licentia specialis satis dicitur expressè data, quando conceditur verbaliter, vel per scripturam, etiamsi non fiat aliqua specificatio, num. 4.

Matrimonium contractum coram Parocho administrante sacramenta in aliena parochia, nunquid sit nullum, num. 4. & 5.

Testibus deponentibus de bona fama alterius, magis creditur quàm deponentibus de mala, num. 6.

Sacramenta administrata per Rectorem ordinatum & institutum à Superiore, licet criminosum, & priuandum propter defectum suæ personæ, valent, & tenent, num. 6.

Matrimonium præsumitur contractum post licentiam datam Parocho illud celebrandi in aliena parochia, etiam quod licentia reperiatur data eadem die, qua est contractum matrimonium, num. 6.

CONSILIVM CCXX.

1 FFIRMATIVE respondendum est. Nam quod de licentia constet, indubitatum est, cum de ea appareat ex cedula *N.* Parochi, in qua hanc licentiam dedit, cum simus in his quæ pertinent ad officium Parochi, nempe in celebratione matrimonij. cap. cum inhibitio. de

cland.desponſ.fides adhibenda eſt. Iaſ.in repet. l. admonendi. num.132. ff.de iur.iuran. Rot.deciſ. de probat.in nouis. & deciſ.16.& 17. eod. in antiq. & deciſ.7. de offic.deleg.in antiq rex. cum not. in cap.poſt ceſſionem. de probat. Ruyn. in conſil.56. num.5.lib.1.Rot.Rom. coram Paleott. deciſ. 220. incip. cum eſſet lis. in fine. in manuſcript. & quod ſcripturæ Parochi tanquam officialis publici à Sacro Concilio deputati, credendum ſit quo ad matrimonium, fuit reſolutum in illa Calaguritana matrimonij 17. Maij 1574. coram D. Decano, & in illa Colonienſi ſtatus 20. Februarij 1581. coram D. Vicecomite. Idque eo magis locum habet, Tum quia cedula hæc delegationis fuit tam per ipſummet Dominum *N*.Rectorem, qui eam ſcripſit, quam per teſtes habentes notam manum illius legitimè recognita,iuxta notata per Ruyn.conſil.70.numero 4.lib.4.Cott. deciſione 51.incip. coram eodem. Tum quia adminiculatur ex libro ipſius *N*. Rectoris. in quo deſcribuntur omnia matrimonia parochianorum, In quo libro ſcriptum eſt manu ipſius *N*. Rectoris, quod dictus Dominus N. de licentia ipſius Rectoris coniunxit in matrimonium coniuges de quibus agitur. cui libro quo ad hoc ſtandū eſt,vt fuit reſolutū in d.Colonien.& in d.Calaguritana.

2 Quod autem licentia hæc ſit ſufficiens, pariter indubitatum eſt. Cum clarum ſit, parochum poſſe vices ſuas ad matrimonium delegare, & licentiam ad hoc dare alteri ſacerdoti, non ſolum de iure communi, iuxta Clementinam primam, in princip. cum plenè not. per Doctores de priuileg. ſed etiam ex Decreto Sacri Concilij ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. §. qui aliter, & §. præterea. Cum ergo N. eſſet Parochus proprius domorum ruralium ipſorum contrahentium, vt in 5. præſuppoſito, potuit eam licentiam dare tanquam proprius contrahentium Parochus. Cum Parochi rurales *N*. iuriſdictionem habeant in ciues, dum ruri habitant, & eiſdem poſſint omnia ſacramenta conferre, & in ſpecie matrimonia ſolemnizare & benedicere. Tum ex poteſtate laudi, de quo in ſexto præſuppoſito. Tum ex immemorabili conſuetudine,& obſeruantia, de qua in ſeptimo præſuppoſito. De qua etiam conſuetudine *N*.eiusq.validitate teſtatur poſt Petr.de Pal.ſum. Siluestrin.in verbo, confeſſorum, il primo,quæſt. 12. num,10.ad finem. verſ.vnde ſecundum Patr. Conſuetudo enim loci attenditur in ſolemnitatibus matrimonij. cap.final.in princ. vbi Doct. de cland,deſponſ. Et quod conſuetudo præſtandi ſacramenta à parocho illis qui habitant in eius parochia, licet ſint de aliena parochia, attendatur, eſt tex.in Clementina quia contingit. §. fin. de relig. dom. Hoc idem quod licèt conferens ſe ad habitandum in aliena parochia non fiat ibi parochianus,ſi ibi ſe conferat cauſa recreationis,vel ob aliam cauſam temporalem ſtatim reuerſurus ad propriam parochiam. cap. is qui. de ſepultur. in ſexto. Tamen hoc non procedit, ſi aliud habeat conſuetudo. quia tunc, ſi certa ſit conſuetudo,à quibus recipiantur ſacramenta,ea ſeruanda eſt. *Nec* habet locum pœna canonum prohibentium ſacramenta exhiberi à non ſuo Parocho, tradit Zabarell.poſt Paul.in Clementina 1.col.4. quæſt.16.verſ.nec procedunt.de priuileg. *Nam* Parochus Villæ & habitationis, dicitur verus Parochus. Innoc.in c.omnis. ſuper verbo, Sacerdote,de pœnit.& remiſſ.Feder.de Sen. conſ.253. & 254. Præſertim quia cum coniuges iſti de quibus agitur,ruri habitaſſent per annum & vlterius,Sacerdos illius habitationis dicitur proprius eorum Sacerdos ad exhibenda ſacramenta Eccleſiæ, Summa Siluestrin. in dicto verbo confeſſorum, dicta quæſtione duodecima, numero decimo, ad finem. verſ. ſed hæc limita.

3 Eſt etiam ſufficiens licentia, quia licèt licentia requiſita in actu,debeat eſſe expreſſa, non tacita, vt per Dec.conſil.38. num. 4. ad med. tamen in caſu noſtro non fuit tacita, ſed expreſſa, cum fuerit facta in ſcriptis, & generaliter ad exercendum omnia concernentia officium Parochi,prout eius officium concernit ſolemnizatio matrimonij, vt per Concil.ſeſſ.24. d.cap.1. Expreſſum enim dicitur,quod continetur ſub verbis generalibus, vel vniuerſalibus. Bart.in l. prætor ait, in princip. num.1.ff.de oper. nou. nunciat. Dec.conſil.259. num.3.Aym.conſil.297. col. 7. verſ. ſecundo reſpondeo,& conſ.290. num.5.verſic.duodecimo. *Nec* dicatur, requiri expreſſam & ſpecialem licentiam ad ſolemnizandum matrimonium, quæ hic non interceſſit. Tum quia ſpecialis licentia non requiritur, cum nullibi iure caueatur,& ſpecialis delegatio, vel mandatum, non requiritur niſi in caſibus à iure expreſſis. Rot.deciſ.27.num. 2.verſ.prædictis. de procur. in nou. Et in hoc noſtro caſu,quod ſufficiat hæc generalis licentia,fuit reſolutum per Illuſtriſſimos Dominos Cardinales Interpretes ſacri Concilij Trident.vt in 8.præſuppoſito. Tum etiam quia cum licentia & delegatio hæc ſit generalis, cum clauſula quod poſsit delegatus exercere omnia concernentia officium Parochi quæ ipſemet delegans,dicitur delegatio libera & ſpecialis, vt poſſit facere etiam ea quæ requirerent ſpecialem delegationem. Bar.in l.creditor.§.Lucius. in fin.ff.mand. & l.procurator cui generaliter.n.3.ff.de procur. Rom.conſ.94. col.fi. verſ.eſt & ſecunda clauſula. Abb.conſ.18.col.penult.verſ.maxime quia.lib.2. Affl.deciſ.305.n.4.

4 Non obſtat text. in Clemen.1. in princ.de priuil. vbi in delegatione ad matrimonium ſolemnizandū requiritur ſpecialis licētia proprij parochi, & ibi etiam gl.in verbo,ſpeciali.concludit requiri expreſſam ſpecificationē ſacramentorū, & ſequitur

tur ibi Paul. Staphil. Imol. col. 4. super gl. in verbo, specialis, & Zabarel. col. 5. q. 22. dicens nō esse recedendum à littera illius tex. qui requirit specialem expressionem sacramentorum, licet dicat contrariam sententiam forte veriorem esse. Quia respondetur Primo, quod imò in dicta Clemen. 1. sufficit generalis licentia administrandi curam, vel sacramenta absque specificatione, & expressione Sacramentorum, & verbum illud, speciale, de quo in illo tex. exponitur pro expressa, sicut in l. si non speciali. C. de testam. Vnde cum exponatur speciali, idest expressa, satis dicitur expressa quando conceditur, verbaliter vel per scripturam, etiam si non fiat aliqua specificatio. ita tenet Zenzel. in d. Clem. 1. & Spec. quos ibi refert, & sequitur Bonif. de Vitalin. num. 17. vers. ego puto. & hanc partem veriorem dicit Zabarell. ibi col. 5. quæst. 22. sequitur etiam ibi Anchar. quæst. 3. num. 5. Et hoc indubitatum est in casu nostro, cum ita in specie Concilium declarauerint Cardinales Interpretes Concilij, vt interpretatio, de qua in octauo præsupposito. Secundò respondetur ad dictam Clementinam primam, quod licet requireret specialem expressionem sacramentorum, tamen non annullat matrimonium, vel alios actus in contrarium sine speciali licentia gestos, sed solum imponit pœnam excommunicationis sacerdoti extraneo id agenti sine licentia proprij Parochi, ideoq. cum imponat pœnam, nec adijciat clausulam annullatoriam, matrimonium, & alij actus gesti in contrarium valent, Aym. cons. 93. nu. 7. Dec. cons. 10. num. 4.

5 Non obstat si dicatur, licentiam esse insufficientem & nullam, cum in ea concedenda non sit seruata forma Synodi prouincialis, de qua in nono præsupposito, nempe quod fiat per acta notarij, aut saltem coram tribus testibus, quorum depositiones infra triduum redigantur in actu Curiæ. Tum quia, cum Synodus simpliciter requirat illam formam, nec procedat vlterius annullando matrimonium in contrarium factum, valet matrimonium, ad tradita per Bart. in l. vniuersis. in fin. vbi etiam Castren. num. 3. C. de precib. imp. offer. Bald. in l. humanum, num. 3. in fin. C. de legibus. Dec. consil. 10. num. 3. in fin. & 4. & consil. 229. num. 1. & 2. & cons. 17. colum. 1. vers. sed tamen. Cassad. decis. 2. num. 3. de præbend. Tum quia, cum Synodus imponat pœnam contrafacienti, dicendo quod contrafaciens puniatur, matrimonium non redditur nullum, cum eius nullitas non præiudicet nisi sacerdoti, cui pœna imponitur, sed præiudicaret ipsis contrahentibus, qui nihil deliquerunt. vt post Bartolum in l. præter. in fine principij ff. de nou. oper. nunciat. & Imol. in capit. audiuis. de electio. tradit Aym. consil. 93. num. 10 septimo. Hoc etiam quòd cum non addit clausula annullatiua, matrimonium valeat, patet in matrimonio clandestino, quod à iure prohibetur. cap. final. de clandest. desponsi. Et tamen contractum valet, cum lex non procedat vlterius, annullando illud. glos. ibidem, in verbo, clandestina. & Abb. in cap. 1. numero 2. Vbi alij Doctores eod. tit. Dec. cons. 231. num. 3. in fin. & 4. & cons. 160. num. 1. Couar. in epit. Decret. 2. par. cap. 6. in princ. num. 7.

6 Non obstant exceptiones contra Sacerdotem delegatum, quod sit malæ conditionis, & negotiator. Tum quia illæ non probantur, sed imò ex depositione quamplurium testium, & nobilium constat de eius bona vita & fama, quorum testium depositiones cæteris paribus magis sunt attendendæ, & præferendæ depositionibus testium deponentium de mala fama. Anchar. conf. 253. num. 3. vers. præterea. Bald. cons. 160. in fine, lib. 2. Aym. cons. 6. num. 63. & cons. 238. nu. 21. vers. ideo testes. Tum quia Concilium requirit solum quod sit sacerdos, nec alias idoneitates exprimit, tum etiam quia cum habeat titulum sacerdotij, & authoritate superioris sit ordinatus & institutus, & sic defectus non sit in forma, licet defectus esset in persona, vt quia criminosus, vel priuandus, valent gesta per eum, cum tolleretur per superiorem. Io. Andr. in reg. mora. in mercurialib. Ias. post alios in l. Barbarius. num. 9. ad fin. vers. istam conclusionem, & nu. 52. ff. de offic. prætor. & faciunt not. per Doct. in c. illud. vbi Felyn. num. 5. vers. sed per ipsum text. de præsump. Et quia sacramenta quo ad essentiam valent, siue bonus siue malus & criminosus sit sacerdos, qui ea conficit, & confert. c. ad hoc vero. 91. distinct. c. sacram. 1. q. 1. Siluest. in summ. in verbo, sacramentum est in genere, col. 1. vers. nec refertur. Non obstat si dicatur non constare licentiam præcessisse actum matrimonij, cum sit data eodem die, quo fuit contractum matrimonium, cum tamen licentia debeat actum præcedere. Quia respondetur, quod cum appareat eodem die data, præsumitur quoque illam præcesse matrimonium. Bisig. decis. 1. de præsumpt.

ARGVMENTVM.

DE confessione erronea, quod confitenti non noceat. Quomodo & quando de confessionis errore constare dicatur, in hoc Consilio plenè explicatur.

SVMMARIVM.

Error confessionis probatur coniecturis, n. 12. & 15.
Confessio inuerisimilis, confitenti non nocet, num. 2.
Testis depositio prima attendi debet potius quam secunda, num. 3. Declara nisi secunda sit magis verisimilis, num. 8.

Exculpatio socij criminis, licèt non tollat spontaneam confessionem alterius socij, negari tamen non potest quin illam debilitet, saltim adminiculata, num. 6.

Socius criminis inculpando aliquos: alios quos tacet exculpare dicitur, num. 7.

Confessionis error, probatur per exculpationem sociorum criminis, num. 7.

Error confessionis probatur per vnicum testem, nu. 9.

Confessio minoris, & adolescentis, magis præsumitur erronea quam alterius, num. 10.

Furiosus & fatuus æquiparantur, num. 11.

Confessio delinquentis erronea præsumitur, si delinquendi causa non aderat, num. 12.

Præsumptiua probatio vbi admittitur, duæ tantùm præsumptiones sufficiunt, num. 14.

Confessio erronea non nocet confitenti, etiam quod sit ratificata, & geminata, num. 16.

Confessio erronea non nocet etiam maiori 25. annorum, num. 17.

Confessio erronea confitenti non nocet, etiam quod sit adminiculata, num. 18.

Præsumptiones excludentes delictum, præferuntur contrarijs præsumptionibus, num. 19.

Socij criminis inculpatio non facit indicium ad torturam, nec ad inquirendum; præsertim quando est periurus, num. 20.

Testes examinati parte non citata, non probant, num. 21.

Causa delicti, ad hoc vt faciat indicium ad torturam debet esse grauis, & non leuis, num. 22.

Alloquutio cum delinquente, non secreta sed publica, non facit indicium, num. 24.

Auxilium præstitum delinquenti post delictum ab eo qui delictum ignorabat, impunibile est, num. 25.

Scientia in pœnalibus, non præsumptiuè sed plenè, & concludenter probari debet, num. 26.

CONSILIVM CCXXI.

1 VBIVM. An N. meruerit pœnam confiscationis bonorum, seu eorum ablationis ab indigno, in casu & ad effectum de quo agitur. Si confessio N. est erronea, vel per suggestionem extorta, nullam vtique merebatur pœnam. Data autem validitate confessionis succedit disputatio, an potuerit in pœnam confiscationis, seu ablationis tanquam ab indigno condemnari. Et incipiendo ab errore confessionis, videndum primo est quomodo talis error probetur, ac deinceps an in casu de quo agitur, censeatur probatus. Et quo ad primum, quod talis error, coniecturis & præsumptionibus probetur, scripserunt Bald. in l. fin. num. 2. ad fin. vers. ex quibus. & ibi etiam Salycet. num. 2. vers. item prout aliud exemplum. C. de probationib. idem Bald. in l. error. post num. 12. C. de iur. & facti ignorantia. Bertaz. cons. 162. num. 9. in fine & seqq.

2 Et est ratio. Tum quia confessio, quæ habet contra se aliquam inuerisimilitudinem, seu præsumptionem, confitenti non nocet. Bal. cons. 479. Tres sunt casus. num. 2. lib. 5. Brun. de indic. par. 2. q. 6. num. 19. in fine. vers. confessionem ergo. Boss. in tit. de confessis. num. 46. Tum etiam quia ad rei confessionem, & innocentiam probandam non requiritur plena & concludens probatio, sed sufficit præsumptiua, & coniecturata. Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. num. [illegible] & seq. ff. de nou. oper. nunciat. Aym. cons. 2. num. 16. Boss. in tit. de coniect. num. 59.

3 Quod autem confessio N. non solum coniecturis, sed & testium, & sociorum criminis depositionibus, erronea euidenter appareat, constat. Primo ex depositione N. de qua in summario nu..... dum dicit transmisisse N. ad Vrbem, ad effectum habendi consensum à fratribus, & quod reuersus ei dixit. *Che haueua parlato con N. solo, & non con gl'altri fratelli, perche non haueua voluto trattare con ragazzi.* Et cum eadem N. deponat de auditu ab eo qui plenè de facto informatus est, probat vtique ad rei defensionem, Ceph. consil. 678. num. 67. & num. 75. lib. 5. Honded. cons. 100. num. 35. lib. 1. Nec facit, quod eadem N. alibi videatur contrarium asserere, quod scilicet, *quando N. tornò da N. alla N. gli disse, che N. & li fratelli gli haueuano promesso di maritar la figliuola, & darli scudi* 2000. Nam vt bene deducitur in informatione facti in vers. Neque hæc coniectura, hæc secunda N. depositio emanauit per apertam examinatoris suggestionem. Vltra quod attendi semper debet primum testis dictum, quàm secundum. Alberic. in l. qui falso. num. 6. versic. & quod sit standum primo dicto, & ibi etiam Bald. ante nu. 1. ff. de testib. Boss. in tit. de opposit. contra testes. num. 5. Clar. in pract. §. final. q. 53. vers. prædicta autem. in princ.

4 Secundo. Maritus alter sicarius in summario num.... dicit. *Non sò s'anco il Signor N. sapesse, & tenesse mano à queste cose.* & tamen sicut alij participes, & complices, quos nominat, tractarunt cum ipso, ita etiam tractasset N. si particeps fuisset arguendo à verisimili. Nec valet responsio, quod ideo N. ignorauit complicitatem N. quia non venerat ad Vrbem. Nam, & hæc eadem ratio militabat respectu N. commorantis in Vrbe, & tamen nominat N. imò nominat etiam N. tunc commorantem in arce N. insimul cum N. De N. autem dicit se nescire an esset particeps.

5 Tertio. N. non solùm non nominat N. prout nominasset si verè particeps fuisset; sed amplius dicit, quod quando N. exposuit eius patrem ab N. occisum, N. admiratiuè respondit. *Tanto che*

N. hà

N. hà ammazzato mio Padre? vt in summario num. ...... quæ admiratio arguit ignorantiam rei auditæ.

6 Quarto. *N*on est in totum spernenda exculpatio N. sæpius geminata in actu confessionis in litteris scriptis Illustriss. D. N. in confortatorio, & etiam in patibulo, vt in summario num. 1. quæ licet, vt ex aduerso dicitur, non tollat spontaneam confessionem, negari tamen non potest, quin illam debilitet, saltim adminiculata, prout in casu nostro. Grammat. decis. 36. num. 11. Bertazzol. cons. 246. num. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 90. num. 3.

7 Et sic ex depositionibus N. N. & N. iuncta exculpatione N. criminis sociorum, & participum, error confessionis *N.* maximè detegitur, per regulam, quod quando reus aliquos criminis socios inculpat, alios quos tacet, exculpare dicitur. Bursatt. cons. 20. num. 58. lib. 1. Et exculpatio sociorum criminis, alterius socij confessionem erroneam demonstrat. l. 1. §. si quis vltrò. vers. prudenter. ff. de quæst. & dixi in tit. de indic. & tortur. quæst. 43. num. 19.

8 Quinto. Idem error probatur ex depositione N. testis Curiæ, de qua in summario num. ... & qui licet primo dicat, in colloquio facto cum *N.* ab eo audiuisse, quod etiam N. fuit particeps parricidij, subdit tamen, quod in alio colloquio *N.* sibi dixit, quod *N.* non fuerat conscius. & huic secundo dicto N. magis standum, cum sit magis verisimile, & magis adminiculatum. Roland. cons. 40. num. 13. lib. 1. Vnlpell. cons. 104. num. 3. & num. 11.

9 Sexto. Succedit depositio N. germani fratris ipsius N. de qua in summario num....... qui deponit, N. sibi confessum fuisse, quod occiderat N. de ordine, & cum participatione N. N. & N. & de N. nullum verbum ei fecisse. Adeo quod cum habeamus pro errore huius confessionis depositiones duorum testium pro informatione, quod in minore, confessionis error probatur per vnum testem nedum per duos. Bald. in l. vnic. nu. 62. vers. circa quod considera. C. de confess. Gabr. de testib. conclus. 1. num. 40. lib. 1. decis. Pedem. 87. num. 10. vbi alij referuntur.

10 Septimo. Concurrit erroris coniectura desumpta ex minoritate, nempe adolescentis, & talis, cui similia confidere non solent, arguendo à communiter accidentibus, & à verisimili. Quod argumentum in materia confessionis maximè attendendum est, ex allegatis per Tiraquell. de reuoc. donat. in præfation. nu. 40. & per Boss. in tit. de confess. num. 46.

11 Octauo. Concurrit alia coniectura pariter sumpta à qualitate personæ ipsius N. nempe illius fatuitate, vt benè deponit N. testis defensiuus, qui licet vnicus, cum non habeat contradictorem, plenè probat rei defensionem. Aym. cons. 2. nu. 10. *N*att. cons. 412. nu. 23. & consequenter eiusdem N. confessio, non solum præsumitur erronea sed nihil prorsus illi obest, cum in proposito paria sint, quem esse furiosum, sed etiam fatuum. Grammat. cons. 16. nu. 7. in fin. & seqq. omnibus. *N*ouell. in tractat. ad defens. in princ. num. 40. ad fin. Gerard. Mazzol. cons. 57. num. 13. & 14.

12 Nono. Erroris potissima etiam est coniectura sumpta ex defectu causæ. N. enim, & N. tractarunt parricidium propter mala tractamenta ipsis à *N.* facta, nempe propter continua verbera, & diuturnam carcerationem in Arce *N.* & N. idem tractauit propter denegationem alimentorum, & ob id propter litem quam habebat cum patre, prout deponunt testes, de quibus in summario num. 10. Quæ quidem mala tractamenta, & alimentorũ denegatio, prorsus cessabant in N. quem *N.* diligebat, & propterea ipsum in testamẽto hæredem instituit. Inde inuerisimile est, quod voluerit ad patris necem conspirare, & sic eius confessio inuerisimilis redditur, vt per Paris. de Put. de sindic. in verbo, tortus. cap. 7. num. 12. ante fin. vers. sic ergo iudex. Blanch. de indic. num. 33. Menoch. cons. 230. num. 27. & seqq.

13 *N*on sunt omittendæ aliæ præsumptiones in facto deductæ, ex contrarietatibus & varietatibus per *N.* factis in eius constitutis, cum delictum nunc vno modo, & nunc alio modo recenseat. *N*ecnon ex varietatibus de quibus in examine ipsius *N.* & *N.* Cum pariter vnus vno, alius vero altero modo delictum recenseat. Quæ omnia aperta sunt signa, quod *N.* falsum dixit. quia si verum dixisset, concordaret se in qualitatibus, & circumstantijs, narratis à veris & principalibus delinquentibus.

14 Et ex præmissis præsumptionibus, vltra depositiones sociorum criminis, & testium pro Curiæ informatione examinatorum, *N.* confessionis errorem probari dubitandum non est, stante iuris conclusione, quod vbi coniecturalis, & præsumptiua probatio admittitur, duæ tantum sufficiunt coniecturæ. Calcan. cons. 5. post num. 9. Aym. cons. 156. num. 7. in fin. cum alijs per Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 447. num. 4.

15 Quibus non obstet primo, quod error confessionis vt probatus dicatur, non sufficit *N.* probare metum torturæ *N.* illatæ, nisi etiam probauerit, rem aliter se habere. Vera enim est hæc conclusio, sed vt supra dixi, satis dicitur probatum, rem aliter se habere, quando hoc per præsumptiones, & coniecturas constiterit.

16 *N*on obstat secundo, quod *N.* confessio fuerit geminata, & ratificata etiam ad faciem *N.* nam etiam ratificata & geminata confessio, docto de errore non nocet. Boss. in tit. de confess. num. 68. Clar. in pract. §. final. quæst. 64. vers. si autem rei.

ad

ad fin. & est communis, vt per Cartar. in pract. interrogandorum reorum. lib. 4. n. 23.

17 *N*on obstat tertio, quod minor non restituitur ad reuocandam confessionem. nam & hæc conclusio sicut vera est, ità pariter declaratur vt non procedat docto de errore, cum tunc nedum minoris, sed etiam maioris confessio confitenti non noceat. l. 1. §. si quis vltrò, & ibi glos. & communiter Doctor. ff. de quæst. Innoc. & alij omnes Canonistæ. in cap. cum venerabilis. extra de exceptionibus.

18 *N*on obstat quarto, quod cõfessio N. sit etiam adminiculata alijs coniecturis, & indicijs, nempe ex depositione *N*. & publica voce & fama, ex fuga ex Castro N. cum N. propter mala patris tractamença, ex colloquio, tam ante quàm post homicidium, cum N. sicario, & ex auxilio post parricidium *N*. præstito. *N*am confessio etiam adminiculata docto de errore, per al.a contraria adminicula, & indicia reuocari potest. Salyc. in l. fin. nu. 2. vers. Item ponit. iuncto vers. hoc exemplum. C. de probationib. Aret. in cap. cum dilecti. num. 31. & seq. extra. de accusation. Ang. de malefic. in verbo comparuerunt dicti inquisiti, & in termino defensionis. num. 1. Vbi quod ita practicatur. Corrad. in pract. tit. de confessione criminis. num. 11.

19 Et in concursu indiciorum, & adminiculorum præsumptiones & indicia excludentia delictum, semper præferuntur, illud concludentibus. Rom. cons. 68. n. 8. vers. Cum enim. Grammat. decis. 18. num. 5. Cephal. cons. 75. n. 8. lib. 1.

20 Sed vt omnis tollatur difficultas, singulariter respondebo omnibus prædictis prætensis adminiculis, seu indicijs. Inculpatio enim N. licet in exceptis, & actionibus, quod probet Doct. ex aduerso allegati non dicunt, licet benè dicant, quod in dictis criminibus eorum depositio admittatur. imò quod socij criminis inculpatio, de se sola non faciat indicium ad inquirendum latè probaui in quæst. 43. n. 125. & seqq. & præsertim in casu de quo agitur, in quo N. antequam confiteretur, & pluries examinatus delictum negauit, & sic erat periurus, vt pariter dixi d. q. 43. nu. 180. & seqq. Et in omnem euentum hæc *N*. inculpatio prorsus sublata est per subsequutam exculpationem, prout admittunt Domini ex aduerso scribentes, & latius dixi in d. q. 43. n. 10. & pluribus seqq.

21 Publica vox, & fama ex aduerso prætensa, nullum facit adminiculum, quia testes super ea deponentes, examinati fuerunt parte non citata. c. 2. & ibi notant omnes extra de testibus.

22 Fuga *N*. ex Castro N. cum *N*. non probat talem causam, vt inde voluerit mortem patris tractare. & vt ex causa indicium orietur, illa debet esse non leuis, sed grauis, & proportionata ad homicidium. Cason. de indic. & tortur. tract. 2. cap. 3. n. 8. & seq. Blanch. de indic. num. 130. Vulpell. cons. 99. n. 2.

23 Vltra quod, vt supra dixi non est verum in facto, quod *N*. litigaret cum patre, & quod verberaretur, & detineretur in Castro N. prout detinebantur *N*. & N.

24 Colloquia cum *N*. sicario, nullum faciunt indicium seu adminiculum non, præexistente capitali inimicitia, & homicidio in continenti post colloquium sequuto, illoque non secreto, sed publicè habito. Ias. in l. 1. num. 31. in 5. limitatione. C. de seru. fugitiu. Marsil. cons. 132. nu. 21. Gabriell. lib. 7. concl. 2. n. 12.

25 Auxilium post homicidium quòd retinuerit *N*. & eius filiam post necem patris in propria domo non afficit *N*. qui tunc minor erat, & sub *N*. fratris cura, vt in summario. n. 26. *N*ec propterea poterat hanc retentionem prohibere. vltra quod non probatur, nisi per criminis prætensos socios, quod tunc *N*. patris necem sciuerit. & ideo data ignorantia nullum ex hac retentione contra ipsum oritur indicium. l. nec ignorans. C. de donationibus, & l. mater decedens. ff. de inoffic. testam. Socin. cons. 159. n. 31. lib. 2.

26 Solutio autẽ scut. 50. facta à N. de ordine *N*. *N*. et *N*. ex eisdẽ rationibus nunc prænarratis non obstat. Tũ quia N. maioris fratris, & eius curatoris ordine, et mandato contradicere non poterat. Tum etiam quia non constat plenè in processu de scientia *N*. quod tunc *N*. parricidium commiserit. et isto casu scientia non præsumptiuè, aut per socios criminis, sed per testes maiores omni exceptione, plenè et concludenter probari debuit. Aym. cons. 103. nu. 7. Boss. in tit. de rapin. num. 29. et seqq. Put. decis. 77. n. 7. lib. 2. Rota coràm Seraphino in Romana Secretariatus 17. Februarij 1592. Et hæc quoad errorem confessionis *N*.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

PRIVILEGIO impressori dato, & pœnam imponenti ei qui sine ipsius licentia libros ab ipso impressos venales habuerit, quando quis contrauenisse dicatur, ad hoc vt pœna priuilegij locum habeat.

SVMMARIVM.

Qualitas quæ delictum facit, probanda est ab accusatore. num. 1.

Præsumptiua probatio sufficit ad exclusionem delicti, & inquisiti absolutionem. num. 2.

Affe-

Affectus seu conatus, effectu non sequuto nulla pœna punitur in delictis non grauibus, & non atrocibus. num. 3. & num. 13

Venales libri dicuntur, quia proprij vsus necessitati non inseruiunt. num. 5.

Venalem rem habere, quando quis dicatur. num. 5. & 6. & 7.

Venalem rem an quis habuerit, statur iuramento habentis. num. 8. & 9.

Animus delinquentis qualis fuerit, probatur iuramento inquisiti. num. 8. & 9. vbi ampliatur hæc conclusio etiam in delictis, de iure communi, & diuino prohibitis.

Quoquomodo vniuersalis dictio comprehendit omnem modum etiam occultum. num. 10. Vbi declaratur hæc conclusio quomodo procedat.

Vniuersalis dictio restringitur ab antecedenti dispositione. num. 10.

Qualitas confessioni adiecta in prohibitis, potest per fiscum scindi. num. 11.

Qualitas confessionis probatur præsumptionibus. n. 12.

Mendacium de se solum, non facit indicium ad torturam, præsertim quando reo non nocuisset si contrarium fassus esset. num. 14.

Identitas rerum probanda est per se fundantem intentionem, quando agitur de imponendo pœnam. n. 15.

Identitas rerum probatur duabus demonstrationibus. num. 16. declara nisi agatur ad pœnam, quia tunc non sufficiunt duæ demonstrationes, nisi concurrant aliæ omnes eiusdem rei demonstrationes, & qualitates. num. 17.

Qualitates plures requisitæ in dispositione pœnali, omnes verificari & probari debent, vt dispositio locum habeat. num. 18.

CONSILIVM CCXXII.

1 PROHIBENT priuilegia, ne libri de quibus agitur, ab aliquo imprimantur, vendantur, aut venalia habeantur, vel proponantur. Quod autem libri non fuerint impressi, nec venditi à *N.* nulla est dubitatio. difficultas consistere solùm videtur in vltima priuilegiorum parte an scilicèt fuerint vt venales habiti, aut propositi. Et quidem cum hæc venalitatis qualitas, sit illa quæ delictum faciat, debuit sine dubio ab accusatore, seu fisco probari. l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui. Boss. in tit. de delict. num. 3. et 4.

2 Sed quod, imò in processu constet *N.* dictos libros non vt venales habuisse ac recepisse, constat apertè primò ex qualitate loci in quo reperti fuerunt, nempè extra eius apothecam, et magazenum, vbi venales libros retinere solet. Secundò, quia non dissoluti, et vt ità dicam sballati, sed inballati, et in farcinulis funibus ligati, eo modo quo sibi transmissi fuerunt, reperti extiterint. Tertio, quia nullibi apparet *N.* eosdem libros ad ligandum tradidisse, seu ligatos vendidisse, aut venales proposuisse. Quarto, quia, vt notum est, Veneti impressores, vt plurimum libros Venetijs impressos Romanis Bibliopolis transmittere solent absque eo quod ad id requisiti fuerint. ex quibus negari nō potest quin saltim oriatur præsumptio, quod dicti libri sic retenti fuerint absque venalitatis qualitate. Et hæc sola præsumptiua probatio sufficit ad exclusionem delicti, et inquisiti absolutionem. Bart. in l. non solum. §. si quis probari. num. 2. et seq. ff. de nou. oper. nunciat. Aym. cons. 2. num. 16. Boss. in tit. de conuictis. num. 59.

3 Verum, etiam dato quod *N.* mandasset, quod sibi ex Ciuitate Venetiarum transmitterentur libri prædicti animo contraueniendi priuilegijs, et sic eos venales habendi, et proponendi, cum tamen hoc non fecerit nulla pœna puniri potest, ex vera illa, et communi Doctorum conclusione, quod quando non sumus in delictis grauibus, et atrocibus, conatus seu affectus, nulla pœna punitur non sequuto effectu. Felyn. in tract. de conatu. col. 2. in fine. vers. Fallit quinto. Gandin. in tit. de pœna reorum. num. 4. vers. Aut non erat. de maleficio atroci. Bertazzol. cons. 123. n. 3. et seq. vbi in terminis dixit in proposito, delictum non reputari atrox quando pro eo non imponitur nisi pœna pecuniaria, et quod propterea isto casu nec extraordinaria pœna infligi potest, et ibi Claud. in addit. vers. In primo casu testatur de magis communi Doctorum sententia. Et quia res ista nullam, ni fallor, patitur difficultatem, et agitur coram sapiente, et integro iudice, hoc ideò vlterius non insisto.

In eadem causa secundum responsum.

4 DIxi, et repeto, quod cum pro parte querelantis non fuerit probatum, quod *N.* libros de quibus agitur, habuerit seu proposuerit venales, minus quod vendiderit, iure propterea non poterat contra ipsum agi ad pœnam pro priuilegij contrauentione. cum deficeret qualitas in contrauentione, et priuilegio requisita. Quibus non obstent ea, quæ nunc longo sermone (eruditè tamen) ex aduerso deducuntur quia.

5 Dū primò dicitur, libros in domo sororis ipsius *N.* inuentos esse venales, quia proprij vsus necessitati non inseruiunt, ex Bart. in l. diuus. ff. de bonis donatorum, cum alijs ex aduerso allegatis, transeat. ergo *N.* eos venales habebat, nego consequentiam. quia apud aliquem res aliqua potest esse venalis, et tamen is apud quem illa res reperitur, eandem rem venalem non habere dicatur text. expressus, et ibi notant omnes in l. 1. C. de rerum permutatione. vbi ad litteram probatur, quod

quod fundum, seu possessionem, quæ de sui natura venalis est, possit quis eam venalem, et non venalem habere.

6 . Tunc autem quis rem venalem habere dicitur, quando aut eam vendendam exponit, secundùm Butrigar. in d. l. 1. in princ. Bar. etiam in princ. et Salycet. in princ. et num. 1. Aut vendendi propositum, et intentionem habebat, et sic vendere destinauetat, vt benè declarat Glos. in d. l. 1. in figuratione casus ante finem. vers. vel dic. & in verbo comparauit, & ibi etiam Bald. num. 7. vers. Reuertamur, & Alberic. post num. 1.

7 . Imò secundùm Bellapertic. in d. l. 1. col. 1. in princ. & col. 2. ad finem. vers. verbi gratia, tunc quis rem venalem habere dicetur, quando interrogatus an eam velit vendere, responderit se eam vendere velle. Sed sic est, quod N. libros prædictos, nec venales exposuit, nec eos vendendi vnquam intentionem, aut propositum habuit, nedum quod dixerit se eos vendere velle. Ergò quod venales eos non habuerit omninò dicendum est.

8 Et licet hæc venalitatis qualitas, quod scilicèt N. libros vendendi intentionem, & propositum haberet, vt aliàs dixi, esset ab aduersario probanda, attamen quod de hoc stare debeat eius iuramento probat tex. in l. si duo. §. item Iulianus. & §. fin. ff. de iureiuran. Glos. in cap. significasti. il primo, in verbo si est ita. & ibi Anan. n. 4. Anchar. in 3. notab. Butr. n. 2. Abb. in fin. Felyn. col. 1. vers. in glos. 3. extra de homicidio. item glos. in l. 1. in verbo animo. C. de sicarijs. Decian. cons. 93. num. 95. lib. 2. Anchar. Regiens. quæst. 73. n. 7. & seqq. par. 1. Card. Tusc. pract. concl. in verbo iuramentum concl. 531. num. 1. Mascard. de probation. lib. 2. concl. 904. n. 18.

9 Qui omnes loquuntur etiam in delictis de iure communi, imò & diuino prohibitis, prout est furtum, homicidium, & similia. ergo multo magis in casu prætensionis librorum à iure communi non prohibitæ, & in quo multæ pro iuramento concurrunt præsumptiones, de quibus aliàs dixi, & hic repetere non est necesse.

10 Dum secundo ex aduerso ponderatur dictio, quoquomodo, quæ vniuersalis est comprehenditque omnem retentionis modum, & sic etiam, occultum, ad scripta per Gemin. in cons. 29. nu. 2. & 3. Ruin. cons. 98. n. 11. lib. 2. cum alijs allegatis. Responsio est facilis, & motiuum benè intraret, nisi vniuersalis hęc dictio quoquomodo retentionis librorum haberet antecedentem restrictiuam, venalitatis librorum, & sic dummodo N. eos venales haberet. ad Bart. in l. quisquis. ff. de legat. 3. Cephal. cons. 58. num. 12. lib. 1. Ofasc. decis. Pedemont. 68. n. 8. & 147. n. 16. Et ideo non probata qualitate prędicta, cessat pœnalis dispositio. Clar. in pract. §. fin. q. 85. vers. vbi agitur.

11 Dum tertio fit fundamentum in confessione N. dicentis, sororis depositionem esse veram, & verum etiam esse quod habebat dictos libros sibi à mercatoribus Venetis transmissos, ipso tamen non requirente, & quod propterea cum fateatur delictum & id quòd est de genere prohibitorum, incumbat sibi onus probandi adiectam qualitatem & negatiuam, quod scilicet libri prædicti fuerint ipsi non requirenti transmissi. ad Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsiuit. n. 2. ff de liberatione legata. cum alijs allegatis. Respondetur quod licet N. fateatur tales libros sibi à mercatoribus Venetis transmissos, non tamen dicit, nec fatetur eos recepisse, habuisse, vel retinuisse venales, & sic non est verum quod fateatur quid prohibitum, aut delictum, & consequenter quod teneatur probate adiectam confessionis qualitatem.

12 Et nihilominus cum, vt aliàs scripsi, adsint pro N. plures præsumptiones quod dictos libros non retinuerit venales, satis ex præsumptionibus prædictis censebitur probata qualitas confessionis. Gabriell. lib. 7. concl. 19. nu. 14. Vulpell. cons. 94. n. 10. Triuisan. decis. crimin. 46. n. 16. lib. 2. Bertazzol. cons. 27. n. 10. in fine, & seqq.

13 Et amplius prout pariter scripsi, dato millies quod N. dictos libros acceptauerit animo ipsos venales habendi, cum tamen venales non habuerit, nullam incurrit pœnam, cum agatur de leui delicto non prohibito iure communi, & in quo nonnisi pecuniaria pœna imponitur.

14 Dum quarto allegatur mendacium N. quod primò negauerit habere dictos libros, & postea fassus fuerit. Nescio quidem quomodo ex hoc mendacio possit ex aduerso prætendi aliqua condemnatio in pœnam contrauentionis priuilegij, cum, secundum magis cõmunem Doctorum sententiam, mendacium de se solum, nec quidem ad torturam sufficere dixerint. Clar. in pract. §. final. q. 21. vers. mendacium decis. Pedemont. 79. n. 17. Menoch. de præsumption. lib. 1. q. 79. n. 78. Honded. cons. 107. n. 50. lib. 1. Et tamen retorquendo ex aduerso scripta, hoc prætensum mendacium N. nihil obesse potest, postquàm si à principio fassus fuisset prout modo fassus est, in nihilo sibi præiudicasset. Marsil. cons. 15. n. 15. vers. Præterea etiam respondeo, & cons. 51. num. 66. vers. sed istis respondeo, cum alijs per Mascard. de probation. lib. 2. concl. 1040. n. 3. & seqq.

15 Dum quinto adducuntur partitæ librorum N. in quibus asseritur ab ipso vendita fuisse officia diuina, & breuiaria monastica in 32. & propterea ipsum reddi conuictum ex proprijs suis libris. Ex facto tollitur hæc difficultas, quia non est verum prout præsupponitur, quod huiusmodi officia monastica in 32. sint illa solum, quæ habent priuilegium, & quæ Venetijs sunt impressa, cum veritas sit, quod in hac eadem forma, & in Vrbe, & etiam

etiam Venetijs sunt impressa huiusmodi monastica officia non prohibita, & ante priuilegium concessum aduersario, prout hodie horum librorum extant apud omnes librarios integræ bailæ. Ideo non probata identitate librorum prohibitorum cessat omnis actio. cũ certi iuris sit, quod qui se fundat in identitate, illam probare debet, præsertim quando agitur ad pœnam. Abb. in cap. cum Ioannes, col. final. post num. 16. in fin. de fi. le instrum. & ibi etiam Card. Zabarell. n. 3. vers. Ex ijs infertur. Aym. conf. 294. nu. 2. Bertazzol. conf. 33. n. 8. Card. Tusc. pract. conclus. in verbo identitas concl. 3. num. 29. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. num. 9. & 10. & lib. 6. præsumption. 15. num. 17.

10 Nec obstat quod dicatur, identitatem librorum esse probatam ex nomine, ex fama, & pretio cũ tamen duæ solæ demonstrationes sufficerent. Alex. conf. 103. num. 3. lib. 7. Surd. conf. 44. nu. 2. lib. 1. Imò ad probandam identitatem qualis sufficiat probatio, Siluan. conf. 103. in fine. & conf. 57. num. 10. Nam vltra quod non est verum, quod conuincat identitas pretij, quia non probatur aliquod pretium determinatum in vno libro potius quam in alio, & vt experientia docet pretia rerum mutantur secundum qualitatem temporis & personarum, prout, vt etiam supradixi, non est verum quod illa forma in 32. applicetur solum libris prohibitis, & habentibus priuilegium, et sic nullas prorsus conuenire demonstrationes verius dici potest.

17 Et tamen quando agitur ad pœnam, non est vera illa conclusio, quod rei identitas probetur ex duabus demonstrationibus, quia tunc nisi omnes rei demonstrationes & qualitates concurrant, rei identitas probata non censetur. Alex. conf. 35. in causa, & lite. n. 2. & seqq. lib. 2. Card. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. demonstratio. num. 2. ff. de condit. & demonstrat. Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumption. 15. num. 31. Mascard. de probation. lib. 2. conclus. 874. num. 5. Cardin. Tusch. pract. conclus. in verbo identitas conclus. 4. num. 15. & 16.

18 Et facit alia conclusio, quod vbi in dispositione, præsertim pœnali, requiruntur plures qualitates, tunc non sufficit probare vnam qualitatem, sed æquè omnes probandæ sunt. Alias pœna non intrat, ex alleg. per Iacob. Nouell. reg. 165. & per Anchar. Reg. conf. q. 9. n. 7. par. 1. Quare nihil superesse video, quod N. absolutionem iure impedire valeat.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

MATRIMONIVM ab impubere contractum, an & quando per superuenientiam pubertatis, conualescat sine nouo consensu? Et an etiam, & quando, & ex quibus huiusmodi consensus præsumatur? Quomodo, & coram quo præstari debeat? Et an liceat à dicto matrimonio recedere etiam sine causa, adueniente pubertate.

SVMMARIVM.

Matrimonium si fuerit nulliter contractum propter ætatem contrahentium, mulier facta pubes potest sine causa à marito recedere. num. 1.

Matrimonium factum inter impuberes, resoluitur in sponsalia de futuro. num. 1.

Sponsalia non transeunt in matrimonium per cohabitationem, amplexus, & huiusmodi actus tacitos absque copula subsequuta. num. 1. 2. & 3.

Alius verbum intelligitur de simili, & æquipollenti. num. 2.

Contradictione declaratur, consensum in actu non interueniſſe. num. 3.

Voluntas expressa facit cessare tacitam. num. 3.

Matrimonium inter impuberes contractum, indiget nouo consensu post impubertatem. num. 3. in fin.

Ratificatio actus nulliter gesti, requirit omnes solemnitates quæ in ipso actu conficiendo requirebantur. num. 4.

Matrimonij ratificatio, requirit easdem solemnitates quæ requirebantur in illo contrahendo. n. 4.

Matrimonium inter impuberes contractum, ex nouo consensu incipit conualescere à tempore pubertatis, & non antea. num. 4.

Solemnitates matrimonij, debent vnico contextu in ipsa actus celebratione interuenire. num. 5. vbi & idem in ratificatione matrimonij nulliter contracti inter impuberes.

CONSILIVM CCXVI.

1 
NDVBITATI iuris est, matrimonium cum D.N. contractum, fuisse nullum impediente ætate. cap. vnico. §. idẽ quoque. de desponf. imp. lib. 6. c. 2. c. continebatur, & vbique DD. extra eodem. ideoq; ipsa facta pubes potest ab eo matrimonio recedere, etiam sine causa. Corn conf. 116. col. 1. vers. Et quando contrahit. vol. 3. Couarr. in epit. 1. par. c. 5. §. 1. n. 1. non enim conualuit matrimonium ex superuenienti pubertate, cum nec nouus consensus, nec carnalis copula interuenerit, ut requiritur per tex. in d. §. idem quoque. Nam prætensa cohabitatio, uel suffragatur, quia cum matrimonium illud impuberis resolutum sit in sponsalia

salia de futuro d. §. idem quoque. & not. Couarr. in epit. 1. par. c. 3. nu. 2. succedit communis conclusio, quod sponsalia non transeunt in matrimonium per cohabitationem amplexus, & huiusmodi actus tacitos, absque copula subsequuta. cap. fin. & ibi Doct. omnes. de sponsal. cap. 1. vbi Innoc. in verbo complexata. de matrim. contrah. con. interd. eccles. Calder. cons. 2. de sponsal.

2 Et hoc dicendum tam in sponsalibus de futuro, quam in sponsalibus de præsenti resolutis in futura ob minorem ætatem, vt rectè comprobat Couarr. in epit. 1. par. cap. 4. §. num. 4. Quod clarè colligitur ex dicto. §. idem quoque. dum dicit ad præsumendum consensum matrimonialem, requiri copulam, vel alium modum, nam per verbum illud, alium, intelligendum est de modo simili, & æquipollenti cum modo copulæ expresso. iuxta glos. fin. & Doct. in l. si fugitiui. C. de seru. fugit. Negari autem non potest, cohabitationem & huiusmodi tacitos actus, non esse æquipollentes copulæ ad inducendum consensum matrimonialem. iuxta trad. per Doct. in d. l. fin. de spons. dum concludunt, traductionem ad domum, habitationem, amplexus, & similia, non efficere vt sponsalia transeant in matrimonium, nisi carnis copula interueniat.

3 Accedat secundo loco, quod ex cohabitatione arguitur consensus, quando copula saltem præsumptiuè interuenit, vel potuit interuenire, quæ ex cohabitatione præsumitur, & ex ea per consequens oritur præsumptio consensus matrimonialis, secus quando constat copulam verè non interuenisse, vt in casu nostro præsupponitur. tunc enim ex sola cohabitatione non potest argui consensus ad matrimonium, vt declarat Alc. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 38. n. 2. sed quicquid sit de effectu copulæ, omnis cessat difficultas, quia cum per testes probetur, vt creditur, quod N. contradixerit, & continuo reclamauerit contra prætensum matrimonium, non potest à cohabitatione præsumi consensus, eum contradictio declaret illum deesse. c. cum M. de constit. l. at si quis. §. plerique. de relig. & sump. funer. Et voluntas expressa facit cessare tacitam, & præsumptam. Aym. cons. 32. n. 2. & cons. 92. n. 3. Deficiente ergo consensu non conualescit matrimonium ob superuenientiam pubertatis, cum requiratur perseuerantia impuberis in eadem voluntate. vt est tex. in d. c. vnico. §. idem quoque. Nec sufficit consensus in impubertate præstitus, sed alio nouo consensu opus est ad matrimonium inducendum. gl. in d. c. vnico. in princ. in verbo conualescit. gl. in c. non firmatur. vers. vel dic generaliter. de reg. iur. in 6. Abb. in c. 1. n. 2. de frigid.

4 Postremò esto, quòd N. facta pubes consentiendo ratum habuerit matrimonium antea nulliter contractum ratione ætatis, hæc tamen ratihabitio per solum consensum non sufficit ad validitatem matrimonij, cum non interuenerit præsentia parochi, & aliæ solemnitates requisitæ per Sac. Conc. sess. 24. c. 1. de reform. quæ hoc casu debuerunt interuenire, cum in ratihabitione actus nulliter gesti requirantur omnes eædem solemnitates, quæ in ipso actu conficiendo requiruntur. Rom. cons. 12. n. 6. Dec. cons. 282. n. 6. vers. cũ ergo & cons. 532. n. 2. Bar. in l. hæredes palã. §. sed si quid. n. 4. ff. de testam. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 10. n. 57. & 90. vers. At eadẽ. Et in specie quod eadẽ solemnitas, quæ requiritur in matrimonio contrahẽdo, requiratur in eo reparando si annullatũ fuit, est tex. in l. sicut proposuis. la 2. & ibi not. Bal. Sal. & alij C. de nupt. Non enim dici potest ratihabitionem retrotrahi ad solemnitatem, quæ interuenit tẽpore impubertatis. quia matrimonium non retrotrahitur ad illud tempus, sed ex nouo consensu incipit cõualescere, vt ex nunc à tẽpore pubertatis, & ratihabitionis, non à tẽpore contractus. gl. in d. c. non firmatur, vers. probatur hoc. de reg. iur. in 6. Abb. in cap. ad Id. n. 1. in 1. notab. de sponsal. Cum ergo Sac. Cõc. in præcit. loc. dicat, interuentũ Parochi cũ alijs solemnitatibus requiri in matrimonio cõtrahendo, & sic tẽpore quo contrahitur matrimoniũ debuit hæc forma interuenire tẽpore prætẽsæ ratihabitionis inductæ per superuenientiã pubertatis, cum tunc dicatur matrimoniũ contrahi ex nouo consensu. vt per gl. & Abb. præalleg. ante pubertatẽ, aut nõ dicitur matrimoniũ d. c. vnico. §. 1. de despons. impub. li. 6. Et per consequens cũ tunc non conueniant verba Conc. non debet etiã cõuenire dispositio. l. 4. §. toties. de dam. infect. cũ vulg.

5 Confirmatur, quia solemnitates omnes debent vnico contextu in ipsa actus celebratione interuenire. Bal. in l. obseruare. §. post hæc. in 2. lect. ad fi. vers. quia omnis. ff. de off. procons. & leg. Cũ ergo ex dispositione Concilij ad matrimoniũ requiratur consensus mutuus contrahentium, & præsentia parochi cum alijs solemnitatibus, sicut ad validitatem matrimonij in impubertate contracti requiritur consensus nouus post pubertatem. gl. in d. c. vnico. cum alijs sup. adductis, ita eodem tempore eodemq. contextu requiritur solemnitas Parochi cum alijs requisitis. Quare &c.

ARGVMENTVM.

ADVLTERIVM committens cum muliere, cui viuente marito fidem dedit de illam ducendo in vxorem marito mortuo, an post mortem mariti possit cum ea contrahere matrimonium? Et an machinatio mortis mariti, facta per vnum tantùm ex adulteris, impediat matrimonium contrahi? Et an etiam filij post matrimonium nati

nati sint legitimi? Et quando ex cursu temporis præsumatur dispensatio? Vel ea sit probanda? Et à quo.

SVMMARIVM.

Matrimonium contractum cum muliere, cum qua fuit commissum adulterium viuente viro sub promissione de illam desponsando post mortem viri, nullum, & inualidum est, n. 1. vbi tamen secus quando vltra adulterium viuente viro non interuenit promissio prædicta.

Matrimonium inter adulteram & adulterum, qui illius virum occidi fecit, vt vxorem in matrimonium habeat, nullum & inualidum est, & in hoc sufficit alterius tantum ex adulteris machinatio, n. 2.

Filij nati post matrimonium conntractum inter adulteros, qui machinauerunt mortem primi viri, non dicuntur legitimi, sed spurij, & nati ex prohibito matrimonio. num. 3.

Dispensationem matrimonij allegantiꝫ illam probandi onus incumbit. num. 3.

Dispensatio matrimonij ad effectum probandi legitimitatem filiorum, non præsumitur nisi lapsu centum annorum. n. 4.

Tolerantia non dicitur præsumi ab ignorante defectum. num. 5.

Filij nati ex illicito matrimonio, coniugibus in mala fide existentibus propter scientiam impedimenti matrimonij, non sunt legitimi, nec legitimati, etiam quo ad succedendum eis. n. 6.

Matrimonium non censetur probatum ex publica voce, & fama orta ex tractatu coniugum in mala fide existentium, & scientium impedimentum matrimonij. num. 6.

CONSILIVM CCXXIV.

1 RESPONDEO, si probetur quod N. commisit adulterium cum N. viuente eius marito, & præterea fidem ei dedit de ea ducenda in vxorem post mortem mariti, non potuit cum ea etiam mortuo marito, contrahere matrimonium, & contractū non valet. c. fin. & ibi gl. Abb. n. 1. Ant. Butr. n. 2. 4. & 8. & alij, de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult. cap. 1. & ibi Abb. n. 3. vers. idem per omnia, & ibi etiam gl. in verbo fidem dederat, & Ant. Butr. n. 2. Abb. n. 1. eod. tit. Abb. in c. super hoc. num. 2. eod. tit. Licet enim adulterium solum sine fide de contrahendo, & fides sola de contrahendo sine adulterio non impediant matrimonium cum adultera, secus tamen si ambo concurrāt. DD. in dictis locis. & c. illud verò 31. q. 1. Fides autem sola, & simplex de contrahendo absque iuramento, sufficit ad impedimentum. Ant. Butr. in d. c. significasti. num. 7. Et licet vir dicat se non habuisse animum contrahendi cum ea cui fidem dedit de contrahendo, tamen impeditur eam ducere, quia lex ponderat factum. Ant. Butr. ibid. num. 8.

2 Preterea si probatur, vt in facto narratur, quod N. commisit adulteriū cum N. & propterea machinatus est in mortem eius mariti, imò eum occidi fecit, non potuit cum N. mortuo marito contrahere matrimonium. c. si quis viuente. c. illud verò. 31. q. 1. c. super hoc. & ibi Abb. n. 1. 2. & 3. vbi dicit quod sufficit machinatio alterius tantum ex adulteris. & ibi Ant. But. nu. 1. in 2. not. de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adulr. c. significasti. & ibi Abb. n. .. dicens matrimonium postea contractum cum adultera non tenere. eod. tit. c. 1. & ibid. Abb. n. 3. ad finem, vers. si verò. & Ant. Butr. n. 2. eod. tit. Et hæc machinatio mortis cum adulterio, impedit matrimonium contrahendum cum adultera, & dirimit contractum. Abb. in d. c. super eo. n. 3. vers. vlt. not. & Ant. Butr. in 1. not. & quod sufficit machinatio alterutrius tantum, puta adulteri, tenent Doct. vt per Ant. Butr. in d. c. significasti. num. 6.

3 His ergo casibus matrimonium non tenuit, & filij etiam post matrimonium huiusmodi nati non sunt legitimi, sed spurij. c. cū haberet. & ibi Abb. nu. 5. cum seqq. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adulr. & Ant. n. 6. & filiorum procreatio non est causa concedendæ dispensationis. tex. in d. c. cū haberet. & ibi Ant. Butr. nu. 8. ad med. vers. obstat quarto. Abb. n. 6. cum seq. Nam filij nati ex matrimonio prohibito illegitimi sunt. Put. lib. 3. decis. 140. Palæott. decis. 25. Quod si dicti filij allegent dispensationem patri concessam de eo matrimonio contrahendo, ipsis eā allegantibus incūbit onus eam probandi l. 2. ff. de probat. cū vulg.

4 Nec dicatur, quod ob diuturnitatem temporis circiter 50. annorum, & quia coniuges fuerunt in matrimonio, præsumi debeat dispensatio. quia dispensatio ad matrimonium etiam ad legitimationem probandā, nō præsumitur nisi ad minus adsit diuturnitas centum annorum. Rot. Rom. coram Palæot. decis. 251. incip. fuerat contractum matrimoniū in manuscrip. qui loquitur in fortiori casu quā sit noster. Nempe vbi vltra tempus 90. annorū aderat supplicatio signata super dispensatione matrimonij, & mandatum de dispēsando. Item dispensatio contrahendi cū adultera, & stante fide de ea ducēda, & morte mariti machinata per contrahere volētes, videtur insolita concedi, nec præsumitur ex diuturnitate temporis etiam ad legitimandam prolem. Rot. coram Put. lib. 3. decis. 140. incip. in 5. Colonien. legitimitatis. ad med. vers. Deinde 12. Octobris. & decis. 257. in causa Colonien. illegitimitatis. vers. Secundo dicebatur.

5 Præterea, dispensatio ex cursu diuturni temporis præsumi potest data tolerantia superioris, at in

L casu

casu nostro Papa, qui nesciuit defectum inter illos contrahentes non potest dici, quod tolerauerit. ideo non potest præsumi dispensatio ita in dispensatione matrimonij. Put. d. decis. 140. in fin. vers. item Decius.

6 Nec obstat, quod per 40. annos reputati sunt pro coniugibus, & fama publica, quod inter eos esset matrimonium. quia cum ipsi coniuges essent in mala fide, scientes impedimentum contrahendi ex proprio adulterio, & morte mariti per eos perpetrata, dispensatio non potest præsumi, & filij eorum non dicuntur legitimi, seu legitimati, etiam quo ad succedendum eis. Put. d. decis. 140. vers. deinde 12. Octobris. Idem Put. latè eod. lib. 3. decis. 244. In causa Colonien. legitimitatis. facit idem Put. decis. 251. lib. 3. nam publica vox, & fama de matrimonio orta fuit ex facto eorum ex quo pro coniugibus se ad inuicem habebant, & videntes eorum tractatum coniugalem poterant credere, quod non essent adulteri, vel si id scirent, quod matrimonium esset cõtractum ex dispensatione Apostolica. vnde hæc fama & publica vox, ob factum contrahentium non potest purgare eorum malam fidem. Put. d. decis. 244. in fin. vers. Non obstat publica vox. Idem quod non sufficiat publica vox & fama, de legitimo matrimonio, & quod habiti, & reputati sint pro legitimis coniugibus, & filij eorum habiti pro legitimis filijs, etiam cum cursu 30. & vltra annorum, tradit Put. lib. 3. decis. 257. in causa Colonien. legitimitatis. sic non sufficiunt testes deponentes se audiuisse, quod dispensatio super matrimonio fuit. Put. d. decis. 257. ante fin. vers. non obstantibus, & in prin. in præsuppositis &c.

ARGVMENTVM.

POENA confiscationis bonorum pro parricidio imponi non potest, quando filius Patrem occidens, illius hæreditate priuetur. & quid si non occiderit, sed illius mortem sciuerit, & non reuelauerit. quibus verbis censeatur in parricidio datum consilium: seu auxilium, & quando ratificatio habeat vim mandati.

SVMMARIVM.

Parricidij pœna confiscationem bonorum non meretur, nisi postea parricida de parricidio accusatus sibi ipsi mortem consciuerit. num. 2.

Assassinium non committitur sine promissione, aut datione pecuniæ. num. 3.

Parricidij pœna est, vt parricida paterna hæreditate indignus sit. num. 5.

Parricidium futurum sciens & non reuelans, pœna relegationis punitur, num. 5. licet alij contra num. 6. quod intret pœna ordinaria.

Pœna indigni non habet locum, nisi in casu à iure expresso. num. 7.

Consilium, auxilium, seu mandatum, delicto datum non censetur per hæc verba, che faccia quel che li pare. *num. 8. & seqq.*

Consilium dare dicitur is, qui persuadet, inflammat, instigat, hortatur, instruit, delictum laudat, & his similia. num. 9.

Auxilium verbis solis non dicitur datum, nisi aliquod factum interueniat. num. 10.

Mandatum dicitur datum ex verbis imperatiuis, rogatiuis seu optatiuis, & non alijs. num. 11.

Consensus delicto non dicitur præstitus per verba collata in arbitrium delinquentis. num. 12.

Consentire delicto non dicitur quis, nisi vtatur verbis importantibus consilium, aut auxilium. num. 13.

Indignus est hæreditate Patris defuncti, qui in illius morte aliquam habet culpam. num. 14. declara, vt num. 15. & seqq.

Filius medicum non adhibens in infirmitate Patris, illius hæreditate, si moriatur indignus est. n. 15.

Minores restituuntur, imò absq; restitutione excusantur in delictis, quæ consistunt in omittendo, vel etiam in delictis culpa commissis. n. 16. & seqq.

Minores excusantur à pœna indigni, in his quæ in omittendo consistunt. n. 18.

Ratificatio delicti inducitur non solum verbis, sed etiam facto cum actibus positiuis, de quibus. n. 19. declara, vt n. 20.

Ratificatio delicti habet vim mandati. n. 19. in fine.

Ratificatio delicti non habet vim mandati, quando delictum nomine ratificantis commissum non est. num. 21. & 22. vbi amplius, quod nisi sit expressè ratificatum tanquam nomine ratificantis commissum, ratificatio non habet vim mandati.

CONSILIVM CCXXV.

1 R. Pater. Si confessio N. vt aliàs scripsi est euidenter nulla, tũ defectu corporis delicti, tũ quia per suggestionem extorta fuit, tum etiam quia erronea, absque dubio nec pœnam confiscationis aut ablationis bonorum, nec vllam prorsus aliam merebatur pœnam, ex iam allegatis. Verùm præmissis pro nunc sine veritatis præiudicio circũscriptis, & præsupposita ipsius confessione valida (prout non est) adhuc quo ad pœnã confiscationis, seu ablationis bonorũ, propositum dubium negatiuè resoluendum esse existimaui.

2 Et quo ad confiscationem, dato quod N. proprijs manibus Patrem suum occidisset (prout non occidit,) confiscationis bonorum pœnam, nisi sibi ipsi postea de parricidio accusatus mortẽ consciuisset nõ meretur, tex. est in l. parricidij & ibi notat glos. 1. in figuratione casus & in verb postulatus & in uerb. quem noluit. & Ang. ff. ad l. Pompeiam.

peiam de parricid. Cephal.conf.79.n.6. & seqq. iuncto.n.22. & seqq. Decian. in tract.crim.lib.9. c.14.n.3. & c.15.num.37. Quicquid secus apud eum de consuetudine seruari dixerit Iodoc. in prac.crim.c.87.in tit.de parricid.num.3.in fin.& Menoc.in addit.ad casum 356.n.121. dixi in mea pract.crim.q.120.nu.16.& optimè facit text.in auth.bona damnatorum. C.de bon.proscript.

3 Non obstat si dicatur, quod intret confiscatio bonorum ex capite assassinij, nam quicquid fateantur N.& N.N. nihil fatetur dedisse, aut promisisse N. vt Patrem occideret,& ideò quo ad N. cessat qualitas assassinij, quod sine promissione, aut traditione pecuniæ committi non dicitur. Paris. conf.166.n.3.lib.4. Capic.decis.153.n.16. ad fin. Decian. in tract.crim.lib.9.cap.30.n.1.in princ.Gabr.conf.170.n.7.lib.1.

4 Quod verò attinet ad pœnam ablationis ab indigno, in facto crederem maximè considerandū, quod N.non fatetur Patrem occidisse, aut de occidendo tractasse, consilium, aut auxilium dedisse, sed solum patrandum parricidiū sciuisse,& non reuelasse prout tenebatur, vt patet ex eius confessione, dum in substantia dicit. *N. diße à N.N. & à me, che voleua ammazzare N. nostro Padre, perche l'haueua toccato all'honore, l'haueua cacciato dalla N.& N. restaua mal sodisfatta del detto nostro Padre, che la teneua restretta,& che N. voleua che se fuße fatto con consenso nostro, cioè di N.N.& me,& che noi lo sapessimo prima che si facesse,& che fussemo ben contenti,& che però era venuto à N. ad intendere la volontà nostra,& detto N.N. & io, li dicessimo che facesse quello che gli pareua.*

5 Et ideò licet Patrem interficiens, seu in huiusmodi parricidio, consilium auxilium aut mandatum præstans, paternæ hæreditati indignus sit, ad tex.in l.cum ratio.§.fin.& ibi glos.Bar.& Alber.ff. de bon.damn.& in l.huius. ff. de iure fisci. & in l. sororem.ff.de his quib.vt indign.Doct.communiter in l.hæreditas.C. eodem. Quando tamen non occidit, nec ad occidendum, consilium auxilium aut mandatum dedit, sed solum sciuit, & non reuelauit, illi à iure statuta est certa pœna videlicet relegationis.tex.est in l.2. ff.ad l.Pompeiam de parricid. Qui in puncto loquitur de fratre sciente sui fratris tractatum de occidendo communem Patrem.& ibi gl.1.in fin. Alber.in l.Verum.n.1.& n.3.ff. eod. Alc.in l.bona fides. n.4. ff.de reg.iur. Felyn.in c.1.n.4.vers. fallit 3. ff.de off.deleg. vbi quod ita tenent gl. & omnes Doct. Abb.ibidem post n.5.vbi pariter testatur de communi. Gig.de crim.læs.maiest.tit.vlt.q.2.post n.1.& seq.Rolan. conf.88.n.6.li.2. Hond.conf.96.n.27.& seq.li.2.

6 Et licet quod imò pro sola scientia & non reuelantia, intret pœna non relegationis, sed ordinaria parricidij pęna voluerint plures alij Doctores qui in hac controuersia circūferuntur, opinio tamen negatiua communiter recepta videtur ex alleg.per me in pract.crim.tit.de homicid.q.120. n.153.& seq. Quos hic referre ab re alienum putaui, ne allegationum multitudine purgatissimas Dominorum meorum aures offendam.

7 Et ideo cum in puncto scientiæ,& non reuelantiæ, habeamus pœnam iuris expressam, nēpe relegationis, non est vlterius tractandum de pœna indigni, quæ, vt notum est, locum non habet, nisi in casu à iure expresso,& specificato. Alex. in l.non oportet ante fin. vers. non mirum. C. de his quibus.vt indig.Barbat.conf.8.n.7.vers. Capio nunc secundum. Ruin.conf.123.nu.6.lib.4. Rom.conf. 145.in 4.dubio.n.7. Peregr.de iure fisci.lib.2.tit. 2.rubr.de indignis.n.2.

8 Et quod N. in sua confessione ad occidendum Patrem non dederit consilium, auxilium, seu mādatum N. sicario, dum requisitus ab N. de eius consensu aliud non respondit, vt supra nisi *che facesse quello che li pareua*, videatur in terminis cōs. Hippol. Rimin. 310.num.1. iuncto.nu.26.lib.3.

9 Consilium enim per verba prædicta non dedit, quia ex illis ad occidendum Patrem nō persuasit N. non inflammauit, non instigauit, non hortatus est, nec aliquo modo instruxit, delictum non laudauit, nec aliquam inde futurā vtilitatē prædixit, ex quibus ipse N. facilius ad occidendū Patrem moueri potuerit. nisi enim hæc aut similia verba interueniant, inde consiliū datum non dicitur. ad tex.in l.in furti. §.ope vers. consilium. ff.de furt. horant cōmuniter Canonistæ in c.sicut dignū.extra de homic.Bar.in l.qui seruo.§.si duo.in fi.ff.de furt.Bal.in l.ob hæc verba.n.2. ante fi.vers.vnde si tu volebas occidere hominem. ff. de his qui not. infam.Ang.conf.22. Pro decisione quæstionis.n. 1.& seq. Mayner.in l.consilij. nu.5.ff.de reg.iur. Boss.in tit.de mandat.ad homicid. nu.60. vers. Et aduerte,& seqq.Hipp.Rimin.conf.310.n.13.cum alijs pluribus qui adduci possent.

10 Minus per verba prædicta, auxilium, aut opem aliquā dicitur dedisse. Solis enim verbis nisi factū aliquod interueniat, auxiliū propriè datū non dicitur, vt probat tex.in d.l. in furti. §.ope vers.consilium.ff.de furt.Bar.in l.non solum.§.si mandato. n.22.ff.de iniur.Bal.in l.1.n.6.C.de seru.fug.Ang. de malef.in verb.Et sempronium mandatorem.n. 45.in fi. vers. & bene & diligenter aduerte, & ibi August.in addit. Bertaz.conf.62.n.1.lib.1.

11 Et multo minus ex iisdē verbis dici potest datum mandatum, cùm verba prædicta nullo pacto dici possint imperatiua, rogatiua, seu optatiua, quibus & non alijs mandatū contrahitur. l.1. ibi siue volo, siue mando, & vers. item siue rogo. ff. mand.Bal.in l.1.n.9.in fi.vers. Et probat mandatum.& n.10.C.de seru.fug. Aug. ad Ang.de malef.vbi sup.in verb.Et sempronium mandatorem. n.1.& n.2.Boss.in tit.de mand.ad homicid.n.48.

post med.Iacob. Ayrer.de homicid. par.2. nu.47. vers. probatur autem mandatum.

12 Et demum, quod ex verbis prædictis collatis in arbitrium *N.* videlicet, *che facesse quello che gli pareua*, nec etiam videatur parricidio præstitus consensus aliquis, saltim specialis & expressus, prout in criminalibus requiritur.vt per Bal.in l.fi. §.necessitate post n.23.C.de bon.quæ liber. patet quia, ad hoc vt consensus dicatur specialis & expressus, necesse est vt quis expressè dicat consentio, sum contentus, aut simile verbum. Bald. ibidem n.17. in fin.vers.item dico. Viu.opin. 113.n. 17.& seq. post Bal.& Ang.in locis per eũ relatis.

13 Imò quando agitur de imponẽdo consentienti eandem pęnam quæ imponitur agenti,prout agitur in casu nostro, tunc non dicitur quis consentire nisi vtatur verbis consilium aut auxilium importantibus.Cæpoll.cons.34.n.22. Paris.cons. 152.n.39.& seq.lib.4. Osasc.dec.Pedem.80.n.6. Mascar.de probation.lib.2.concl.1139.n.10.Cessante itaque auxilio,consilio,mandato,& consensu N. in necem Patris, cessat vtique ex sola scientia, & non reuelantia,omnis indigni pœna.

14 Nec obstat si dicatur,quod *N*.negare non potest, non reuelando mortem Patris, prout reuelare tenebatur, habuisse aliquã culpam in eiusdem Patris nece, & quod propterea ex hac culpa, illius hæreditate indignus efficiatur.ad tex.in l.indignum, cum alijs concordantibus iuribus ibi per Glos. adductis.ff.de his quibus vt indign.

15 Primo enim huic obiectioni dici potest, quod tex. ille non videatur generaliter intelligendus in omni culpa in omittẽdo, quã filius habet in morte Patris, sed in ea tantum quæ consistit, aut illi non adhibendo medicum,aut adhibendo sed imperitum, aut eidem necessaria non subministrando,prout sic illum text.benè ibi declarat gl.& ita etiam declarat alia glos.in auth. vt cum de appellatione cognoscitur. §. causas vers. Si vnum de prædictis in verbo neglexerint. & Bellapert. in l. hæreditas. col.2. in princ. vers. Et interpretatur. C.de de indign.Cum enim, vt supra probaui,pœna indigni non habeat locum nisi vbi expresè, & specificè à iure imposita reperitur, hoc ideò sub generali nomine culpæ non debet contineri. per regulam, quod in generali sermone non veniunt ea,quæ speciali nota,& expressione digna sunt.

16 Secundo, & in omnem euentum tollitur obiectio, quia etiã dato quod haberemus iura expressa imponentia pœnam indigni filio scienti, & non reuelanti futuram Patris necem, adhuc minorem non cõprehenderent. quia in delictis quę in omittendo consistunt, minores 25. annorũ non solùm in integrum. Tiraq.cum alleg. per eum de pœnis temperan. causa 43. num.43.& 45. Franc.Cald. in reper. l. si curatorem. in verb. Vel aduersarij dolo. nu.62. & seq. C. de in integr.restitut. min. Menoch.consil.100.num.282.lib.1. Vbi de communi, sed etiam ipso iure absque alia restitutione excusantur. Aret. in §. in summa. num.1. ad fin. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. Cagnol. in l. ferè in omnibus. num.1. ad fin. ff. de reg. iur. vbi notabiliter dixit, quod delictum consistens in non faciendo, non cadit in minorem, & quod propterea ipso iure seruatur illæsus. Plaz. in epit.delicti.c.32.n.6.ad fin.vbi de magis cõmuni.

17 Sic & minorem in delictis, non solùm in omittendo,sed etiam in delictis culpa commissis (supposito quod text. in l.indignum. ff.de his quibus. vt indign. generaliter loquatur in dante causam morti ex culpa) est tex. in l.1. ff. si aduers. delict. voluit glos. in l.ferè in omnibus in gl.1. in princ. ff. de reg. iur. Gandin. in tit. de pœnis reorum. post num. 30. vers. Et in hoc casu. etiam quod agatur de delictis culpa lata perpetratis secundum Cyn. in d.l. 1.num. 2. C. si aduersus delictum. Alber. in l. si ex causa. §. nunc videndum sub nu.3. post med. vers. Quod ergo hic glosa dicit,& vers. sed Raynerius. ff.de minorib.Mayner. in d.l.ferè sub num.14.ff.de reg.iur.Et etiam in criminibus grauibus,& atrocibus,prout est homicidium,vt per eundem Alberic. d. §. nunc videndum eodem.n.3.vers. Est ne hoc verum.

18 Et magis in specie, quod minores excusentur à pœna indigni, in his quæ in omittendo consistunt. est tex. in l. minoribus. C. de his quibus vt indign.in auth.si captiui.C.de Episc.& Cler.cum alijs per Ant.Gomez.de delict.c.3.n.53.& Pereg. de iure fisci.lib.2.tit.5.n.15.

19 Nec etiam obstat si dicatur,hic intrare pœnam indigni per dicti parricidij ratificationem, cùm fateatur *N*. post necem Patris sciuisse ab *N*.quod ipse illum occiderat, & tamen illum vnà cum fratribus receptauit, pro eiusdem remissione soluit scuta quinquaginta, & cum eodem comedendo, versando, se eis magis amicum præbuit, & præstauit quàm antea faciebat. his enim actibus,delicti ratificationem probari voluit glos.in c.cum quis. in figuratione casus.in prin.& in vers. Quæritur, de qua ratificatione & in verbo tuo crimine. & ibi Franc.num.4. de sent. excomm.in 6. Anan. in c.cum nos. n.4. vers. Sed pone quod quis percutit, de his quæ fiunt à Prælatis & plus est facto quàm verbis ratificare. Dec. in l. semper qui non prohibet. num8. vers. Et talis ratificatio. ff.de reg. iur. Delicti autem ratificatio habet vim mandati, & eadem pœna punitur l.1. §. deieciße vers. Sed & si eum quis. ff. de vi, & vi armat. cap. cum quis.de senten. excomm.Boss.in tit.de mand.ad homicid.num. 8.Et ideo sicut pro parricidio intrat pœna indigni, ita etiam debet intrare pro ratificatione parricidij.

20 Nam,vltra quod nõ N.sed N.maior natu,fuit ille qui *N*.domi recepit, secũ in mensa ad comeden-

dendũ posuit, pecuniasq. mutuauit, adhuc, etiam quod ista omnia solus *N.* egisset (prout non egit) nõ per hoc ex huiusmodi actibus inducitur concludens delicti ratificatio, sed tantũ indicium. vt per Decian. qui alios refert in tract. crim. lib. 9. c. 38. n. 8. & 9. & in fortioribus terminis consuluit Bero. in cons. 175. n. 7. iuncto n. 54. lib. 3. Cater. in pract. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. sequitur de ratum habente. num. 4.

21 Et id quod in proposita obiectione tollit difficultatem est, quia vt *N.* fatetur, & etiam dixi supra, *N. N.* occidere resoluit, non nomine seu contemplatione *N.* sed suo proprio, & N. eo quia N. ipsi honorem auferre tentauit, & N. nimis restrictam tenebat. & sic succedit iuris conclusio, quod ratificatio non habet vim mandati, nec eadem poena puniatur, quando delictum nomine ratificantis commissum non est, siue ratificatio sit tacita. vt per glos. in d. cap. cum quis. in verbo non sit facta. de sentent. excomm. in 6. decis. Pedem. 138. nu. 17. ante fin. Hipp. Rimin. cons. 310. nu. 4. iuncto n. 34. lib. 3. siue etiam expressa. cap. ratum, & ibi notant omnes. de reg. iur. in 6. Clar. in pract. §. fin. q. 87. n. 5. vers. quæro nunquid.

22 Imò vt ratificans eadem poena puniatur, non solum requiritur delictum esse commissum nomine ratificantis, sed etiam quod expressè sit ratificatum, tanquam commissum nomine suo. vt per gl. in l. 1. §. deiecisse in verb. ratum habuero vers. secundum quod habeam ratum. & ibi Bart. n. 1. & 2. in fin. ff. de vi, & vi armat. Clar. vbi supra. Honded. cons. 96. num. 58. lib. 2. Sed sic est, quod parricidium ab N. non fuit commissum nomine N. nec ab eo tanquam nomine suo commissum ratificatum extitit, imò nullo pacto ratificatum, ideò etiam ex capite prætensæ ratificationis cessat poena indigni, ex prællegatis.

23 Hæc, vt supra dixi, à me scripta fuerunt, præsupposita validitate confessionis N. sed cùm illa prorsus inualida ex rationibus aliàs deductis, sit. Idcircò ex omni parte eiusdem N. ius præualere video.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

IN hoc consilio exactissimè explicatur, an, & quando confessio rei dicatur suggestiua, & per dolum extorta, ita quod confitenti non noceat.

SVMMARIVM.

Suggestiuum interrogatorium dicitur, quando iudex in specie interrogat, & monet reum ad confitendum delictum de quo agitur. nu. 1. declara, nisi adessent delicti de quo interrogatur specialia indicia. nu. 6. vbi etiam subdeclaratur hæc declaratio. & n. 14. vbi de eadem materia. & n. 23. & n. 26. vbi quod de consuetudine reus interrogatur etiam in specie de delicto de quo agitur; sed hoc declara vt num. 27. & seqq. & num. 40. & 41.

Interrogatorium suggestiuum dicitur, quando iudex notificat reo omnes qualitates, & circumstantias delicti, singulariter & ad vnguem. n. 2. & n. 10. & n. 15. & n. 25.

Interrogatorium suggestiuum est, quando iudex legit per extensum reo examen, & confessionem socij criminis, in casu in quo potest vigore facultatis sibi concessæ ipsum torquere denegatis defensionibus n. 3. 7. & 11. & n. 17. & 20. & seqq. & n. 27. & 28. & 45. & seqq.

Confessio interrogatiua ad depositionem alterius, non dicitur explicita, & confitenti non nocet. num. 4. & num. 12. in fin.

Confessio extorta à iudice cum mendacijs & falsis assertionibus, non solum dicitur suggestiua, sed etiam dolosa, & ideò confitenti non nocet. num. 5. declara, vt n. 8. & 12. & n. 16. & num. 19. & 29 vbi de eadem materia, de qua etiam. n. 42. & seqq.

Confrontatio socij criminis facienda est sicca, absque expressione circumstantiarum delicti, quando iudex habet auctoritatem torquendi inquisitum denegatis defensionibus. n. 3. & n. 7. declara, vt n. 41.

Iudex potest pro habenda veritate à reo, fingere se velle facere quod facere non intendit, vel se esse informatum etiam quod informatus non sit. declara, vt num. 8.

Indicia, etiam quod plura sint reum non conuincunt nec reus ex indicijs potest dici conuictus. num. 9. & num 30. & seqq.

Confessio dicitur suggestiua, etiam quod reus fateatur in alio constituto quam in eo, in quo facta est suggestio. n. 13. & n. 38.

Interrogatoria suggestiua fieri possunt & reo & testibus. nu. 18.

Animus qualis fuerit, cognoscitur ab effectu & euentu. n 28. in fine.

Mandatum præsumptum ex inimicitia, secreta alloquutione, & delicto incontinenti sequuto, non sufficit ad condemnandum. n. 34.

Interrogatoria suggestiua quæ dicantur, iudicis arbitrio remittitur. n. 39.

Dolus vbi dat causam contractui, contractus est nullus. num 44.

Dolus & metus æquiparantur. num. 44.

Testis seu socius criminis, dum secundo examinatur si petat sibi legi primum examen, nunquid iudex teneatur illud legere. n. 48.

Interrogatoria suggestiua sunt prohibita, etiam iudicibus habentibus liberum & absolutum arbitrium. num. 50.

CONSILIVM CCXXVI.

1 BREVIVS quàm potero repetendo ea, quæ aliàs scripsi circa suggestionem confessionis *N.* Dico Primo, suggestionem esse patentem. quia vt in summario num. 1. in specie interrogatur, & monetur ad confitendum participationem parricidij de quo agebatur, & hoc est propriè suggerere, est text. expressus in l. 1. §. qui quæstionem, ff. de quæst. Cason. de indic. & tortur. rubr. de torment. cap. 25. nu. 1. in princ. & num. 2. vers. multi quoque. Cartar. de interrog. reis. lib. 2. cap. 1. num. 54. & seq.

2 Secundo, quia vt in eodem summario d. num. 1. per Iudicem notificantur *N.* omnes qualitates & circunstantiæ delicti minutatim, & ad vnguem, prout N. fassus fuerat. & hæc est maior suggestio, vt per Marian. Socin. in cap. qualiter & quando, num. 950. & num. 1102. vers. vnde non debet interrogari, extr. de accusat. Boss. in tit. de examin. reorum. num. 12. Cartar. vbi supra num. 44. & num. 67.

3 Tertio, suggestio euidentior apparet, quia, vt in dicto summario num. 3. quando *N.* confrontatur cum *N.* illi legitur d. *N.* examen de verbo ad verbum prout iacebat, cum omnibus qualitatibus, & circunstantijs per ipsum confessatis, quod omnino, & in iure, & in practica damnabile est. quando scilicet, prout in casu nostro, Iudex iuxta facultatem sibi à Papa concessam, habebat in animo reum torquere, prout alios torsit, denegatis defensionibus. Bursatt. cons. 201. num. 81. iuncto nu. 70. & seq. Ambrosin. de process. informat. lib. 2. cap. 5. num. 23. & dixi in tract. de testibus. quæst. 72. num. 139. vers. verum quando Iudex. vbi huius dicti bonam reddidi rationem.

4 Quarto, & hinc subsequens N. confessio in actu confrontationis prædictæ suggestionem clarissimè præsefert, cum, prout in facto benè deducitur, pauper adolescens, carcere maceratus, importunis Iudicum interrogatorijs, & constitutis defatigatus, imò & (vt nunc subijciam) mendacijs, falsisq. assertionibus deceptus, timens torturam, quam benè sciebat, denegatis defensionibus, illatam fuisse *N.* & alijs, sic & ipse punctualiter refert omnes prætensi delicti qualitates, & circunstantias sibi suggestas & subministratas per lecturam d. examinis. & amplius adhuc torturam timens, & valdè cupiens suggerentem Iudicem contentum facere, sæpe in substantia, vt in summario num. 2. repetendo dixit: *E vero tutto quello che dice il Signor N. qui presente, che si fece, & che si disse la tale, & la tal cosa*. quæ confessio potius reputanda est confessio relatiua ad dictum *N.* quam explicita, prout esse debet. Dec. in cap. at si clerici, num. 30. & seq. extr. de iudic. Felyn. in cap. qualiter & quando, il secondo, §. licet autem, num. 3. & 4. extra de accusat. Foller. in pract. crim. in verbo, si confitebuntur, part. 1. num. 65. ad fin.

5 Quinto, & hoc, ni fallor, rem claram reddere videtur; Iudex non solùm suggestionibus prædictis, sed etiam mendacijs, & falsis assertionibus vsus est ad extorquendum à *N.* confessionem, cum, vt in summario d. nu. 1. & 2. sæpe sæpius ipsum monet ad confitendum se complicem & participem parricidij; *eo quia est conuictus, ac plenè, & clarè in processu constat de dicta complicitate, & participatione*. quæ quidem verba aliud non important in substantia, nisi quod etiam, quod non fateretur, poterat tanquam conuictus condemnari. & propterea hanc confessionem, nedum vti suggestiuam, sed vti per dolum extortam minimè confitenti nocere debere, scripserunt Clar. in pract. §. fin. quæst. 55. num. 7. vers. circa primum, Cartar. d. lib. 2. cap. 1. num. 24. & num. 78. & seq. Martin. del Rio de disquisition. magic. lib. 5. sect. 10. vbi testatur de communi, & contrarium tenentes reprobat.

6 Quibus non obstat, Primo dum dicitur, reum posse etiam in specie interrogari, quando ad sic interrogandum adsint indicia. Cartar. d. libro 2. cap. 1. num. 64. Scaccia de iudic. caus. ciuil. & criminal. lib. 1. cap. 86. num. 38. omissa enim disputatione, An adsint indicia, adhuc dicitur, quòd præmissa procedunt, & habent locum in prima specie suggestionis. quando scilicet reus interrogatur in specie super delicto de quo inquiritur, tunc enim verum est stantibus indicijs illum posse in specie interrogari super delicto de quo agitur, & ita in hac suggestionis specie loquuntur Clar. & alij ex aduerso allegati. secus in suggestione proueniente per notificationem qualitatum, & circunstantiarum delicti, à Iudice vel oretenus facta, vel per lecturam totius examinis, & confrontationis asserti socij criminis. tunc enim id fieri non posse benè docet Franc. Cason. in tract. de torment. cap. 15. num. 1. & 3. cum alijs per me relatis in tit. de reo confess. & conuict. num. 88. & num. 98. & in tract. de testibus. quæst. 79. nu. 79. & sequenti.

7 Quæ omnia potissimum procedunt in casu nostro, in quo supplicatur per Dominos aduerti in facto, quod Iudex habebat auctoritatem torquendi inquisitos, prout etiam omnes alios assertos complices torsit, denegatis defensionibus. quo inquam casu, & restes & asserti complices, confrontandi sunt absque completa examinis lectura, & sine vlla qualitatum, & circunstantiarum notificatione, ita quod si postea inquisitus sponte, vel per torturam fateatur delictum, idem Iudex possit benè inspicere, si ipsius confessio erit conformis in omnibus qualitatibus & circunstantijs

tijs con fessatis per complicem. & sic, vt dicunt Criminalistæ, confrontatio erit facienda ficca, & non plena, ex supra allegatis. quibus in specie nihil exaduerso responsum vidi.

8 Non obstat secundò, dum ad falsas assertiones Iudicis persuadentis N. ad confitendum, eo quia est conuictus, & quia plenè & clarè in processu constat de delicto, respondetur exaduerso, posse Iudicem pro habenda veritate fingere se velle facere quod facere non intendit, vel se esse informatum, ad ea quæ scripsi in quæst. 81. num. 304. & seq. Differt enim fictio, & simulatio à mendacio. Mendacium enim est illicitum, & vbi licitum est fingere, non tamen licitum est dicere mendacium, ex supra allegatis, & alijs per me relatis dicta quæst. 81. num. 311. imò secundum Martin. del Rio d. lib. 5. sectio. 10. hæreticum est in proposito dicere, licitum esse mentiri.

9 Nec verum est, quod non mentiatur Iudex dicendo, reum esse conuictum, si contra ipsum vnicum tantum habeat indicium. quod enim indicia reum conuincant, est contra omnes iuris, & Doctorum probatas conclusiones, vt notum est. Nec Penia, nec Cartar. nec Martin. del Rio exaduerso citati, tale quid dicunt. & ideo vlterius non insisto.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

10 RESoluendum est, confessionem D.N. super morte patris, fuisse factam ad suggestionem Iudicis interrogantis, quia tum in 5. tum in 6. eius constituto non simpliciter interrogatus fuit super hac morte, sed ei fuit dictum, quomodo, & in quo loco, & mediantibus quibus personis, ac qua occasione, & causa, & quibus præcedentibus tractatibus, id totum dicto N. sciente, & consentiente factum fuit. Quod cum & cõtineret personas, & facti omnes circumstantias & qualitates, suggestiuè factum dicitur, & proinde ab omnibus damnatur, vt probat text. in l. 1. §. qui quæstionem. ff. de quæst. & ibi Bart. num. 2. Marian. Socin. in cap. qualiter & quando, num. 950. & nu. 1102. de accusat. Ang. de malef. in verbo, fama publica præceden. num. 118. Boss. de examin. reor. nu. 12. & pro instructione iudicis interrogantis docent omnes practici, & signanter Scolia ad Commenr. Emerici Reuerendissimi olim Domini Peniæ in Direct. inquisit. part. 3. commenr. 18. vers. vt autem periculum suggestionis. Flamin. Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 2. cap. 1. num. 54. & 67. & 68. & alij citati per Farinac. in quæst. 83. num. 88. & 89. & signanter Cason. de torment. cap. 15. num. 2.

11 Insuper & quia his non contentus idem Iudex in 7. constituto d. N. adducto ad eius faciem N. eius fratre, qui prius delictum parricidij cum consensu, & mediante tractatu facto cum N. vt illi asserebat factum, cum omnibus illius circunstantijs, & qualitatibus fassus fuerat, fecit in eius præsentiam legere à principio vsque ad finem confessionem eiusdem N. & hæc omnia in faciem d. N. ratificare per N. quod & pariter demonstrat apertam suggestionem d. Iudicis, vt in puncto quando fuit lectum totum examen prærensi complicis, respondit Bursatt. consi. 201. nu. 81. & comprobant omnes præallegati, qui de interrogatione facta cum circustantijs sunt loquuti, ex quo in examine, & confessione N. lecta, & per eum in faciem fratris ratificata, omnes circunstantiæ, & qualitates eiusdem delicti reperiuntur descriptæ.

12 Præterea, & quia etiam sæpe ac sæpius Iudex antedictus admonuit eundem D. N. ad confitendum, sub falso prætextu quòd in processu constaret, eum fuisse participem mortis patris, quoniam indubitanter est credendum, hoc fuisse causam d. confessionis. ob idq. ad importunitatem, & suggestionem Iudicis huiusmodi confessionem emissam fuisse, sicuti clarè patet dum ipsemet D. N. respondendo in 6. constituto d. interrogationi, cum hoc præsupposito sibi factæ, dicit. *Se volete mò che consi, non sò che mi dire.* Et dum non facit illi explicitam confessionem sed relatiuam, ad confessionem N. fratris, quæ sibi runc lecta fuerat, dicens. *Vi dico, che quello, che dice il Sig. N. qui presente è la verità.* Quandoquidem ex illis verbis; *se volete mò che consi, &c.* demonstranr, quòd iudex eum cum falsa, & dolosa assertione torquebat, & molestabat ad sic confitendum, quod de iure etiam facere non licet. Clar. in §. fin. quæst. 55. vers. circa primum. Cucalon. in addit. ad Dec. in l. ea natura. num. 7. in littera A. de reg. iur. Cartar. in d. pract. interrog. reorum. cap. 1. nu. 24. & num. 78. D. Penia in d. 3. par. Direct. Comment. 23. vers. postremo &c. & Farinac. quæst. 81. num. 311. & prius num. 309. vbi post Emeric. & Peniam damnat iudicem, qui attestatur reo, se scire delictum ab eo commissum fuisse. quod & de interrogatorio facto à Iudice asserente, constare Curiæ de delicto à reo commisso, nempe quod illud sit suggestiuum, & quod ob id à Cardinali Riario Perusię Legato, fuerit processus nullus pronunciatus, attestatur Turrett. consi. 66. nu. 4. & 5. Rursus & quia ex illa relatione ad id quod dixit N. patet quod intendebat se in omnibus, & per omnia conformare cum confessione N. sibi lecta, & cum dicto illius ad eius faciem emanato, ad reg. l. asse toto. ff. de hæred. instituen. cum vulgarib. quasi quod voluerit congruam responsionem dare interrogationi sibi factæ. Quocirca dicendum est, non ex propria volnntare D. N. sed ad suggestionem, factam fuisse dictam confessionem.

Nec

13 Nec in contrarium facit, quod quando fuit in 5. & 6. constituto interrogatus de circunstantijs, & qualitatibus dicti prætensi parricidij, non tamen fit fassus, sed in alio constituto postea sibi facto, quia, & in hoc vltimo hæ eædem qualitates, & circunstantiæ contentæ in confessione N. fuerunt sibi perlectæ, quod sufficit. necnon, & quia præcedens admonitio cum qualitatibus & circunstantijs, iam impresserat in animum rei quid ab eo iudex quærebat, & idcirco causauit suggestionem etiam quod tunc confessio non emanauerit, vt de eo qui priusquam fateretur fuerat in secretis carceribus instructus de circunstantijs delicti ab explotatore ad id ibi ad hunc effectum intromisso, tradit, & damnat Marian. Socin. in d.cap. qualiter & quando, num. 1104. & post eum Farinac. in q.81. num. 308. & in q.83. num. 83.

Antonius Portius Aduocatus.

In eadem causa tertium responsum.

14 Confessionem D. N. fuisse suggestiuam resoluendum est, quia non in geneere, prout requirebatur, sed in specie ad confitendum se parricidii participem interrogatus fuit. l. 1. §. qui quæstionem. & ibi Bart. & cæteri. ff. de quæst. Salyc. in l. fin. num. 8 C. de accus. Foller. in prax. criminin prima par. secundæ partis. in rubr. Rei indurati torqueantur, num. 1. post med. vers. de his vero. & in 3. par. in rubr. Et si confitebuntur. nu. 76. vers. vigesimo requiritur. Boss. in prax. tit. de examin. reor. num. 12. Ludouic. Bolognin. in addit. ad Iacob. de Beluis. in prax. crim. lib. 3. cap. 6. ante finem. vers. præterea scias. Gomes. variar. resolut. lib. 3. cap. 12. de probat. delict. sub num. 17. vers. vnum tamen est. Cartar. in tract. de exequut. sent. capt. bannit. cap. 2. sub num. 83. cum seq. & in prax. iuterrog. reor. lib. 2. cap. 1. num. 54. & seq. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 3. part. 7. glos. in verbo, en esta manera. & in puncto de minore loquitur Gonzal. Suarez in prax. eccles. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 12. num. 92. vers. & si reus, iuncto nu. 78. & sequen. & Io. Bapt. Cost. de fact. scient. & ignorant. cent. 1. in respons. incip. in causa necis, impress. post distinctionem 9. num. 2. ante finem. vers. quod insuper.

15 Et tantò magis, quia etiam omnes qualitates & circunstantiæ huius delicti, minutatim illi pluries notificatæ fuerunt, quòd est propriè instruere, & per suggestionem inducere reum ad delictum mendaciter fatendum, sicuti illi suggestum fuerat. Doct. in d. l. 1. §. qui quæstionem. Socin. in cap. qualiter & quando. num. 950. vers. secus si per tormenta. & num. 1102. vers. vnde non debet interrogari, de accusat. Ludouic. Bolognin. in proximè citata addit. ad Iacob. de Beluis. d. cap. 7. ad fin. vers. non autem magis in specie. Cason. in tractat. de indic. & tortur. in rubr. de torment. cap. 15. num. 2. Cartar. in prax. interrog. reorum. lib. 2. d. cap. 1. num. 67. latè Farinac. de reo confess. & conuict. quæst. 83. cap. 4. num. 88. vers. amplia tertio.

16 Quod præsertim pro indubitabili admittendum est, cum ista confessio fuerit quoque per falsam assertionem extorta, cum pluries, ac sæpissimè D. N. à Iudice monitus fuerit ad confitendum se parricidij complicem, & participem, sub prætextu, quod iam conuictus esset, & quod de huiusmodi eius participatione, & complicitate in processu sufficienter, ac plenè constaret, quòd à Iudice de iure minimè fieri potuit. quia si id permissum esset, daretur occasio Iudicibus criminalibus eruendi confessiones à reis, etiam cum cum falsa assertione, mendacio, & persuasione, quamuis in processu de delicto non constaret, illos suggestiuè decipiendo, ac seducendo, non habita consideratione, si veritatem, vel falsum fassuti essent, quòd nullo modo permitti debet, iuxta ea quæ tradunt Dec. in l. ea est natura. num. 7. vers. adde tamen. ff. de reg. iur. Imol. cons. 109. num. 2. cum sequen. Cartar. in prax. interror. reor. lib. 2. d. cap. 1. num. 24. vers. negare tamen non potest. & num. 78. cum sequen. Clar. in prax. crim. §. fin. q. 55. sub num. 7. vers. sed certè hæc opinio. cum alijs per Farinac. de reo confess. & conuict. q. 81. nu. 311.

17 Quæ omnia similiter confirmantur ex eo, quod eidem D. N. fuit post supradictas suggestiuas interrogationes, pro verè suggestionis complemento lecta etiam tota confessio N. eius fratris ibi præsentis, cum omnibus illius qualitatibus & circunstantijs, quæ sola lectio tollit penitus omnem difficultatem ad ostendeudum D. N. confessionem fuisse verè & realiter suggestiuam. Hostien. in sum. tit. de testib. num. 6. vers. super quibus interrogandi sunt. Cartar. in prax. interrog. reorum. lib. 2. cap. 1. nu. 65. vers. cauere tamen octauo. & in specie Bursatt. cons. 201. num. 81. qui loquitur etiam in casu quo defensiones denegatæ fuerunt, prout hic, vt apparet ex nu. 74. vers. dico copiam. libro 2.

18 Præterea, licet aliqui ex Doctoribus supracitatis loquantur in casu quo examinantur, & interrogantur testes, nihilominus in ista materia suggestionis idem applicatur etiam in reo, vt dicit Gomes. variar. resolut. tom. 3. cap. 13. tit. de tortur. reor. num. 23. propè finem. vers. & licet glos. & Cartar. vbi proximè d. cap. 1. num. 66. in fin. vers. ad reum tamen.

19 Nec quicquam obstat, mendacium falsamque assertionem à Iudice D. N. suppositam, quod ipse iam erat conuictus, non esse propriè suggestionem. quia nedum simplex, sed dolosa & falsa suggestio est, quia dum Iudex confessionem cum falsa persuasione, & suppositione extorquere vult

nihil,

nihil aliud facit quàm suggerere falsum, & mendacium, quod est peius, ad not. in c. suggestum. 7.quæst.1.& in cap. super litteris. ibi, tacita veritate, vel suggesta falsitate. de rescript. & per Afflict. super constit. Regn.incip. inter cætera.lib.1. rubr. 44.num.3.cum sequen.

20 Neque minus obstat ad magis D. N. disponendum ad veritatem fatendam, potuisse Iudicem per extensum illi legere depositiones testium Coriæ absentium,& N. socij criminis. Quia præterquam quod ex supradictis potius apparet, Iudicem cum eius suggestionibus voluisse N. disponere ad mendacium fatendum. Doct. circa hoc exaduerso adducti non applicantur casui nostro. Nam Foller.in prax.crim.in 1.par.2.part.in rubr.& demum repetantur num. 4. loquitur in repetitione testium quæ non fit coram reo, & potius retorquetur ad fauorem N. dum ibi firmat testes repeti debere legendo depositionem suam vnicuique illorum separatim,& in secreto ab alijs testibus, ne vnius depositio ab alia fabricetur, iuxta Danielis exemplum de testibus Susannæ, quod ibidem adducit.

21 Cartar.autem in prax.interrog.reor. lib.3.cap. 1.num. 83. & cap. 3. num. 28. loquitur quando reus per testes est conuictus. quo casu, vt ipse dicit, quia reus non vult detegere veritatem, tunc illi legitur testium dicta per Iudicem, vel per notarium.

22 Ambrosin. verò de process.informat.lib.2.cap. 9.omisso quòd satis perplexè, confusè, ac etiam absque ratione semper loquitur, eius opinio locum habet quando repetitur testis ad fauorem Curię examinatus, qui vt probet, est illi legenda prima depositio. nec ibi expresse inquit, id in rei præsentia fieri debere,prout neque Blanc.& Honded. ab ipso citati. Et maximè cum nullibi de iure reperiatur, quòd quando fit sociorum criminis confrontatio, tunc esse legendam integram socij criminis depositionem, sed potius quod non fit aliquo modo legenda ad effugiendam suggestionem, tenuerunt Bursatt.d.consil.201. num.81. & alij supracitati. & præcipuè etiam in casu proposito, quo defensiones denegatæ fuerunt.

23 Vltra quod Iudex in interrogandis reis, potest solummodo in genere narrare factum, & confessionis tenorem, & postea interrogare reum, An sciat aliquid de illo facto, & tunc secundum quòd videt, debet descendere ad specialia, vt declarat Hostien.in summ.tit.de testib. in supra allegato num. 6. vers. sed in genere, non autem postquam socius criminis recensuit eius examen. quamuis in substantia, statim ipse descendere ad specialia, & ad circunstantias, & præsertim non potuit in casu de quo agitur, in quo neque etiam N. eius examen in substantia recensuit, quicquid exaduerso supponatur.

24 Quòd multò magis suadetur in proposito casu,cum Iudex haberet etiam potestatem torquendi reos denegatis defensionibus. & proinde confrontatio erat siccè facienda, hoc est absque supradictarum circunstantiarum expressione,vt post tradita per Socin.scribit in specie Farinac. in tract. de testib.quæst.72. sub num.139.vers.verum quando iudex.

25 Imò ad effectum quod Iudex notificare potuisset D. N. circunstantias & qualitates in processu existentes, erat etiam prius illi danda copia illarum, itaut se defendere potuisset.quòd nec minus factum fuit, iuxta practicam quam ponit Marsil. in d.l.1.§.qui quæstionem. sub num. 1. vers. & si ipse persisteret. ff.de quæst. quem refert & sequitur Bursatt.in sæpius allegato cons.201.num.81. ante med.vers.idem voluit Marsil.

Io. Baptista Mandosius Aduocatus.

In eadem causa quartum responsum.

26 Omnes ex aduerso Domini scribentes,ad effugiendam suggestionem confessionis N. quæ clarissima est, ex iam allegatis, præcipuam vim faciunt in indicijs contra eundem existentibus, quorum vigore saltim de consuetudine ipsum & in specie interrogari de delicto, & contra eum per extensum legi potuisse depositiones testium, & N. iure ostendere conantur. Quæ omnia pro nunc sine veritatis præiudicio, cum N. intersit litem in longum non protrahi,admittenda censui, & ni fallor, huic motiuo iam alias ex aduerso deducto, satis superq. in alias per me allegatis responsum fuit duplici modo.

27 Dicebam enim primo,quod licet isto casu possit reus in specie interrogari de delicto, ac etiam ipsi per extensum legi depositiones testium & sociorum criminis. Hoc tamen non procedit quando Iudex habet auctoritatem torquendi in secretis, ac denegatis defensionibus, prout habebat Iudex. ex Bursatto cons.201. nu.81. iuncto num. 7.& seqq. Ambrosin. de process. informat. lib.2. cap.5.num.23.et dixi in tract. de testibus quæst. 72.num.139.vers.verum quando Iudex. vbi huius dicti bonam reddidi rationem.

28 Et sicut hæc declaratio est in iure verissima et recepta, ita nec aliquis ex aduerso scribentium eam impugnat, solus Dominus Ricciullus dicit illam non procedere, nisi quando Iudex habet in animo torquendi reum in secretis, non aduertens in præsenti causa Iudicem non solum habuisse hunc animum et voluntatem, sed etiam eam ad effectum perduxisse, cum ante confessionem N. N. in eisdem secretis et denegatis defensionibus torturam inflixerit.sic et pariter post eiusdem N. confessionem N.et N.in eisdem secretis torsit.Ex quibus Iudicis animum sic velle facere, et sic etiam

etiam fecisse contra *N.* nisi fassus fuisset, indubitati iuris est. argum. tex. in §. pauonum.in fine. instit. de ret. diuis. & in l.sed & Iulianus. §. penul. ff. de macedon. Cephal. cons. 12. num. 12. & cons. 77. num. 2. cum alijs per me relatis in fragmentis, in verbo, animus. num. 228. & seqq. & sic hæc prima suggestio, firma & ineuitabilis videtur.

29 Dicebam secundo, quod in casu nostro non adest simplex suggestio, sed dolosa & falsa persuasio Iudicis monentis reum ad confitendum, & quia *Curia constabat de delicto, & constabat plenè, concludenter & manifestè per testes fide dignos, & quod erat conuictus*, & non semel, sed sæpe, ac sæpius præmissa asseruit, qui quidem monendi, & persuadendi modus quantum sit damnabilis, benè explicant Clar. in pract. §. final. quæst. 55. Cartar. lib. 2. cap. 1. num. 24. & num. 78. & seq.

30 Quibus non obstet, quod per Dominos Spadam, Millinum, & Cherubinum, dicatur non esse mendacem iudicem, dicentem, reum esse conuictum, si verè conuictus non est sed solum contra ipsum adsint indicia, quod iste dicendi modus sit a Doctoribus approbatus, ex Cartar. lib. 3. cap. 9. num. 24. vsque ad num. 29. & post num. 44. in 3. constituto. fol. 138. in fin. & fol. 139. in princip. Ambrosin. lib. 2. Aymer. in Director. inquisitor. part. 3. num. 102. & dixi in mea quæst. 83. sub nu. 96. ad fin. vers. in vlt. constituto.

31 Doctores enim præallegati non dicunt id ad quod allegantur, nam Cartar. d. num. 24. & seqq. & post num. 44. d. fol. 134. in fin. & seq. non loquitur quando iudex dicit reum de delicto conuictum qui conuictus non sit, & solum habeat contra se indicia, sed loquitur quando verè adsunt testes, qui plenè reum de indicio conuincunt, & ipso negante monetur ad fatendum illud indicium de quo verè conuictus est, & iste non est casus noster. & sic etiam loquitur Ambrosin. de processu informatiuo. lib. 2. cap. 2. per totum. præsertim in vers. interrogatus & monitus vt caueat à mendacijs.

32 Prout nec etiam Aymer. in dicto num. 162. dicit, quod Iudex possit præsupponere reo ipsum esse conuictum si conuictus non est, sed solum dicit, *quod potest Iudex manibus accipere, & reuoluere processum, & fingere se legere depositiones, vel alias, vt idem reus credat iam constare de veritate facti, & de ea esse bene informatum, & sic non est casus noster.* & tamen hanc Aymerici cautelam iure reprobat Franc. Pegn. ibidem in addit. commentat. 23. litteta D. & dixi in specie in tit. de reo confess. conuict. quæst. 81. nu. 309. Nec contrarium dixi in quæst. 83. ex aduerso allegata nu. 96. vers. & in vltimo constituto. vbi licet dixerim *posse reum moueri ad dicendum veritatem, de qua Curiæ satis videtur constare ex testibus examinatis*, iam præsuppono adesse testes deponentes veritatem plenè & concludenter, quod hic non adest.

33 Et dum Dominus Spada in vers. quamuis ergo ex Pegna, Cartar. & Scaccia in locis per ipsum relatis, & per me etiam scriptis in quæst. 81. num. 311. dicat posse Iudicem simulatione vti ad inducendum reum ad dicendum veritatem, licet peccaret dicendo falsum, supplicatur aduerti quod nec Pegna, nec Cartar. nec Scaccia, nec etiam ego in locis præallegatis hoc tale diximus, quod scilicet possit Iudex vltra simulationem mendacia & falsitates immiscere. imò verò contrarium si legantur per me scripta in d. num. 311. quibus addo Martin. del Rio de disquisit. Magic. lib. 5. sect. 10. vbi testatur de communi. & ante eum Petr. Binsfeld. de confess. malefic. memb. 2. post 7. conclusionem in 3. dubio.

34 Dum vero ad idem Dominus Monaldus in primo vers. suæ informationis, dicit in præsenti casu satis concludenter dici probatum delictum ex inimicitia *N.* cum patre, colloquio cum N. & parricidio paulo post sequuto, ex Iason in l. 1. num. 3. & seq. C. de seru. fugit. cum alijs per Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 497. num. 17. & 18. Hæc inquam conclusio non est vera, nec in facto, nec in iure. in facto quia non constat de tribus præmissis requisitis, in iure quatenus de illis constaret inde non plena & concludens parricidij probatio, sed solum indicium & præsumptio oritur. Fulgos. in l. si ventri. §. eorum ratio. num. 1. ff. de priuileg. credit. Clar. in pract. §. final. quæst. 86. vers. final. in fin. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 80. num. 3. in fin. Honded. cons. 87. nu. 22. iuncto num. 140. lib. 2. Menoch. de præsumption. lib. 1. q. 89. nu. 118. & seqq. Decian. lib. 7. c. 17. n. 36.

35 Et dum idem Dominus Monaldus in d. versic. primo, dicit iudicem non dixisse *Curiæ constare plenè de delicto*, sed tantum simpliciter *quod constabat*, labitur in facto, quia imò dicit *quod de delicto Curiæ constat plenè, concludenter, & manifestè; & per testes fide dignos*.

36 Nec etiam quod per Dominum Ricciullum in vers. secundo non potest. & seqq. & etiam per Dominum Millinum in vltimo vers. dicatur, suggestionem in præsenti casu non obstare, quia *N.* in sua confessione addit nonnullas qualitates à *N.* non relatas & ignoratas, dum dicit. *Che N. gli haueua detto vicino à Lamentana, ch'insieme con N. haueuano ammazzato il padre à letto, & poi l'haueuano buttato dal Mignano.* hæc enim omnia, si benè perlegatur confessio N. ab eodem N. explicantur. Et quod N. insimul cum *N. N.* in lecto interfecerant, & postea ex Mignano proiecerant, vt in informatione facti, ad quam me refero. Et sic non est verum quod à N. fuerit confessata aliqua qualitas ipsi prius non suggesta à *N.* in eius confrontatione,

Quod

37 Quod confessio N. etiam suggestiua, sustineatur, etiam ex facultate Gubernatoris Vrbis, prout dicit Dominus Cherubinus in vers. final. responsione non indiget.

38 Quod etiam suggestio non operetur, nisi incontinenti post eam sequatur confessio, prout considerat Dominus Millinus in primo vers. iure non probatur, quia suggestio semel in mente & animo rei ingesta, omni tempore & in futurum operatur. vt in simili de confessione per metum extorta dixerunt Marsil. in consi. 29. nu. 36. & seqq. & num. 45. Grammat. consi. 40. num. 14. Bursatr. consi. 261. num. 19. in fin. & seq. lib. 2. cum alijs per me relatis in quæst. 83. num. 9.

39 Quod iudicis arbitrio remittatur quæ dicantur interrogatoria suggestiua, prout dixi in d. quæst. 83. num. 88. in fin. post Gaspar. Caballin. in constitutione Marchiæ. lib. 4. cap. 1. in verbo, comparuerit. num. 1. & 2. Conclusio est verissima, & ideo Rota arbitrabitur an interrogatoria facta N. sint suggestiua, necne. Sed quod Iudex possit ex suo arbitrio per suggestionem à iure declaratam reum interrogare, & illam non esse suggestionem arbitrari, satis absurdum credo.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

In eadem causa quintum responsum.

40 QVia adhuc in responsionibus ex aduerso factis sit præcipuum fundamentum in consuetudine interrogandi reos in specie, stantibus præsertim indicijs, ad tradita per Clarum in quæst. 45. num. 11. cum alij allegatis. Ideo pro responsione dixi, & repeto, quod per hoc non potest ipse reus in specie interrogari de qualitatibus delicti, ita in terminis Caron. videndus, & allegatus per Clarum in tract. de tormentis. cap. 15. num. 2. & 3. alios retuli in tit. de reo confesso, & conuicto, quæst. 83. num. 88. & 89.

41 Et quia rursus replicatur ex aduerso, quod sicut iudex potest, stantibus indicijs, reum in specie de delicto interrogare, sic, & pari ratione stantibus indicijs qualitatum, potest in specie super qualitatibus interrogare. Ad hæc dicebam, & nunc iterum repeto, quod dato, quod stantibus indicijs possit iudex reum in specie super delicto, & eius qualitatibus interrogare, non tamen potest delictum & delicti qualitates, supponere pro probatis, si probata non sunt. Qui enim interrogat, nihil affirmat. Bart. in l. 1. num. 6. vers. videre istæ interrogationes. ff. de interrogator. action. Franch. in cap. 1. num. 5. vers. & sic sequitur, de confessis in 6. Franc. Curt. in tract. de position. & interrogator. num 4.

42 Verum dicere (prout dictum fuit in casu nostro) *constat in processu quod tu es particeps parricidij. Constat concludenter, & etiam per testes fide dignos, quod non solum tu, sed alij carcerati in huiusmodi causa sunt conuicti de parricidio, adijciendo etiam parricidij circunstantias, & qualitates, & sic non semel, sed plures*, & in diuersis constitutis supponere pro probatis, & delictum, & qualitates delicti, cum non sint, sicut nullus ex Doctoribus ex aduerso allegatis hoc dicere audet, ita (vt verum fatear) dicant ex aduerso Domini scribentes quicquid velint, nunquam aliquem vidi similem processum. Et hic intrat Conclusio, quod confessio cum his falsis assertionibus extorta, nedum suggestiua, sed per dolum extorta reputatur, & consequenter confitentem non afficit. ex Clar. Cartar. Pegna, & alijs in prioribus scriptis, allegatis, & per me relatis in quæst. 31. num. 309. & 311. Et hoc fundamentum, ni fallor, ineuitabile est.

43 Cui non obstet, quod ex aduerso per D. Fisci Aduocatum dicatur, quod etsi non liceat iudici mendacia & falsa asserere, & sic asserendo peccet; non tamen sequitur quod confessio inde emanata sit nulla. Si enim (vt omnes præallegati Doctores notant) ex huiusmodi mendacijs et falsis assertionibus *Reus dicitur illaqueatus fraudibus, & dolosis deceptionibus*, & verum dicunt, quia in mendacio, et falsa iudicis assertione, inest etiam dolus. ad text. in l. si quis affirmauerit, ff. de dolo. Bart. in l. dolum, num. 2. et ibi etiam Fulgos. num. 2. in fin. C. eodem. Imò et dolus verus. Aym. consi. 262. num. 7. in fin. et consi. 446. nu. 15. Franc. Bec. consi. 106. num. 13. in fine.

44 Necessario sequitur, quod confessio sic dolo extorta, confitenti non noceat, etiam quod sit iurata. cap. cum contingat, de iureiur. cap. quamuis, de pactis. in 6. cum ibi notatis. et facit generalis regula, quod vbi dolus dat causam promissioni, seu obligationi, promissio, vel obligatio est nulla ipso iure. l. eleganter. et ibi Bart. ff. de dolo. Ias. in §. actionum, nu. 31. instit. de action. cum similibus. Quod si hæc procedunt in ciuilibus, multo magis procedere debent in criminalibus, in quibus agitur de maiori periculo. Dolus enim et metus æquiparantur in iure. d. cap. cum contingat. de iureiur. et d. cap. quamuis. de pactis. in 6. Ideo sicut rei confessio per vim et metum extorta confitenti non nocet. l. 1. §. si quis vltro. et ibi Glos. in verbo, nonnunquam. ff. de quæstionibus. Bart. in l. 1. num. 10. et ibi etiam Alberic. num. 9. vers. quia per metum extorta. C. de confessis. ita nec etiam nocere debet confessio extorta per dolum. Et in terminis quod præsupponens falsa, dicatur non solum suggestionem, sed et quod plus est falsam suggestionem facere, est text. in cap. super litteris, ibi. *Tacita veritate, vel suggesta falsitate*. extra de rescriptis. Quare si confessio per falsam assertionem extorta, per suggestionem extorta

torta dicitur. ergo confitenti non nocer, iuribus aliàs allegatis.

45 Addebam, & ex abundanti, quod eo minus prætensi delicti qualitates erant notificandæ *N.* in secretis carceribus existenti; cum iudex in vim prætensæ facultatis Gubernatoris sibi tributæ, habebat in animo ipsum torquere, etiam denegatis defensionibus, prout alios assertos complices sic torsit. Et isto casu non debebat *N.* & aliorum depositiones per extensum ei legere, sed reticere qualitates. & sic (vt nos dicere solemus) erat facienda confrontatio, & depositionum lectura sicca & non plena, ex Bursatt. in cons. 201. num. 81. iuncto nu. 70. & seqq. Ambrosin. qui fuit magnus practicus, de processu informatiuo lib. 2. cap. 5. nu. 23. & seqq. & dixi in tractatu de testib. quæst. 72. num. 139. vers. verum quando iudex, quos sic dicentes ex aduerso Domini scribentes non impugnant.

46 Nec mirentur Domini mei, quod in hoc puncto maiorum Doctorum auctoritates non reperiantur. Id enim euenit, quia Doctores vix credere poterunt, posse in secretis carceribus, & denegatis defensionibus reos torqueri, ex his quæ plenè scripsi in tit. de indic. & tortur. quæst. 29. num. 15. & seqq. Vbi etiam & in specie scripsi de prætensa Gubernatoris facultate. Sed quod ita fieri debeat, vrget viua ratio. quia dum iudex vult torquere reum denegatis defensionibus, & in secretis carceribus, si reus ipse fateatur, non potest confessionis veritatem cognoscere, nisi ex verificatione circunstantiarum & qualitatum, & ideo ei suggeri non debent. Vbi enim confessio non sic verificatur, siue in tortura siue sponte emanauerit, erronea præsumitur, vt per Marian. Socin. in cap. qualiter & quando, il 2. num. 975. de accusat. Anchar. in cap. ex litteris. post num. 8. extra de diuort. Brun. de indic. & tortur. par. 2. q. 6. num. 13.

47 Non sic est quando reo dantur defensiones, eo posito ad largam; nam tunc in defensionibus, & copijs indiciorum, omnia integre, & per extensum dantur, & dari debent. ad hoc, vt si voluerit, possit etiam aduersus circunstantias & qualitates prætensi delicti à socijs criminis forsan confessatas, se defendere & contrarium probare, vt per Foller. Bertazz. Ignat. Lopez, & alios per me relatos in cons. 84. nu. 3. & 4. lib. 1. Et ita non est mirum, si tunc depositiones testium & sociorum criminis confrontationes, legantur & fiant per extensum, quia iam in copijs indiciorum per extensum ad effectum præmissum poni debent. Et hæc est ratio diuersitatis inter vnum & alterum casum.

48 Nec obstet excusatio, quod *N.* examen fuit sic per extensum lectum, ipso eodem *N,* petente. Quia & in hoc amplius dicitur, male fecisse iudicem, cum nec etiam N. petente, et audiente N. debebat isto casu sic per extensum examen legere, ex prætallegatis. Et præsertim socio criminis sic petenti sibi legi suum examen de recenti factum per duos dies ante. Cum tunc sic petendo lecturam primi examinis, magis se de falso suspectum præstet. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 109. num. 12. Hieron. Laurent. decis. 91. num. 5. in fin. vers. cæterum. qui huius conclusionis optimam reddunt rationem, quam videri supplicatur.

49 Cętera ex aduerso deducta, tolluntur *ex facto*, quia quod iudices Gubernatoris, cuius auctoritatem habebat iudex istius causæ, possint per suggestionem, per dolum, et per falsas assertiones reorum confessiones extorquere, prout talia non faciunt, ita et quod facere possint, negatur, et si quandoque facerent, male facerent, vt dixi in tract. de testib. quæst. 72. num. 139. vers. verum quando iudex.

50 Sic et quod N. non fassus fuerit in eodem constituto post suggestiones sibi factas, nec etiam in facto verum est. cum eius confessio emanauerit immediate post confrontationem N. in qua etiam falso iudex ipsi asseruit, quod vna cum omnibus carceratis erat conuictus.

51 Prout nec etiam verum, quod *N.* in sua confessione adijciat qualitates à *N.* non expressas et ignoratas, ex eo quod amplius fateatur *mortem patris audiuisse ab N. in itinere prope N.* Nam et tunc easdem qualitates recenset, quas N. in sua confessione explicauerat. nempe quod *N. & N. occiderant patrem; Quod occiderant in lecto; Et quod postea proiecerant per Miguanum.* Quas quidem qualitates absque dubio non recensuisset, nisi à N. et iudice sibi toties suggestæ fuissent.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

CORPVS delicti in crimine furti quomodo probetur, quando sumus in antiquissimis? Et quando instrumentum, seu scriptura in parte falsa, reputetur falsa in totum?

SVMMARIVM.

Regula, singula si non prosunt, multa collecta iuuant, procedit in probatione temporis antiquissimi, nu. 1.

Furti facti cum fractura, corpus non censetur probatum, nisi etiam probetur, res furto subtractas aliàs in loco fracturæ extitisse, etiam quod probata sit fractura, num. 2. *Vbi declaratur hoc procedere quo ad condemnandum, non quo ad torquendum.*

Præsumptiua probatio vbi admittitur, tunc duæ præsumptiones sufficiunt, num. 3.

Corpus

Corpus delicti nunquid probetur ex sola fama, num.4.
Fama publica iunctis alijs adminiculis, facit plenam probationem in his quæ sunt difficilis probationis, num. 5.
Fama publica, licet de se non plenè probet, benè tamen alias probationes adminiculatur, & adiuuat, n.6.
Scriptura reperta in archiuio, etiam quod non sit in forma probanti, probat in antiquis, num.7.
Scriptura verificatio in parte, habet præsumptionem veritatis in totum, num. 7.
Publica scriptura dicitur, illa quæ in publico loco reperitur, num.8.
Scriptura in parte falsa, in totum reputatur falsa, num. 11. & 17.
Instrumentum in parte falsum, in totum reputatur falsum, num. 12. Vbi redditur ratio huius Conclus.
Historia in parte falsa, non reputatur falsa in totum, num. 12.
Instrumentum falsum in parte, non reputatur falsum in totum, quando capitula sunt separata, num. 13. Declara vt num. 14. & 15.
Causa etiam iniusta, excusat à falsitate, num. 16.

CONSILIVM CCXXVII.

1 CORPVS delicti in casu de quo agitur, non historijs tantùm N. aut N. scriptura in archiuio reperta, & tabella in ecclesia affixa, vt forsan ex aduerso prætenditur, probatum censetur, sed alijs pluribus, ne dicam præsumptionibus, aut coniecturis, sed concludentissimis probationibus, de quibus in particulari informatione pleníssimè & plusquam notoriè deductum creditur. Et cum agatur de probatione corporis delicti de sui natura difficilis probationis tum propter essentiam criminis, furti scilicet & sacrilegij, tum etiam ratione temporis antiquissimi, certissimum est intrare regulam, si non prosunt singula, multa collecta iuuant. Rom. cons. 7. num. 3. & 32. Aym. cons. 73. nu. 19. & seq. Gabr. lib. 1. tit. de probat. concl. 1. n. 30. & 32. cum alijs per Petr. Barbos. in repet. l. 2. in prin. par. 1. nu. 81. vers. aduersus quos facit. & nu. 82. ff. sol. matr. vbi testatur de recepta Doctorum sententia.

2 Et in specie quod attinet ad existentiam corporum Sanctorum, de qua nunc differitur, licet vt ex aduerso scribitur, non sufficiat probatio fracturæ, nisi etiam probetur corpora, quę dicuntur subtracta, alias in loco fracturæ extitisse, ex plenè deductis per me in q. 2. nu. 14. vers. & propterea. & q. 176. n. 19. Animaduertendum tamen creditur, quod saltim ad effectum torquendi sufficit hanc præexistentiæ probationem fieri per indicia & coniecturas, sic enim ego idē declaraui in loco ex aduerso relato, scilicet d. q. 2. n. 15. & meam hanc declarationem refert, & sequitur Bonifac. in tract. de furt. n. 10. & seqq. & præsertim n. 15. & 80.

3 Et vbicúque, coniecturalis & præsumptiua probatio admittitur, tunc quod duæ sufficiant coniecturæ, seu præsumptiones, etsi criminaliter agatur, scripserunt Aym. cons. 156. num. 7. in fin. Mascard. de probation. lib. 1. cons. 447. n. 4. Decian. cons. 108. n. 76. & cons. 99. n. 11. lib. 2. ergo multo magis vbi plures, & plũres, prout in casu nostro concurrunt indicia & coniectutæ, quæ propterea Iudicem ad sic credendum & non aliter, inducunt & compellunt. . . .

4 Et quod attinet ad historiam de qua per N. & N. licet aduersus N. multa in informatione facti opponantur, quæ etiã ex contraria facti informatione bene tolluntur; negari tamen non potest, quin hæc N. historia de se sola non modicum faciat indicium super existẽtia dictorum corporum, & inde plena producatur probatio, iuncta relatione N. qui non verum est, vt ex aduerso creditur, quod dubitatiuè aliquid afferat, sed affirmatiue, scilicet per verba, *vt dicitur*. Quæ verba, *vt dicitur* in historia apposita, publicũ important auditum, & quatenus non importarent, de publica fama quod corpora Sanctorum de quibus agitur, essene in loco fracturæ, totus processus est plenus, & ex ea sola delicti corpus probari scripsit Grat. cons. 94. n. 16. in fi. & cons. 95. n. 12. vers. accedit. & n. 13. & seq. & cons. 97. n. 4. vbi ampliat etiam quod agatur de magno furto. præsertim in antiquis, in quibus pariter & sola fama plenam facit probationem, etiam quod agatur de graui præiudicio. Cassad. decis. 2. nu. 2. de probat. Put. decis. 62. lib. 1. Caputaq. decis. 337. n. 8. par. 3. Hieron. Catuall. in commun. opin. quæst. 302. num. 8.

5 Quod si sola fama probat delicti corpus, & præexistentiam rerum furto subtractarum in loco fracturæ, multo magis vtique hoc idem probabit iuncta historia, & relatione N. & N. Platinæ, Illustrissimi Cardinalis Baronij, & Bernardi Sacchi, de quibus in informatione facti, & alijs, de quibus mox dicam. Tum quia in his quæ sunt difficilis probationis, fama iunctis alijs adminiculis, plenè probat. Dec. in cap. 1. n. 41. de appellation. Roman. cons. 76. num. 5. vers. tertio ad hoc. & ibi Mandos. in addition. Boss. in tit. de partu supposito. num. 20. Caputaq. decis. 78. nu. 4. par. 2. & decis. 49. num. 3. par. 3.

6 Tum etiam quia fama, licet de se non plenè probet, bene tamen alias probationes adminiculatur & adiuuat. l. 3. & ibi glos. in verb. confirmat. ff. de testib. Bart. in l. de minore. §. plurium. num. 30. vers. sed licet non probet. & ibi Marsil. n. 64. ff. de quæst. Boss. in tit. de inquis. num. 37. cum alijs per Mascard. de probation. lib. 1. in præfat. quæst. 11. num. 6. & lib. 2. conclus. 748. num. 9. & conclus. 753. num. 6.

7 Accedit scriptura reperta in Archiuio, quam

M præ-

præsertim in antiquis plenè probare, imo & rem notoriam facere, etiam quod non sit manu notarij confecta, nec in forma probanti, voluit Osasc. decis. Pedemont. 69. num. 1. & seqq. cum aliàs allegatis. & eo magis quod vt pariter dicebam, in ea descripta reperiuntur multa alia Sanctorum corpora, quæ in eadem ecclesia sepulta esse verificatum fuit. quod vtique eandem scripturam in totum esse veram apertè demonstrat, ex allegatis per Gabriell. libro primo. tit. de præsumptionibus. conclusione quinta. num. 1. Rota diuers. conclusione 83. numero 15. & seqq. parte prima. Nec obstent in informatione facti ex aduerso opposita. cum ex eodem facto pro parte Fisci dato bene tollantur.

8 Et demum omnis excluditur difficultas ex tabella antiquissima reliquiarum, publicè in ecclesiæ sacrario appensa. in qua expressè asseritur corpora Sanctorum de quibus agitur, fuisse in eadem ecclesia recondita. Et cum similibus tabellis antiquis, præsertim de reliquijs mentionem facientibus, de generali consuetudine credatur dubium non est quod ex illis concludens oritur probatio, cum illa dicatur publica scriptura, quæ in publico loco reperitur. Calcan. cons. 90. num. 7. in fine. & num. 8. Hieron. de Monte de finibus Regend. cap. 65. num. 6. post Cassan. & Grat. in locis per eum relatis. Mascard. de probationib. lib. 1. conclus. 399. num. 5. in fine. & num. 6. & num. 10.

9 Et eo præsertim, quod vt alter Dominus Scribens bene deducit, veritas tabellæ fulcitur ex celebratione officij duplicis, & cantu antiphonæ dictorum Sanctorum, in diebus in quibus eorum festiuitas ab ecclesia celebrari solet. quod vtique fieri nequiret, nisi Sanctorum corpora in illa ecclesia requiescerent, vt in Breue Gregorij XIII. de quo in pract. Archiepiscopali cap. 80. in annotatione, & ex constitutione Pij V. de qua in rubr. generali Missalis rit. de symbolo. vers. in festis Sanctorum.

10 Deducta in informatione iuris, non indigent responsione, in ea nempe præsupponuntur duo. Primum quod per rei euidentiam constet de falsitate historiæ N. & N. scripturæ repertæ in archiuio, & de tabella, de quibus suprà. secundum quod præmissa non fuerunt producta coram ordinario, qui processum inchoauit. Hæc præsupposita non verificantur in facto, vt ex aduerso præsupponitur.

Prosper Farinacius I.C. Romanus.

In eadem causa secundum responsum.

11 Historia N. & N. Tabella antiqua in ecclesia affixa, & scriptura in archiuio reperta, quantum probent, saltim simul iuncta, existentiam corporum Sanctorum de quibus agitur, satis superq. alias probatum fuit. sed quia hodie hæc omnia prætenduntur falsa, & præsertim quo ad N. vnde aliæ sumptæ sunt probationes prædictæ. Tū in eo quod asserit, corpora prædicta donata fuisse à Theodoro Primo Pontifice de anno 637. Rothario Regi Longobardorum, cum Theodorus prædictus creatus fuerit Pontifex quatuor annis postea. Tum etiam in eo quod affirmat, corpus Sanctæ Ceciliæ in eadem ecclesia sepultum. cum certum sit in Vrbe repertum fuisse, & inde inferatur, quod historia prædicta in parte falsa reperta in totum reputetur falsa, ad scripta per Doctores in l. si ex falsis. C. de transact. & in cap. fraternitatis. de hæretic. cum alijs per Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 742. num. 10. & seqq. & consequenter non dari prædictarum probationum aliquam coniunctionem, cum singulæ de per se vti falsæ nullam prorsus faciant probationem, ex regula quod non entis nullæ sunt qualitates, cum alijs ex aduerso allegatis.

12 Hoc ideo vnico verbo obiectioni præmissæ respondere posse existimo. Doctores enim in dicta l. si ex falsis. C. de transaction. & in cap. fraternitatis extra. de hæretic. non loquuntur in historia, sed in instrumento. dicuntq. illud in parte falsum in totum reputari falsum, & reddunt rationem. quia scilicet totum instrumentum, etiam quod contineat capitula separata, est quid indiuiduum ratione iuramenti quod præstat notarius de fideliter exercendo. Et ideo ratione periurij in vno, est etiam suspectus in alijs, vt videre est apud Albertic. in dicta l. si ex falsis. numero quarto. versic. & quia tabellio iurauit. & ibi etiam Bald. num. 14. vers. ratio est. Anchar. in cap. fraternitatis. nu. 2. vers. ratio est. & ibi etiam Felyn. num. 20. vers. vltimo considera. & Marian. Socin. num. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumptione 21. num. 4. Verum cum in Historiographo cesset hæc iuramenti indiuiduitas, eapropter absurdum est dicere, quod in vno falsus, in alijs omnibus separatis falsus reputetur. si enim hæc consequentia valeret in historijs, nulla vnquam fidem illis adhiberetur, cum nullus sit auctor historias describens, qui in aliquo non mentiatur.

13 Præterea & ex abundanti, etiam in instrumento propter iuramentum, vt dixi, indiuiduo non est ita absolutè verum, quod in parte falsum, in totum reputetur falsum, præsert im in capitulis separatis, cum contrarium voluerit glos. in dicta l. si ex falsis. in figuratione casus. in fine. & in verbo, firmis, etiam in fine. versic. item intellige. & ibi Bald. numero decimoquarto. vers. sed Innocentius dicit. Salycet. numero secundo. colum. secunda. in fin. vers. & sic videtur. vbi Bal. sententiam dicit communem, & illi standum esse,

& Al-

& Alberic. omnino videndus n. 4. vbi quod opinio gloss. communiter in iudicio obseruatur. Hostien. in d. c. fraternitatis n. 7. in fin. & alij plures relati per Gabriel. lib. 7. concl. 3. nu. 2. vers. contrarium. & per Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 21. num. 1. & 2.

14 Et dato quod cõtraria opinio esset magis communis, licet de magis communi nullus quem viderim Doctor attestetur, creditur tamen aduertendum, quod illa intelligenda erit quando falsitas in parte instrumenti est talis, quæ per se totam fidem instrumenti adimat, vt puta si scriptum sit actum fuisse in vno loco, cum in alio loco fuerit actum, tunc enim totum instrumentum falsum reputatur, alias secus, vt bene declarat Andr. Facchin. omnino videndus controuer. iur. lib. 9. cap. 79.

15 Addo & tertio etiam ex abundantia, quod conclusio ex aduerso firmata, quod instrumentum in parte falsum, in totum reputetur falsum, procedit quando falsitas commissa est à Notario scienter cum eius dolo & vitio, secus si aliqua credulitate. vt puta, partium assertione ductus, falsum asseruerit, vt per Felynum in dicto capit. fraternitatis. num. 20. in quarta fallentia. Diaz reg. 348. in eadem quarta fallentia. Gabriel. di. cta conclus. 3. num. 2. iuncto num. 4. & num. 12. Mascard. d. conclus. 742. num. 4. & seqq. & nu. 15. Menoch. d. præsumpt. 21. num. 20.

16 In proposita autem falsi specie N. sic de corpore Sanctæ N. asseruit, non scienter & dolose, sed iusta credulitate ductus. ex eo nempe quod illo tempore sic publicè dicebatur, vt attestatur N. & constat ex reuelatione Papæ ab aduersarijs producta. nec tunc etiam erat corpus prædictum in Vrbe repertum, & ideo eius assertio falsa dici non potest, ex prææallegatis. & quia etiam à falso, nedum iusta sed iniusta excusat credulitas. Bald. in l. 2. §. quod obseruari. in 3. notab. C. de iurament. calumn. Clar. in pract. §. fin. q. 60. vers. & generaliter. ibi. tu vero. dicto cap. Honded. consil. 105. num. 29. lib. 2.

17 Non omitto demum, quod N. historia multum verisimilis redditur, ex eo quod Commissarius facta per eum diligentia, verificauit omnia Sanctorum corpora in scriptura Archiuij enunciata existere in ecclesijs enunciatis. corpora autem de quibus agitur, verificare non potuit, quia fuerunt surrepta. & ideo subintrat conclusio, quod scriptura in pluribus verificata, in alijs etiam vera præsumitur, nisi de contraria falsitate appareat. Gabriel. tit. de præsumptionib. conclusione quinta. num. 1. & num. 3. Ioseph. Ludou. conclusione 29. versic. semoto etiam statuto. & vers. præfatus etiam Iudex. & seq. Rota diuers. decis. 813. num. 15. & sequenti. parte prima. Magis enim iuri consentaneum est, vt ex veritate & verificatione plurium particarum in scriptura contentarum, inferatur ad veritatem alterius, quam ad illius falsitatem ex vnius partitæ, detecta falsitate. præsertim vbi scriptura ratione iuramenti, vel alias non est indiuidua.

Prosper Farinacius I. C. Romanus.

ARGVMENTVM.

FIDEIVSSIO de non discedendo de domo sine licentia in scriptis data, expirat vbi licentia data fuit etiam oretenus, & clausis oculis. Sic & fideiussor de non discedendo de domo, non tenetur si is pro quo fideiussit, pro nouo delicto molestatur à Curia. Nunquid autem pœna conuentionalis, & iudicialis exigi potest vltra id quod interest, plenè in hoc Consilio explicatur.

SVMMARIVM.

Sententia, in qua est expressa falsa causa, ipso iure est nulla, nec exequi potest, num. 1.

Princeps non subiacet constitutionibus inferiorum, num. 2.

Mixtum non comprehenditur sub simplici, num. 2.

Licentia in scriptis de non discedendo de aliquo loco, vbi requiritur, sufficit quod habeatur voce, num. 3. & seq.

Decipi sub fide publica nemo debet, num. 3.

Principi nihil magis conuenit quàm recta fides, numero 3.

Scriptura vbi requiritur, sufficit partis confessio, numero 4.

Interpellatio requiritur, vt is qui habuit licentiam discedendi, incurrat pœnam si non redeat, num. 4.

Sententia non conformis petitioni est nulla, num. 4. in fine.

Interpellatio ad faciendum incurrere pœnam, debet esse formalis, & præcisa, & cum termino competente, num. 5.

Fideiussio, seu promissio de non discedendo de aliquo loco sine licentia, data licentia, expirat, num. 6. & num. 12.

Licentia data clausis oculis de discedendo de loco ex quo quis non discedere promisit, habetur pro vera, & bona licentia, num. 7. 8. & 10.

Dictio, sicut, importat quandam similitudinem facti & modi, num. 8.

Carceratus pro delicto, pro quo venit sola imponendam pœna pecuniaria, relaxari debet sub fideiussione, num. 9.

Nutus sufficit ad omnès actus, in quibus pro forma requiritur loquela, num. 10. & seq.

Licentia discedendi de domo, de qua quis non discedere promisit sine licentia, censetur data ex tolerantia discessus, publicè & palam à Superiore facta, num. 11.

Notarius se publicè pro notario gerens sciente & patiente Principe, dicitur dispensatus, num. 11. Vbi idem de eo qui se gerit pro Iudice.

Tolerantia superioris in non puniendo transgressores inducit remissionem & dispensationem, num. 11. in fine.

Licentia semel data amplius reuocari non potest, n. 12.

Remittentibus iura sua, non datur regressus, num. 12. in fine.

Stare verbum, denotat permanentiam, & existentiam, num. 13.

Reuocatio licentiæ facta re non integra, non valet, num. 13.

Promissio omnis, intelligitur rebus sic stantibus, num. 13. in fine.

Fideiussio, seu promissio de non discedendo de domo sine licentia, & in casu licentiæ de se repræsentando. quid importet? num. 14. & seq.

Fideiussio, seu promissio de non discedendo de aliquo loco durat, licèt is in alium locum valetudinis causa translatus fuerit. Nunquid hoc verum sit, nu. 15. & 16.

Fideiussio sine stipulatione non valet, & stipulatio non fit sine verbis expressis, num. 16.

Præsens, & tacens, non dicitur consentire, dum agitur de eius præiudicio, num. 16.

Clericus absens à residentia de licentia Superioris, moneri semper primò debet vt redeat, aliàs condemnari non potest, num. 17.

Fideiussor de repræsentando, non potest condemnari ob non repræsentationem, nisi sibi dato competenti termino, num. 18.

Relaxatus sub cautione de se repræsentando, non potest amplius molestari nouis non superuenientibus indicijs, num. 19.

Fideiussor de repræsentando aliquem non tenetur, si is pro quo fideiussit, nouum commiserit delictum, & ob id à Curia molestatur, nu. 20. & 22. Vbi præsertim quando delinquens fuit positus in fuga facto curiæ, quæ procurauit ipsum capere.

Fideiussor de repræsentando aliquem, potest quandocunque ante sententiam moram purgari, num. 23. & 24. & num. 25. Vbi quod hoc procedit etiam in fideiussore de non discedendo de domo.

Fideiussio, seu promissio de non discedendo de domo, intelligitur rebus sic stantibus, num. 25.

Fideiussor de repræsentando aliquem, qui postea aufugit, quando possit in se suscipere iudicium effugientem pro quo fideiussit defendere, numero 26.

Pœna conuentionalis, an & quando exigi possit propter illius contrauentionem non datur interesse partis, num. 27. & seqq.

Pœna conuentionalis, si fuit excessiua, exequi non potest, num. 29.

Iudicandum in dubio est contra fiscum, num. 35.

CONSILIVM CCXVIII.

1 ENTENTIA lata & ipso iure est nulla, & notoriè iniusta. Nulla quidem. Quia in ea sunt expressæ causæ falsæ, super quibus ipsa sententia, & totus processus fundatur. Et de iure certum est, quod sententia in qua falsa causa est expressa, ipso iure est nulla; quicquid sit, quando causa non est expressa, sed est tacita, vel colligitur ex actis. Quando enim falsa causa est expressa, tunc vitium est formæ; quando vero est tacita, vitium est materiæ, & vitium formæ est potentius in annullando. ita Bald. & Imol. in l. ex diuerso. §. 1. ff. sol. matr. Felyn. in cap. inter cæteras de re iudic. sub num. 1. Propterea q. tex. in cap. sicut. de sent. & re iudic. ait, prudentes iudices in sententijs non exprimere causas. Et in puncto, quod sententia sit nulla quando causa falsa est expressa. trad. Pan. Butr. & Imol. in d. cap. inter cæteras. & ibi latè Felyn. sub num. 1. & latius num. 5. Bald. in l. 1. C. de error. calc. & ibi Dec. qui alios allegat. & in d. l. ex diuerso. §. 1. Barz. decis. 33. num. 6. & 7. Surd. cons. 492. num. 4. & resoluit Rota apud Seraph. decis. 251. decs. 641. vbi etiam concludit illam non posse exequi, & decis. 987. & in collectis à Farin. decis. 709. num. 9.

2 Quòd autem falsæ causæ in proposito fuerint expressæ, patet. Primò, quia in citationibus & sententia, ea exprimitur causa, *Quia N. discessit de domo sine licentia*, quæ est falsa, vt ex suppositis liquet. Nec refert, quod promissio esset de non discedendo sine licentia D. Auditoris N. in scriptis, & quod scriptura de ea licentia non fuerit facta. Primò, quia licentia voce fuit habita non solum a D. meo Auditore *N*. sed & ab Illustriss. Card. Legato patrono meo colendissimo, quæ prodesse debet, cum promissio de licentia in scriptis sit restricta ad licentiam solius Domini Auditoris, & sic non comprehendit casum quando etiam Illustrissimus Cardinalis licentiam dedisset. Tum quia Princeps non subiacet alicui constitutioni inferiorum. Bald. & Alexand. in l. debitorum. C. de pact. Rolan. de lucro dotis, quæst. 83. Tum etiam, quia casus est mixtus, dum vltra licentiam Domini Auditoris, concurrit quoque licentia Illustrissimi Cardinalis, qui propterea non comprehenditur sub simplici, l. 2. cum ibi notat. ff. de verb. oblig.

3 Secundo, quia licentia etiam voce concessa à Superiore sufficit, vbi requiritur in scriptis, vt in terminis scribit Farin. cons. 59. lib. 1. præcipue

num.

num.9.10.sub num.13.& 16. & attestantur DD. Procuratores in fide producta; & est notorium omnibus in foro versatis. Estq. ratio euidens, ne alioquin quis decipiatur sub fide publica, contra l.1.ff.de const.pecun. l.conuentionum, ff.de pact. & cap.1.de dolo. Maximè Principis, cui nil magis conuenit quàm recta fides. Epistola inter claras. C.de summ.Trinit.Boss.de Princ. num. 9. & firmissimè seruare verbum datum.Cassan.cons. 64.num.24.Boss. vbi supra.Peguer.decis.39.Bertazzol.consil.359. Et illud non facere irritum, vt in Psal. *Et quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita*. & latissimè prosequitur Surd. cons. 419. num.46.cum seq. Adinuenta enim est hæc forma addendi hæc verba, *sine licentia in scriptis*, ne reus se excuset si crederet custodi, vel alij dicenti habere licentiam à Superiore. Farin.quæst. 30.num.184. non autem vt ligetur ipsemet Superior, quin possit quomodocunque præstare licentiam. Farin.d.cons.59.

4 Tertio, quia etsi requireretur licentia in scriptis (quod negatur) cum tamen Curia fateatur licentiam fuisse concessam, vt in suppositis, expropter sufficit, nam & in ijs casibus in quibus scriptura est de substantia, admittitur partis confessio. Bald.in authen.sed nouo iure. C. si cert.pet. Dec.in rubr.de probat.num.80. Surd. decis. 10. nu.12. Secundò, quia pariter pro causa exprimitur in sententia, quod *N.* nunquam voluit domum redire.Quę & ipsa est falsa,eo quia ille nunquam requisitus fuit vt rediret, & sic non constat quod noluerit redire, & interpellatio omninò de iure requirebatur. glos. est notabilis in cap.quoniam frequenter. §.porrò.verbo, canonibus. vt lit.non contest. quæ ait, quod si quis discessit cum licentia etiam limitata ad certum tempus, is condemnari nequit si non redeat elapso etiam tempore,nisi prius monitus, & interpellatus fuerit ad redeundum. quam glos. sequuntur ibi omnes Canon.tradit Foller.in fragm.nu. 275. Gabr.cons.173. lib.2. Farin.quæst.34. num.125. & cons. 93. num. 10. lib. 1. Sic etiam si fideiussor promittat aliquem præsentare etiam ad certum tempus, non incurrit pœnam si non fuerit interpellatus. Farin.d.nu.125. Quinimò cum *N.* nunquam fuerit requisitus ad redeundum, sed solum ad dicendum causam, cur discessit sine licentia. ea propter dicta sententia est etiam nulla, quia non est conformis citationibus, quæ habent vim libelli, iuxta regulam l. vt fundus. ff. commun. diuid.& prosequitur Honded. consil.94.num.40. & seq. lib.1.

5 Non obstat,quod *N.* fideiussor, qui licentiam impetrauerat,fuerit interpellatus. Nam hæc interpellatio non sufficit, tum quia fuit illegitima, tum & quia fieri debebat etiam de *N.* vt infra latius suo loco dicetur. Præterea etiam si satis fuisset interpellare N. non per hoc tamen iustificata esset dicta causa. Illa enim percutit voluntatem *N.* nempe quod nunquam voluerit redire. Quæ voluntas nunquam potest colligi ex interpellatione etiam millies facta de N. Maxime quia N. nunquam allegauit se requisijsse *N.* & quod noluerit redire, sed allegauit se non teneri, & sic semper subsistit falsitas causæ. Prout nec etiam obstat, quod ex subsequutis citationibus ad domum principalis, & fideiussoris intelligatur facta interpellatio. Quia, vt dixi, citationes sunt ad dicendum causam, cur non debeant condemnari, ex quo *N.* discessit sine licentia contra formam obligationis. Et sic ex eis non potest resultare interpellatio ad redeundum, cum aliud sit interpellare ad redeundum; aliud supponere delictum iam commissum per discessum, & citare pro condemnatione. Et interpellatio debet esse formalis & præcisa, quia agitur de incurrenda pœna, in quam quis non incurrit ratione moræ sine expressa interpellatione. dubia enim non sufficit,quia in pœnis strictè proceditur.Paul.cons.100.lib.2.& in auth.hoc amplius. vbi & Ias.C.de fideicom.Dec. cons.2.& cons.605. Et si sufficeret processus super condemnatione, frustra iura,& Scribentes requirerent, quod præcedere deberet interpellatio ad redeundū. Maximè quia (vt inferius dicetur) interpellatio debet esse cum termino competenti. Et DD.N.N.hoc modo remanerent decepti; nam videntes se esse citatos ad dicendum causam, cur non debeant condemnari ratione discessus,se defenderunt ostendentes se non peccasse, quia discessus fuit cum licentia.Quod si fuissent requisiti ad redeundum,alio remedio vsi fuissent. Et sic ex his constat de nullitate sententiæ ex falsitate causarum expressarum.

6 Est etiā iniusta dicta sententia.Primo,quia promissio de non discedendo de domo, fuit limitata & restricta ad discessum sine licētia. Et ideo,statim quòd concessa fuit licentia, promissio expirauit; quia in ea strictè proceditur, & vltra verba quis nō obligatur. Sicut in puncto (omissis regulis generalibus) firmant Petr.Caleph. inter cons. crim. diuers.cons.87.n.46.lib.2. in parua impress. Bertaz.cons.80.Rim.Iun.cons.135.nu.10. Farin. viden.cons.59.per tot.præcipue n.9.Laderch.& ipse omnino vidend. cons. 198.per tot. *Nec* obstat, quod licentia non fuit in scriptis. Quia sufficit licentia quomodocunque data à Superiore, vt supra firmatum fuit tàm de iure quàm de consuetudine,de qua etiam attestatur Illustriss. Card. N. olim nostræ Vrbis Legatus Vigilantiss.in eius litteris nunc productis. Et præsertim cum licentia fuerit data non solum à D.Auditore *N.* sed & ab Illustriss.Card.Legato.

7 *Non* obstat, quod licentia fuerit data clausis oculis,& quod ea non operetur licētiam, sed sim-

plicem conniuentiam, quæ cesset eo ipso quod Superiores amplius non tolerent, & propterea per talem tolerantiam non dicatur extincta obligatio, sed duret ad nutum Superiorum. Primò, quia non est verum quod hæc fuerit simplex licentia clausis oculis; sed fuit formalis licentia data voce, sicut clarè exprimitur in suppositis, ibi. *Il quale havendo fatto instanza, e pregato il Signor Cardinale, che si fosse contentato di dar licenza à detto N. che fusse potuto uscire di casa. S. S. Illustrissima si contentò di dargliela in voce; & il medemo fece ancora l' Auditore del N.*

8 Nec illa verba adiecta pro parenthesi (*come si fà continuamente clausis oculis*) destruunt, vel restringunt, aut alterant præcedentia, in quibus clarè exprimitur, quòd licentia fuit data voce; sed solum ostendunt, quod in danda ea licentia voce seruatus fuit ille modus, qui seruatur in danda licentia clausis oculis. Hæc enim verba important quandam similitudinem facti, & modi, vt post Innoc. & alios scribit Hond. cons. 4. nu. 83. lib. 1. Et de dictione, *come*, Rota decis. 80. nu. 10. par. 1. in nouiss. Et constat etiam, quia ista verba non sunt posita dispositiuè, sed interiecta pro parenthesi; & stant enunciatiuè. Rota ibid. Si enim licentia clausis tantum oculis fuisset concessa, hoc expressum fuisset in parte dispositiua. Nec adiecta fuissent illa verba, quod licentia fuit data voce, quia diuersum est dare licentiam voce, & dare simpliciter clausis oculis, sed quoniam in danda huiusmodi licentia voce, seruatus fuit ille modus qui solet seruari quando conceditur licentia clausis oculis, quia nempè ea licentia fuit data voce sine præsentia testium, sine rogitu notarij, sine subscriptione alicuius bullettini, & sine alijs circunstantijs, & apparatibus; sed ita simpliciter, sicut fit quando conceditur licentia clausis oculis. Propterea adduntur illa verba, *come si fà continuamente clausis oculis*) sed semper subsistit, quod licentia fuit formaliter data voce, cum hoc clare exprimatur. Et colligitur etiam ex illismet verbis, *come si fà continuamente clausis oculis*. nam dum hæc verba ostendunt similitudinem, necessariò probant licentiam non fuisse datam clausis oculis, quia nullum simile est idem, & sic semper dici debet formalem licentiam voce fuisse datam.

9 Idq. confirmatur, nam quando præstita fuit fideiussio de non discedendo de domo, præstita fuit eo tempore, quo nondum clarè constabat, an ille N. de cuius occisione, & proiectione in puteum querelatus fuerat N. vitam ageret. nam solum per notarium, qui *N*. pro informatione se contulerat, scriptæ fuerant litteræ, in quibus significabat se intellexisse, dictum *N*. visum fuisse post percussiones. quæ non concludebant, an postea is obijsset ex illis percussionibus, vel an quid aliud euenisset. Vnde in hoc dubio rectè egit Illustriss. Cardinalis, ordinando quod *N*. relaxaretur de carceribus cum fideiussione quatuor millium scutorum, vt in suppositis habetur. Quando autem licentia fuit concessa, tunc per informationes postea sumptas à notario mediante examine plurium personarum, vt ex processu liquet, clarè constabat N. incolumem fuisse, & nullum aliud delictum sequutum fuisse, quàm bastonatarum, pro quibus solum imponitur à bannimentis pœna scutorum centum. Et ideo cum pœna delicti commissi solùm reduceretur ad pecuniariam, non poterat amplius N. detineri carceratus, sed ei libera licentia concedenda erat. Farin. quæst. 27. n. 39. & habetur in stat. Bonon. de casib. in quibus quis debeat person. star. deten. §. in alijs. Quare cum licentia fuerit concessa, dici debet concessa eo modo quo cõcedi debuit, & sic liberè. Rom. cõs. 247.

10 Secundo principaliter dicitur, quod quando etiam admitteretur, licentiam fuisse tantùm concessam clausis oculis, quod ex prædictis omninò negatur, adhuc tamen illa sufficeret, ac si esset licentia in scriptis, vt supra fuit dictum, & ponit Farin. d. cons. 59. Et vltra est, ea ratione probatur, nam in huiusmodi licentia saltem interuenit nutus, ille nempe clausura oculorum. Nutus autem sufficit ad omnes actus, in quibus pro forma non requiritur loquela. l. nutu. de leg. 3. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 4. Sanchez. de spons. & matr. lib. 1. disp. 8. n. 12. Farin. cons. 97. Rota decis. 139. inter collectas ab eodem Farin. lib. 1. crim. Ergo & in proposito sufficiet, cum pro forma non requiratur loquela. Et quamuis secundum tenorem promissionis, videatur requiri scriptura, quia tamen sufficit etiam loquela, idest simplex licentia data voce, vt supra firmatum est, ita debet sufficere nutus, qui est eiusdem effectus cuius est loquela, in actibus qui pro forma non requirunt loquelam. Et quicquid sit de iure, saltem hoc procedit de consuetudine, de qua attestatur idẽ Farin. d. cons. 59. & Illustriss. Card. N. ac DD. Causidici in stylo subscripto. In huncq. sensum ponderari etiam possunt dicta verba, *come si fà continuamente clausis oculis*. nam significare videntur solitum cõmune, hoc est, quod licentiæ huiusmodi communiter concedi solent clausis oculis.

11 Tertio, quicquid sit in alijs casibus, saltem in proposito nostro concludendum esset, dictam licentiam suffragari. Primo, quia nos non essemus in sola licentia clausulis oculis, sed etiã simul voce concessa, vt in dictis suppositis habetur, qui est fortior casus. l. 2. cum ibi notat. de verb. oblig. Secundo, quia licentia fuit cõcessa (vt dictum est) eo tempore, quo de innocentia N. circa occisionem constabat. Aliud est enim, quando nondum de innocẽtia rei constat, aliud quando constat. Quando enim constat, licentiæ, quæ dantur etiam clausis oculis (vt sæpissimè obseruatur, & attestantur

DD.Cau-

DD. Causidici) solent esse perpetuæ. Tertiò, quia concurrunt alij actus positiui, qui etsi soli essent, importarent licentiam; multò magis ergo concurrente licentia voce, & clausis oculis. Actus autem positiui sunt; nam sæpius N. tam N. quàm & N. adiuit Illustriss. Card. Legatum, & cum eo tractauit, benigneq. à S. Illustriss. Dominatione receptus fuit. Hi enim actus nō possunt dici facti clausis oculis, & ideo important licentiā manifestam; nam ex tolerantia publicè & palam à Superiore facta, nascitur licentia. Salyc. in l. nullus. per illum tex. C. de iudæis. Io. de Anan. in cap. sicut. extra eod. Nell. de bannit. p. 3. secundi temp. q. 84. Bertaz. cons. 440. n. 2. Farin. q. 163. nu. 29. Sic etiam si quis se gerat pro notario, sciente & patiente Principe, dicitur dispensatus ad officium notariatus; quicquid sit quando se gerit publicè, eo tamen ignorante. Butr. in cap. 1. de fid. instr. per c. consultationibus. de iurepatr. Pariter scientia & patientia Principis, quod quis se gerat pro delegato, habet vim delegationis. Bald. in l. 2. C. de sent. per tex. in l. 1. §. magistrū. de exerc. per quem tex. dixit etiam Gugl. in l. 1. de neg. gest. quod ille, qui se gerit pro locumtenente alicuius eo sciente & patiente, intelligitur ab illo tacitè deputatus. Sic etiam tolerantia Superioris in non puniendo transgressores, inducit remissionem & dispensationem. Butr. & Panor. in c. quia circa. de cons. & affin. Panor. in c. iam dudum. in fin. de elect.

12 Non obstat, quod licentia fuerit reuocata, eo quia pro parte Curiæ requisitus fuit N. vt deberet facere quod N. staret domi, & quod amplius oculi non claudebantur, vt in suppositis. Primò namque dicitur reuocationem hanc fieri non potuisse, nam cum promissio fuerit de non discedendo de domo sine licentia, & licentia fuerit concessa; eapropter expirauit promissio. Farin. d. consil. 59. Laderch. d. cons. 198. cum alijs supra citatis. Nec amplius locus fuit reuocationi licentiæ, quia quod semel placuit, amplius displicere non potest. cap. quod semel. de reg. iur. in 6. cum multis simil. ibi per Dyn. cumulatis. Nec locus est pœnitentiæ. l. si pecuniam. in princ. & §. item si quis. ff. de cond. ob caus. glos. fi. in l. quod Seruius. vers. de nomine. ff. eod. & remittentibus iura sua non datur regressus. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. l. Herennius. in princip. ff. de euict. glos. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicomm. & in cap. quàm sit periculosum, 7. q. 1. Dec. cons. 389. num. 10. Aym. cons. 24. num. 4.

13 Secundò, quia notificatio facta N. fuit, quod N. deberet stare domi, vt in suppositis, quod verbum, *stare*, denotat permanentiam & existentiam eo tempore, prohibetq. discessum. Socin. cons. 92. sub nu. 8. circa fin. vers. verbum enim stare. lib. 2. Menoch. cons. 251. sub n. 38. vers. quinto. At hoc factu erat impossibile, quia eo tempore N. aberat à Ciuitate virtute licentiæ. Igitur vt notificatio, seu reuocatio licētiæ afficeret N. oportebat, quòd N. tunc esset domi. Quare cum eo tempore abesset virtute licentię, sibi imputare debet Curia, quę licentiam concessit, & eam non reuocauit, dum N. adhuc esset domi. ita in puncto arguit Cephal. d. cons. 87. num. 46. lib. 2. crim. in parua impress. Laderch. d. cons. 198. Et facit regula, quod reuocatio facta re non integra non attenditur. d. l. si pecuniam. in princip. & §. item si quis. ff. de condi caus. dat. Confert etiam, nam promissio intelligitur rebus sic stantibus, in terminis nostris Laderch. d. cons. 198. Gabr. cons. 173. lib. 2. cum alijs adductis per Farin. q. 34. nu. 42. Ergo debet intelligi, si licentia non fuerit concessa, vt per Caleph. & Laderch. dictis locis. & Farinac. dicto cons. 59.

14 Tertiò facit, quia promissio solum fuit de non discedendo de domo sine licentia, non autem adiecta fuit promissio, & in casu licentiæ de se præsentando, sicut vt plurimum concipi solēt huiusmodi promissiones. Ergo cum N. abijsset cum licentia, non potuit deinde ipse, vel eius fideiussor requiri sub pœna promissionis, quod deberet stare, quia iā abierat, sed solum potuit requiri, quòd regrederetur. At hoc non continebatur in promissione, quæ erat solùm de non discedendo de domo, non autem de regrediendo domum, & illa strictè est intelligenda. Ideo &c. Sic argumentatur Laderch. d. cons. 198. Oportebat ergo, vel quod in prima promissione adderentur illa verba, *& in casu licentiæ de se præsentando*. vel quod tempore licentiæ requireretur nouus fideiussor pro dicto casu. Gabr. cons. 170. lib. 2. Sibi igitur imputet Curia, Laderch. dicto loco.

15 Quartò, nam vt sæpius dictum est: Obligatio fuit de non discedendo de domo sine licentia, quando autem N. aufugit, non discessit è domo; nam inde iam discesserat cum licentia, & erat N. & inde discessit. Igitur non dicitur contrauentum promissioni, cuius verbis ad vnguem inhærendum est, vt post Boss. monet Farin. q. 30. sub nu. 65. & d. cons. 59. sub num. 13. qua ratione vtitur Laderch. in d. suo cons. 198. Facit ad hoc etiam cons. Gramm. 66. nu. 64. vbi vult, vt si quis promiserit, quod reus ex vno loco non discedet, euanescat promissio si Curia in alium locum eum conieccerit, indeque discesserit. Nec his obstat cons. Gabr. 170. lib. 2. quem sequitur Baiard. ad Clar. quæst. 46. num. 69. dum vult promissionem factam, quod aliquis non discedet de aliquo loco, durare, licèt is in alium locum valetudinis causa translatus fuerit. Nam præterquàm quòd opinio Gabr. improbari potest ex rationibus adductis, & ex auctoritate Gram. & Laderch. Adhuc dicitur. Gabr. loqui postquam reus in priorem locum regressus est, indeq. discessit, & contrarium aper-

tè

tè sentire, quando is aufugisset de secundo loco (qualis est casus noster) vt per eum numero 5. & 6.

16 Non obstat, quòd cùm N. præsens esset concessioni licentiæ; quinimò ipse eam impetrauerit, adhuc remaneat obligatus, ex doctr. Baiard. d. q. 46.n.71. vbi ait, quod si fideiussor esset præsens, & videret quòd mutaretur locus carcerato, pro quo fideiusserat quod inde non discederet, & taceret, non esset liberatus à fideiussione, nam assentiens, & non cōtradicens obligatur. Falsa est enim hæc doctrina, nam ex sola præsentia, & taciturnitate fideiussor non obligatur, sed requiritur expressus consensus, eo quia fideiussio sine stipulatione non valet.l.1.§.verbis.ff.de act.& oblig.l.blanditus. C. de fideiuss.l.1. C.de contrah. & committ. stipul. §.1.inst.de verb.obl.& §.fin.inst.de fideiuss.& stipulatio non fit sine verbis expressis. Præterquam, quòd is qui præsens est, & tacet, non dicitur consentire dum agitur de eius præiudicio, quia scit ius suū durare.l.sicut. §.non videtur.ff.quib.mod. pign.vel hyp.sol.Rota decis.196.n.5. p.1.nouiss. copiosè Surd.decis.302. & latè in terminis prosequitur Henriq.de fideiuss.c.7.tit.quæ person.fideiub.poss.n.32. cū multis seq. vbi in fideiussore firmat magis communem esse opinionem, quod taciturnitas eum non obliget. & ponit casum in eo qui est præsens, & non ignarus negocij audit se à debitore in fideiussorem nominari: Et in præcisis terminis contra Baiard.stat cons.Laderch.198.& facit etiam ratio, nā vnus fortè fideiubebit quòd quis non discedet de vno loco, non autem de alio. Et præterea quicquid sit de veritate illius doctrinæ, casus Baiar. summoperè differt à casu nostro, in eo enim solum agitur de prorogatione fideiussionis de vno loco ad alium, retēta semper eadem forma fideiussionis de non discedendo, in hoc autem casu agitur de extinctione fideiussionis. nam dum conceditur licentia discedendi, extinguitur fideiussio, propterea argumentum non valet, vt per adden. ad Bertaz. cons. 63. & vlterius dictus *N.* interfuit vti impetrator licentiæ, ideo eius præsentia sibi non obfuit. Laderch. d. loco vers. Nec obstat quòd altet eorum affuerit.

17 Quinto, quia notificatio aliqua non fuit facta *N.* sicuti requirebatur, cùm ageretur de maximo illius interesse, & illi fuisset concessa licentia. Foll. in fragm.n.275. & est gl.ord.in d.c.quoniam frequenter.§.porrò, verbo canonibus, vt lite nō contest. quæ ait, quod clericus, vel quilibet alius absens de licentia superioris, semper primo moneri debet vt redeat, aliàs condemnari non potest, & citari debet personaliter, vbi reperitur, & si ignoretur vbi sit, aut citari non possit personaliter, trinæ citationis edictum publicè proponi debet, vt reuertatur, & si vltra sex menses venire distulerit, postea condemnari potest. Nec obstat, quod notificatio fuerit facta N. quia licentia illi non fuit concessa, sed per eum tantum impetrata, concessa autem fuit *N.* vt in suppositis clarè habetur, ibi *il quale hauendo fatto instanza, e pregato il Sig. Card. che si fosse contentato di dar licenza à detto N. che fosse potuto vscire di casa di Sua Sig. Illustriss. si contentò di dargli la.* & sic N. solum rogauit Illustriss. Cardinalem pro licentia, sed licentia fuit concessa *N.* & ideò ipsi principaliter notificatio fieri debebat. Maximè verò quia non hæc sola licentia fuit concessa dicto *N.* sed & aliæ, quæ resultant ex actibus positiuis, vt supra fuit deductum. Item & quia *N.* non minus domicilium habet in hac Vrbe; quàm habeat N. ideo nulla extat ratio, cur & ipsi notificatio non esset facienda. Non obstant plures citationes factæ ad domum *N.* Nam, cum fuerint ad dicendum causam discessus, non habent vim requisitionis, vt latius supra fuit dictum.

18 Sexto, quia aliquis terminus cōpetens statutus non fuit, facta namque notificatione *N.* statim intra biduum facta fuit perquisitio N. vt in suppositis, qui non fuit terminus competēs, cum maximè ille tunc abesset, & vbi extaret, ignoraretur; vndè saltem terminus sex mensium erat assignandus. l. sancimus. C. de fideiuss. glos. in d. c. quoniam frequenter. §. porrò. vt lit. non contest. & quamuis causa condemnationis per aliquot menses durauerit, pro facienda tamen præsentatione aliquis terminus competens non fuit assignatus.

19 Septimo, quia post licentiam datam, nulla superuenerunt indicia in delicto pro quo querelatus fuit *N.* neque grauiora, neq; leuia; imò plenè constitit de illius innocentia circa homicidium, & facta fuit à querelantibus exculpatio pro eo homicidio, & renuncia pro bastonaris, igitur reuocari non potuit licentia data. Thob.Non.cons.103. n.5. Farin.cons.59.n.2.& n.48. Cabal.resol.crim. 47.n.7. & seq.cum alijs mox citandis in sequenti fundamento.

20 Octauo, quia cum post dictam licentiam sequutum esset homicidium in persona cuiusdam N. de quo per Curiā inculpati fuere dicti *N.* vt effectus ipse postea demonstrauit, cum per eo deinde fuerint mulctati, & exprimitur etiam in sententia cōdemnatoria, noua autem pro priori delicto nō superuenissent indicia, nec aliqua esset causa eos requirendi pro eo priori delicto, vt dictum est, idcirco requisitio aliqua de iure fieri non potuit, neq; in foro conscientiæ. videatur Viu. decis. 524. per tot. Gabr. cons. 181. lib. 1. & cons. 173. lib. 2. Farin. q. 34. n. 31. & melius nu. 63. qui loquitur quando etiam nondum fuit reus accusatus, inquisitus, vel citatus pro nouo delicto, sed tātum diffamatus, & indicia noua nō superuenissent pro primo delicto. Idem latè n. 80. qui ait, quod quando pro primo delicto noua non superuenerūt indicia, & nouum deli-

delictum commissum est, licet iudex solum requirat pro primo delicto, illa tamen est cautela expressè malitiosa, & ad illaqueandam animam iudicis,& cũ sit dolosa,non est attendenda,nec seruanda, & fideiussor, vel principalis non tenentur parere dictę requisitioni,& d.conf.59.n.4.29.30. & 36.vbi pariter repetit,quod quando pro primo delicto noua non superuenerunt indicia, & apparet de innocentia, iudex non debet vnquã requirere reum pro ea causa. item quod si reus nouum commisisset delictũ, & iudex eum requireret pro priori causa, esset apertus dolus, & malitia, hocq; nimis à iure, & æquitate deuiaret, & quod iudex hoc faciens illaquearet animam suam, & quod in Vrbe omnium Ciuitatum matre & magistra, nunquam talia fieri vidit, vel audiuit. & idem firmat Cabal.d.resol.47. num.8.& 9. qui ait,quod ipse nunquam hoc faceret, & quod bono iudici non conuenit. & in resol.190. num. 2. qui ait iudices vtentes dicta cautela pessimè agere.

21 Et ex prædictis tollitur fundamentum,quod licẽtia fuit clausis oculis;quæ per solã aperturã reuocatur.Primo enim licẽtia nõ fuit clausis oculis sed voce. Secundo saltẽ fuit voce, & clausis oculis. Tertio quia alia licentia resultat ex actibus positiuis.Quarto cum fuerit data eo tempore quo constabat de innocentia, non potuit per aperturam oculorum, vel alio modo reuocari. Quinto quia non fuit reuocata principali. Sexto quia reuocatio non fuit facta re integra,sed dũ N.aberat virtute licentiæ. Septimo quia nulla extat causa eam reuocandi. Octauo quia aliquis terminus competens non fuit assignatus ad comparẽdum. Nono quia reuocatio fuit post imputationem secundi delicti. Decimo quia fuit post ius quæsitum parti, quæ se obligauerat solum de non discedendo de domo, non autem in casu licentiæ de regrediendo.

22 Præter hæc omnia, quæ satis sufficiunt pro defensione dictorum Dominorum de N. adhuc dicitur,eos condemnari non potuisse in pœnam fideiussionis,quia N.facto Curiæ positus fuit in fugam, quo casu certum est locum non esse pœnæ promissæ.Gabr.conf.181.n.9.lib.1.Viu.dec.524. n.12.cum multis seq. Farin.d.q.34.nu.166.& d. conf.59.in plur.locis. Quod positus fuerit in fugam patet, quia post dictum homicidium cõmissum in personam dicti N. sæpius transmissi fuere lictores ad diuersa loca pro capiendo d. N. quod sufficit, etiam si nulla alia condẽnatio,vel citatio præcessisset,quia sufficit quilibet actus iudicis inducens metum, quando maximè delictum est capitale.Gabr.d.conf.181.n.9.Viu.d.decis.524.nu. 14.Farin.d.q.34.n.166.& d.conf.59.n.35.& 36. Proindeq. licet solum per duos menses post perquisitionem factã de N.citati,mulctati,& inquisiti fuerint dicti N. super dicto homicidio, satis tamen est,quod ante perquisitionem transmissi fuerant biroarij pro capiendo dicto N. quin & vlterius præcesserat pro parte Curiæ diffamario contra dictos N. super dicto homicidio,ac etiã ex eadem causa capti fuerunt nonnulli depẽdentes ab eisdẽ N. pro informatione Curiæ, vt sic maximus timor facto Curiæ incussus fuerit dicto N. quod (vt dixi) sufficit, vt per Scrib.d.loc. Quinimò ex prædictis dignoscitur, dictam mulctam & inquisitionem per duos mẽses à die perquisitionis studiosè dilatam fuisse, cum tempore perquisitionis iam esset sequutum homicidium, et noua indicia non superuenissent pro primo delicto, vt sic intrent ea quæ supra diximus cum Scrib.

23 Additur,nam licet à die perquisitionis ad diem citationum pro mulcta, effluxum fuisset bimestre, adhuc tamen pendebat tempus intra quod N.poterat se præsentare,et purgare moram, quia purgatio saltem ante sententiam admittitur, et intra duos menses, quando ius partis non est factũ deterius(prout hoc casu non erat factum)l.sancimus C.de fideiuss.l.apud Celsũ. §.Labeo ait.ff.de doli excep.Rip.et alij in l.si insulam. ff. de verb.oblig. Canon.in c.fin.extra de locat.Menoch.de arbitr. lib.2.cas.7.Bertaz.conf.crim.560.copiosè Farin. d.q.34.n.135.et 145.Quare cum dicti N.N.pro nouo delicto capitali,citati, mulctati, et inquisiti fuerint intra id tempus,intra quod poterat N.adhuc se præsentare, dicuntur facto Curiæ positi in fugã. Tanto magis,quia sentẽtia super fractura fideiussionis lata fuit illinc ad duos menses,vt sic à die perquisitionis ad diem sententiæ nondum effluxum esset semestre, intra quod poterat N. se præsentare. Bertaz.d.conf.560. Quare et sententia condemnatoria nimis properè fuit lata, et citationes pro mulcta nimium sollicitè fuerunt transmissæ, nam saltem differendæ erant post latam sententiam condemnatoriam sicuti monent omnes criminalistæ.Farin.d.q.34.n.54.cum multis seq.et d.conf.59.cum alijs supra citatis.

24 Non obstat,quod hæc procedant in promissione de se præsentando, non autem de non discedendo de domo, quia promittens non discedere semper debeat esse domi. Primo quia hæc differentia est verbalis,et iure non probatur,et in oppositum stat veritas, nam vtroq; casu eadem militat ratio, quia sicut quando Curia vult ex nouo delicto capitali, præsertim capitali, capere, et processare eum qui promisit se præsentare ad omnem volũtatem Curiæ, et ad hunc effectum eum citat,dicitur illum ponere in fugam,vt omnes tenent. idem dicendum est, quando Curia vult pro nouo delicto capitali procesTare eum qui promisit non discedere de aliquo loco, nam tũc incutit illi timorem maximum mortis,et sic ponit eum in fugam, vt illinc discedat. Et quamuis ille qui promisit se præsentare ad omne mandatum,non habeat certum

tum, et determinatum locum vbi sistat, ille vero, qui promisit nō discedere de aliquo loco, habeat locum determinatum, inde tamen non minus primus quam secundus, dicitur positus in fugam, quando Curia eum requirit pro alio delicto capitali. Nam et primus, licet non habeat locum determinatum, attamen in quocunque loco sit, semper debet esse in actu se præsentandi ad omnem requisitionem, sicut et ille qui stat in aliquo loco. Quare sicut ille primus, dum per Curiam requiritur pro nouo delicto, ponitur in fugam, ita et secundus. Quinimò magis ponitur in fugā secundus quàm primus, dum Curia eum requirit pro nouo delicto capitali. nam cum sciat se sistere debere in eo loco determinato, magis timidus redditur, quod Curia eum capiat ad omnem eius nutum pro eo nouo delicto, quam ille qui solū promisit se præsentare. nam cum vbique vagari possit, credere etiā potest quòd Curia ita facilè eum non capiet. propterea si in hoc qui vagari potest, admittitur huiusmodi timor capturæ pro nouo delicto, vt omnes Scrib. volunt, multo magis in eo admitti debet, qui loco est circū septus. Additur, nam ille qui promittit se præsentare, promittit exhibitionem personæ, sic & ille qui promittit nō discedere, habet obiectum ad finem, & effectum se præsentandi, & sic æquipollentia est in effectu, licet differentia in modo. quare & quo ad effectum identitas debet esse, vt vterque dicatur positus in fugam, si pro nouo delicto capitali requiratur.

25 Præterea vtraque promissio tam scilicet de non discedendo de loco quam de se præsentando, habet tacitam conditionem rebus sic stantibus, & non alias. Farin. d. cons. 59. sub n. 19. Igitur cessat, quoties Curia prætendit nouum delictum, & pro eo vult capere reum. Et in puncto, quod nulla sit differentia inter has promissiones, quo ad hunc effectum fugæ, respondit Farin. d. cons. 59. sub nu. 19. & 20. Et vlterius quando etiam admitteretur hæc differentia inter promissionem de non discedendo, & de se præsentando, (quæ neutiquam est admittenda) illa solum procederet, quando licentia discedendi nondum esset concessa, ea autem concessa nullum est discrimen. nam tunc ea promissio de non discedendo, aut in totum resoluitur per illam licentiam, sicuti verissimum puto, & supra demonstratum est ex auctoritate Farin. d. cōs. 59. nu. 9. & aliorum, præsertim quando fuit concessa voce, & eo tempore, quo de innocentia liquebat. Aut si non resoluitur in totum, saltem durat licentia quandiu reuocetur, quæ reuocatio si fiat dum reus abest ex vi licentiæ, vel est inualida, quia non est facta re integra, sicut dictum est. Vel si detur quod sit valida, saltem dum pendet tempus à lege concessum ad regrediendum, si reus per Curiam requiratur pro nouo delicto, dicitur positus in fugam, & impeditus nè regrediatur. & sic tunc quo ad hunc actum non differt promissio de non discedendo iuncta licentia, & reuocatione, pendenteq; tempore regressus à promissione de se præsentando.

26 Vlterius principaliter dicitur, dictos N. condēnari non potuisse. Quia eorū nomine, & præcipuè N. fideiussoris post eius interpellationem, & perquisitionem N. suscepta fuit defensio eiusdem N. & probata illius innocentia circa primum delictum, pro quo facta fuit promissio, quod iure permittitur. Nam potest fideiussor, quando reus aufugit, in se suscipere iudicium, & eundem reum defendere, tex. est in d. l. sancimus. C. de fideiuss. ibi. *sed si quidem post statutum ab initio tempus completum maluerit reum, pro quo conuenitur, defendere, liceat ei hoc facere.* & in l. si eum. ff. si quis caut. ibi. *actio in me danda est, vt vel exhibeam eum, vel defendam, vt veritas inquiratur*, & vtrobique trad. Scrib. ac Marsi. in rub. de fideiuss. q. 14. Gandin. de multis quæst. depen. à stat. sub nu. 33. Cabal. d. resol. 190. circa fi. & Farin. d. q. 34. n. 26. Et quamuis hoc non procedat quando agitur de crimine, pro quo imponenda esset pœna corporalis, vt in ead. l. si eum tead. Bar. Ias. & alij. Attamen hoc casu sumus extra hanc difficultatem, quia pœna bastonatarum sine sanguinis effusione ex forma bannimentorum est pecuniaria, & non excedit centum aureos, quo casu fideiussori licet suscipere defensionem rei fugitiui. Farin. d. loco num. 28.

27 Postremò facit, nam licet quando promissioni adiecta est pœna, & simus in stipulationibus conuentionalibus extraiudicialibus, de iure non attendatur an stipulatoris intersit, & quanti, sed tota pœna exigatur. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. §. alteri instit. de inut. stip. Attamen quando sumus in stipulationibus conuentionalibus iudicialibus, seu mauis prætorijs, non attenditur quid sit conuentum, sed quanti verè intersit. quia in his seruatur æquitas, quæ non permittit vt quicquam vltra interesse exigatur. l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. ibi *item si nihil intersit actoris eo tempore in ius aduersarium venisse, remittit prætor pœnam*, & ibi notat gl. in verbo intersit. Bar. sub n. 14. Ang. n. 3. Fulg. nu. 5. & latius Cur. Iun. n. 28. qui de communi testatur, gl. est in d. §. alteri. in verbo etiam ei. inst. de inut. stip. trad. Bald. qui optimè distinguit inter pœnas conuentionales, extraiudiciales, iudiciales & arbitrarias in l. & si post tres. n. 27. vbi & Ias. n. 20. ff. si quis caut. idem Ias. late in l. stipulationum. §. item si in facto sub n. 15. vbi ponit regulam cum limitationibus, ibique etiam Soc. n. 10. & Aquilin. in 1. par. super d. §. n. 135. & seq. ff. de verb. obligat. Thom. Gram. viden. cons. 66. u. 74. 75. 76. & 80. qui loquitur in promissione de non discedendo. Osasch. & ipse

& ipse viden.decis.70.à nu.7.ad fin.qui ait,stipulationes iudiciales ex necessitate fieri, conuentionales verò extraiudiciales ex voluntate, propterea in his totam pœnam conuentam exigi posse, secus in illis, quia succurrendum est ijs qui ex necessitate promiserunt.Gabr.d.cons.181.n.8.lib.1. qui de receptiori testatur. Viu.qui & ipse de communi testatur d.decis.524.n.7.& 8. ac Farin.d.q. 34.n.68. At in proposito, si N. non discessisset de domo,sed se exhibuisset,& pro ea causa condemnatus fuisset, pœna,seu interesse non transcenderet scuta centum ex forma bannimentorum, cum nullum aliud delictum ipse commiserit, quam simplicium verberum. Ergò vltra hanc summam alia pœna,vel interesse exigi nequit.semper enim in his attenditur quanti sit pœna delicti. & pœna si sit corporalis, semper tota pecuniaria in casu fugæ exigi potest,quia nulla est pecuniaria quamtuis maxima,quæ æquet pœnam quamlibet minimam corporalem. si verò pœna delicti sit pecuniaria,tunc nil vltra eam exigi potest,promissione non obstante, vt benè declarant dicti Scrib. præcipuè Osasc. d.decis.70. num.16. Facit ad hoc id quod scribit Farin.d.q.34.num.4.vbi ait,quod si quis promisit alium sistere in iudicio,& non sistat, pœnaq. pro eo delicto sit pecuniaria, fideiussor tenetur ad eam pœnam.

28 Quod maximè in proposito asserendum est ex quatuor.Primo quia,vt supra fuit dictum eo tempore quo dicta promissio scutorum 4. millium facta fuit, nondum constabat, an ille N. de cuius occisione querelatus fuerat N. viueret; solum enim notarius per litteras significauerat se intellexisse, quòd ille post percussiones visus fuerat. Quare dum tractabatur de tam graui scelere, & adhuc detecta non erat veritas; quamuis litteræ notarij aliquem fumum falsitatis querelę exhiberent, prudenter actum fuit, dum tunc promissio magnæ pœnæ requisita fuit.Quod si detecta fuisset veritas, quæ postea ex probationibus sumptis enituit, & quod ille N. leuiter solum verberatus fuisset absque alia offensione, non est dicendum quod tam magna pœna adiecta fuisset,sed solum vsque ad quantitatem pœnæ delicti, sicut id fieri ex censura nostrorum statutorum de casib. in quib.quis personal.&c.disponitur. Igitur pœna promissa exigi non potest,sed ad summum illa quę tunc exigi potuisset, si veritas delicti tempore promissionis apparuisset.

29 Secundò, quia pœna hæc nimis est excessiua, nam si etiam esset conuentionalis extraiudicialis, tota tamen exigi non posset.quia etsi regula sit, quod tota pœna conuentionalis debeatur, vt supra fuit dictum,hoc tamen intelligitur,dummodo non excedat quadruplū veri interesse. quod procedit etiam si cum iuramento pœna esset promissa,nam iuramentum,si hoc casu seruaretur, esset vinculum iniquitatis.quinimò secundum aliquos pœna conuenta non potest excedere duplum,per l.vnic.C.de sent.quæ pro eo quod inter.Sed quicquid sit,saltem ad summum excedere non potest quadruplū. §.omnes.instit.de act.gl.in d.§.alteri. verbo quæ fit.instit de inut.stipul. Anch.pulchro cons.viden.148.per tot.Cagnol.in d.l.vnic.n.109. Menoch. qui alios refert, & de communi testatur de arbitr.lib.2.casu 260.nu.33.& seq.Rota decis. 279.n.5.p.2.nouiss. Quare si pœna conuenta extraiudicialis, moderatur vt quadruplum non excedat, multò magis idem dici debet in iudiciali.

30 Tertio, quia in hac nostra Vrbe, ex censura Constitutionis Moronianæ, de qua in Volumine stat.crim. omnis pœna, conuentionalis vel legalis,remittitur quando quis est paratus soluere verum interesse,vt in casu isto oblatū fuit. quæ constitutio generaliter procedit in omnibus casibus. vt per Garg.partoc.102.vers.Ad decimum.lib.2.

31 Quarto,quia iuxta opinionem quam seruat Rota Romana, omnium Tribunalium verè magistra, nec pœna conuentionalis exigitur,nisi ad metam interesse. vt per Rot.decis.371.n.3.p 1.in nouiss. Nec obstat, quod interesse hoc casu excedat dictam summam scutorum centum, quia potuisset Curia petere à N.cautionem de non offendendo, & homicidium in personam dicti N. sequutum forsan non esset. Nam præterquam quod hoc obiectum cessat stante licentia, adhuc præterea dicitur; istud esse accidētale interesse,& extra casum delicti pro quo facta fuit promissio, & ob id non considerari, cum solum attendatur interesse restrictum ad causam veterem prætensi delicti, vt post Anch.& Gram.scribit Gabr.d.cons.181.n.8. & Viu.d.decis.524.n 9. non autem consideretur interesse singulare,& extra rem. vt per Dec. in d. l.vnic.in vlt.lect. C. de sent. quæ pro eo quod inter.& est tex. ab ipso Dec.citatus in l.si seruum ff. ad l.Aquil.& in l.furti.in prin.ff.de furt.vbi commune interesse in delictis considerari, & non affectionis statuitur. & vltra Dec. in terminis nostris est tex.in l.vnic. §.hoc iudicium. ff.si quis ius dic. non obtemp. vbi dicitur *hoc iudicium non ad id quod interest, sed quanti ea res concluditur*, hoc est non ad interesse affectionis, & accidentale, seu singulare datur, sed quanti ea res est pro veritate,& communiter.& est etiam tex.in l.2.§.qui exhibendi. de custod.reor. vbi dicitur. *Qui exhibendi postulati sunt, propter aliam causam alterius criminis, quod ante admissum est, rei non recipiuntur*. & sic in facienda exhibitione non attenditur interesse alterius causæ, quam illius pro qua promissa fuit exhibitio.

32 Quinimo communiter volunt Scrib. in delictis interesse taxari per d.l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod inter. vt non possit excedere duplum. de qua communi opinione testatur idem Dec. ibid. num. 57. Præterquam quod nulla culpa adscribi potest DD. N. pro homicidio sequuto, cum nec contra eos vllum extet indicium. Nec obstat, quod prædicta procedant in promissione de se

N præ-

præsentando, non autem de non discedendo. Tum quia promissio de non discedendo, stante licentia, & illius reuocatione facta dum N. aberat, resoluitur in promissionem de se præsentando, vt supra dictum fuit. Tum etiam quia promiscnè de vtraque loquuntur Doct. vt per Farin. d. cons. 59. & expresse Gram. d. cons. 66. n. 76. & 80. loquitur in promissione de non discedendo. in qua firmat in casu contrauentionis, solum considerari interesse, & probat hoc etiam tex. in l. fin. ff. de cust. reor. ibi. *solet præterea amissa culpa custodia, si tamen intersit eam apprehendi, tempus causa cognita militi dari*. Et facit etiam ratio, nam promissio de se præsentando, fit vt iudex sit tutus de persona ad omnem eius libitum; & ad eundem finem fit promissio de non discedendo. Quare sicut in ea solum consideratur interesse in casu contrauentionis; ita & in hac solum considerari debet interesse in casu contrauentionis.

33 Non obstat, quod tam in promissione de se præsentando, quam & de non discedendo, consideretur non solum interesse, sed & contemptus iudicis; & ob id ratione contemptus tota poena promissa exigi possit. Farin. q. 30. num. 56. Primo, quia procedit, quando expresse in promissione habita est ratio contemptus, & ex certa scientia facta est ex ea causa promissio, nullo habito respectu ad id quod interest. & ita loquitur, & intelligendus est Farin. secus autem, si simpliciter facta sit promissio, vel de non discedendo, vel de se præsentando. nam tunc intelligitur facta ratione interesse, & non ratione contemptus. proptereaq. tunc illud solum attenditur, vt benè declarat Anchar. d. cons. 148. sub n. 1. Gram. d. cons. 66. n. 74. 76. & 80. Osasch. d. decis. 70. n. 11. 14. & 15. Gab. d. cons. 181. n. 8. & Viu. d. decis. 524. n. 8. Præterea quando etiam promissio poenæ expresse esset facta ratione contemptus, quamuis ea non commensuraretur cum interesse, attamen non posset excedere quadruplum. nam iura abhorrent hanc infinitatem, & simul iniquitatem, etiam si promissio esset facta cum iuramento. Anchar. d. cons. 148. latè Menoch. de arbitr. d. casu 260. n. 33.

34 Non obstat denique quod promissio facta fuerit cum iuramento, quo casu non attendatur interesse, sed tota poena conuenta exigatur. Farin. d. q. 30. nu. 76. Primo enim hoc procedit in poena conuentionali, & ita loquitur Farin. non autem prætoria, & iudiciali. in qua (vt firmatum fuit) solum attenditur interesse. Secundo non procedit in hac Ciuitate, stante Moroniana. Tertio in omnem casum, non habet locum in poena excessiua, cum nec per iuramentum poena excedere possit quadruplum, per supradicta. Ex quibus omnibus puto apertè liquere de optimo iure dd. N. de *N.*

35 Quod si etiam casus dubius foret, pro eis esset iudicandum contra Curiam, quæ tractat de lucro. vt est tex. in l. non puto. ff. de iur. fisc. & declarat in terminis nostris Caleph. d. cons. 87. nu. 17. Bertaz. cons. 560. nu. 34. Gabr. cons. 173. in fin. lib. 2. Hond. cons. 111. nu. 54. lib. 1. & cons. 94. num. 27. lib. 2. Farin. d. cons. 59. num. 21. cum multis simil. Quare &c. Saluo &c.

Horatius Giouagnonius I. V. D. Professor Ordinarius, & Aduocatus Bonon.

ARGVMENTVM.

BVLLAM Sixti V. prohibentem fieri conuocationes & adunantias Armatorum, & caualcatas, esse generaliter intelligendam in omnibus casibus, non autem in possessorijs tantum.

SVMMARIVM.

Bulla Sixti V. super adunantijs armatorum, & Caualcatis, intelligenda est generaliter in omnibus casibus, etiam vltra possessorios, n. 1. 14. & 15.

Causa finalis colligitur ex præfatione, & ex alijs his consideratis, num. 2.

Ratio generalis arguit generalitatē dispositionis, n. 3.

Ratio vbi eadem est, ibi debet esse eadem iuris dispositio, num. 4.

Verba constitutionis, debent non esse superflua sed aliquid operari, num. 5.

Alternatiua natura ea est, vt in qualibet eius parte dispositio locum habeat, num. 6.

Dictio, aliæ, iuncta conditioni vniuersali, comprehendit etiam casus diuersos ab expressis, n. 7. & 17.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, n. 8.

Recuperatio, & retentio possessionis de facto adepta, vel recuperata, de iure permittitur in aliquibus casibus, num. 9.

Propter publicam vtilitatem, lata debet fieri interpretatiō constitutionis etiam pœnalis. num. 10.

Bulla Sixti comprehendit omnes casus, non per modum extensionis, sed per modum comprehensionis, num. 11. & 28.

Comprehensio dicitur illa etiam, quæ venit sub eadem ratione, num. 12.

Vbi agitur de fauore Reipublicæ, permissa est extensio etiam in pœnalibus, num. 13.

Exceptio si est de casu non comprehenso in regula, illam potest ampliare, num. 16.

In pœnalibus & correctorijs aliquando fit extensio, maximè si causa sit expressa, num. 18.

Constitutio præfata Sixti, vti facta fauore publicæ quietis, & tranquillitatis; debet pro fauorabili haberi, num. 19.

Possidens, violenter & de facto non potest suam possessionem armis defendere, si incontinenti à primo possessore eijciatur, num. 20.

De iure communi prohibitum est, propria auctoritate & manu armata, adipisci & recuperare possessionem ex interuallo ab alio occupata, n. 21. & 27.

Constitutio præfata non continet odium irrationabile, nec dici potest contra ius diuinū, aut humanū, n. 22.

Pœna

Pœnæ omnes, sunt Principi arbitraria, & illas potest ampliare propter frequentiam delinquendi, & grauitatem delictorum, num.23.
Lex quantumcunque dura, est seruanda, num. 24.
Filij aliquando portant iniquitatē patris, n.25.&31.
Constitutio nil innouat in casu retinendæ possessionis, nisi quando est violenter adepta, num.26.
Clausula dispositiua, non alterat principalem dispositionem præcedentem, num. 29.
Species posita post genus, illud non restringit, num. 30.
Doctori attestāti de mente Principis, nō creditur, n.32.
Constitutio præfata, habet locum in recuperatione possessionis incontinenti, num.33.
Recuperatio possessionis ex interuallo, etiam de iure communi est prohibita cū armis, & violenter, n.34.
Quando quis sine conuocatione & adunantia armatorum, recuperat possessionem, incontinenti seu ex interuallo, non incurrit pœnas supradictæ Constitutionis, num.35.
Constitutio prædicta habet locum etiam in inuasione bonorum mobilium, & se mouentium, num.36.

CONSILIVM CCXXIX.


SVPER intellectu Constitutionis Sixti V. contra conuocantes ad arma, & facientes Adunantias hominum armatorum, & Caualcatas sub Datum Romæ xi. Kal. Martij anno Incarnationis 1587. tria proponuntur dubia.

Primo. An dicta Constitutio sit intelligenda generaliter, in omnibus casibus in quibus fierent adunantiæ, & conuocationes armatorum, & caualcatæ in ea prohibitæ, vel potius limitate in casibus tantum adipiscendæ, vel recuperandæ, ac etiam tuendæ, violenter & de facto adeptæ, vel recuperatæ possessionis bonorum mobilium, aut finium, & limitum territorij, vel agrorum.

Secundo. An dicta Constitutio habeat etiam locū in casu recuperādæ possessionis incontinenti.

Tertio. An eadem Constitutio habeat solum locum in inuasione bonorum stabilium, & illorum finium, & terminorum. an verò comprehendat etiam conuocationes armatorum factas pro capiendis, vel recuperandis bonis mobilibus, & se mouentibus.

Et quo ad primum, quod scilicet Constitutio sit intelligenda limitatè ad dictos casus possessorios dumtaxat, plenissimè scripsit eruditissimus quisquis ille fuerit incertus Auctor, cuius Consilium legitur inter cons. Fatinac. cons. 65. num. 68. vsque in fin. lib. 1. Ego vero re diligenter perpen-
1 sa, sentio, dictam Constitutionem debere generaliter intelligi in omnibus casibus, in quibus fieret conuocatio armatorum, & alia quæ in dicta Bulla prohibentur, non autem limitatè in casibus possessorijs supra expressis, prout etiam sentit Farinac. d. cons. 65. num. 48. & seq. Et moueor rationibus, & argumentis infrascriptis, quæ etiam ferè omnia deducuntur per d. incertum Auctorem in suis rationibus dubirandi. quæ postea in responsionibus non videntur sufficienter euacuari.

Primo enim moueor propter generalitatem proœmij, in quo Papa generaliter loquitur, *vt in quibuscunque Prouincijs, Ciuitatibus, &c. armorum tumultus, & seditiosorum turba, & strepitus conquiescant, & vt facinorosorum hominum audacia & immanitate compressa, securitas, quies, & tranquillitas perpetuò vigeat, & conseruetur*, & infra pariter in principio dispositionis dicit, *non esse ferendum, vt quis temerè, vel vi adhibita, ius sibi dicat &c.* Quæ verba, & alia eiusdem Proœmij, vt patet, sunt generalia ad omnes casus, in quibus ex conuocatione armatorum, & ex iure sibi
2 ipsi vi adhibita dicendo, turbari posset publica quies, & tranquillitas, & ideo generaliter debent intelligi l. regula. §. si quis ius ignorans. ff. de iur. & fact. ignor. l. 1. §. generaliter. de legat. præstan. l. Iulianus. de leg. 3. Ex huiusmodi autem proœmio colligitur causa finalis, qua Papa motus fuit ad faciendum istam Constitutionem. Bart. in l. fin. num. 3. de hæred. instituen. Alexan. cons. 7. num. 5. lib. 2. Aym cons. 192. num. 21. Sicut etiam causa finalis colligitur ex illa dictione, vt, videlicet, *vt in quibuscunque eiusdem domini Prouincijs, Ciuitatibus, &c.* cap. vt debitus. de appellat. cap. vt circa. de electiōn. in 6. Socin. Iun. cons. 134. num. 89. lib. 3. Et ideo cum ista causa
3 finalis sit generalis, debet etiam censeri generalis sequens dispositio, vt per Aym. d. cons. 192. num. 21. & cons. 227. num. 3. & seq. & benè per Rotam decis. 298. in princ. par. 2. diuers. Et est regulare, quod quælibet dispositio, regulatur ac etiam ampliatur ab eius causa finali, vt per Rot. d. decis. 298. num. 1. & 2. par. 2. diuers. & per Euerar. in sua centur. num. 31. à ratione legis lata, & per Aym. d. consil. 227. num. 3. & seq.

Et ponderandum est, quod in hoc Proœmio non consideratur qualis sit causa qua quis mouetur ad conuocandos homines armatos, & ad faciendum caualcatas, de qua nullum prorsus verbum legitur, sed solum considerantur mali euentus & scandala, qui inde procedere solent in publicæ quietis perturbationem. Vnde cum isti mali euentus possint ità contingere quando conuocantur, & coadunantur homines armati ad vlciscendam iniuriam, vel ad insequendos inimicos, & ex alia qualibet causa, sicut quando conuo-
4 cantur causa acquirendæ, vel recuperandę possessionis, eodem modo propter identitatem rationis, vtraque conuocatio debet censeri prohibita. l. illud. ff. ad l. aquil. Paris. cons. 22. num. 68. lib. 2. Surd. cons. 302. num. 21. in fin. & num. 22.

Secundo moueor, quia Papa infra, in parte dispositiua Constitutionis generalissimè loquitur per hæc verba: *Propter prædictas, vel alias etiam vrgentiores, & vrgentissimas, etiam consuetudine permissas causas, etiam si ab alijs prouocati, & la-*

cessiti fuerint &c. Quæ pariter verba sunt adeo generalia, vt salua ratione recti sermonis, non possint restringi ad causas possessorias tantum, de quibus supra dixerat, alioquin dicta verba, *& alias etiam vrgentiores &c.* redderentur omninò
5 superflua, & sine aliquo effectu, si illa dispositio restringeretur tantum ad dictas causas possessorias. Felyn. in c. sedes. col. 8. in 6. declaratione de rescript. Aym. cons. 204. sub num. 7. col. 10. vers. Secundo considero &c. Sarnen. super reg. de trienn. quæst. 2. col. 3. vers. Tandem istis non obstantibus &c. Vbi dicit ita tenuisse Rotam. & notum est, quod tot verba cum tanta energia prolata, nõ debent censeri superfluè apposita. Nat. cons. 184. n. 30. & 31. Aym. cons. 297. sub n. 4. Aldobr. cons. 6. n. 57. & 58. lib. 1. Præsertim cum dicta verba, *& alias etiã vrgentiores, & vrgentissimas &c.* nõ possint verificari in alijs casibus, quam in casu vlciscendæ iniuriæ, & insequendo inimicos, & in alijs similibus. Felyn. in d. c. sedes in 7. declaratione. Præsertim cum etiam illa verba, *etiam si ab alijs prouocati & lacessiti fuerint.* & illa, *propter manifestas iniurias &c.* magis propriè referantur ad iniurias personales, quibus propriè dicitur quis prouocari & lacessiri, quàm ad impedimenta præstita in possessionibus adipiscendis, & recuper. Abb. in cap. dilecti filij. sub num. 17. propè fin. & plenius Felyn num. 10. & plurib. seqq. de except.

Tertiò, multum etiam hoc comprobatur dum in eadem dispositiua, post verba proximè dicta subduntur hæc formalia verba, *aut recuperandæ, vel adipiscendæ possessionis &c.* iste enim modus
6 loquendi alternatiuè, clarè demonstrat quod Papa non se restrinxit ad dictas causas possessorias, cũ hæc sit natura alternatiuæ vt in qualibet eius parte, dispositio locum habeat. regula in alternatiuis. de reg. iur. in 6. Rom. cons. 273. in princip. Geminian. consil. 8. num. 8.

7 Quarto, in eadem dispositiua post enumeratas non solum dictas causas possessorias, vel alias etiam vrgentiores, & vrgẽtissimas, subijciuntur illa verba, *vel alio quouis prætextu &c.* Illa enim dictio, *alio*, iuncta illa dictione vniuersali, *quouis*, comprehendit alios casus etiam diuersos ab expressis. Sarnen. super reg. de trien. quæst. 2. col. 3. vers. Tandem istis non obstantibus &c. vbi dicit ita tenuisse Rotam. Mandos. super reg. xii. Cancel. quæst. 6. n. 8. & seq. Couar. pract. quæst. c. 25. n. 3. Caputaq. decis. 396. n. 6. par. 2. Et hoc in loco illa dictio, *prætextu*, non accipitur pro causa ficta, vel simulata, vt dicit Capell. relat. à Farin. d. cons. 62. n. 17. sed pro causa vera, sicut accipitur à Sapia in proœmio eiusdem Constitutionis, ibi, *Sub prætextu recuperandæ, manutenendæ, aut adipiscendæ possessionis &c.* Vbi sine dubio intelligit quando quis mouetur ad conuocandos homines armatos ex vera causa recuperandæ, vel adipiscendæ possessionis. & vna pars dispositionis aliam declarat. l. qui filiabus. in princ. de leg. 1. cum concord. Vltra quod etiam in iure illa dictio, *sub prætextu*, intelligitur de causa vera, vt sunt textus in l. sub prætextu instrumentorum. & in l. nec intentio. ibi. *huius indebiti soluti prætextu &c.* & in l. sub prætextu in cæterum. C. de transact. cum similibus.

8 Quinto, Dicta Constitutio. in vers. Cæterum. permittit Congregationem armatorum, etiam in alijs omnibus casibus deposcentibus eorum auxilium, de licentia tamẽ Summi Pontificis, vel Præsidum, & Gubernatorum Prouinciarum, & locorum. Cum ergo notissimum sit, quod exceptio declarat regulam. Dec. in l. 1. n. 20. & 21. de reg. iur. Aym. d. cons. 294. sub n. 7. vers. Non arguitur &c. & vers. seq. ista exceptio declarat, quod regula loquitur de omnibus casibus, non autem solum de possessorijs.

9 Sexto, si ista Constitutio expressè & indistinctè prohibet conuocationem armatorum pro recuperanda, vel pro retinenda possessione de facto adepta, vel recuperata, quod tamen de iure communi in aliquibus casibus videtur permissum. l. 3. §. cum igitur, & l. qui possessionem. de vi & vi armat. l. 1. & ibi glos. Bar. Bal. & omnes. C. vnde vi. Multò magis debet censeri quod prohibeat armatorum conuocationem ad insequendos inimicos particulares, vel ad vlciscendam propriam iniuriam, quod de iure est magis prohibitum. l. nullus. C. de iudic. l. scientiam. §. cum aliter & ibi glos. in l. vlciscendi. ff. ad l. aquil. c. significasti. il secondo prope fin. de homicid. & Felyn. in cap. dilecti filij. num. 10. & 11. de except. vltra alios citatos per dictum incertum auctorem. num. 82. & 83. & de insequendo inimico est text. in l. si plagis. §. 1. ff. eod. tit. ad l. aquil.

10 Septimo & vltimo, hic agitur de publica vtilitate, & tranquillitate, propter quam etiam si essemus in dubio, lata fienda est interpretatio, vt post alios bene declarat Aym. d. cons. 294. col. 13. num. 8. in 16. consideratione, & cons. 118. num. 17. & 21. Gozad. cons. 5. sub num. 5. & 6. vltra alios allegatos per d. incertum consulentem in octauo & vltimo fundamento huius opinionis. num. 87. Quibus in terminis similis Constitutionis pœnalis, addi potest Rot. decis. 117. par. 1. diuers. æquum enim, & honestum est, quod ea quæ ad publicam vtilitatem pertinent, præferantur proprijs priuatorum commodis. l. 1. & ibi Doctores solut. matrim. Roland. cons. 86. num. 63. lib. 1. Surd. cons. 210. num. 29. & pluribus seqq.

11 His igitur argumentis non obstant responsiones datæ per supradictum D. Consulentem, quæ in effectu ad hoc vnum reducuntur, quod in pœnalibus, & correctorijs non sit fienda extensio, sed respondetur quod opinio supra firmata, non nititur extensione, sed comprehensione. Tum quia verba, tam proœmij quàm dispositionis sunt generalia, & apta secundum propriam significationem comprehendere omnes casus, vt supra firmatum est, quo casu etiam in pœnalibus gene-

generaliter intelliguntur, & comprehenduntur omnia quæ veniunt sub dicta generalitate verborum. Dec. in cap. etsi Clerici. §. de adulter. colum. penult. vers. 4. & vlt. de iud. & in l. semper in obscuris. num. 11. vbi etiam Cagnol. num. 21. ff. de reg. iur. Aym. d. cons. 118. n. 14. & 21. Rot. decis. 233. num. 9. & 15. par. 1. diuers.

12 Tum quia quando militat eadem ratio, proprie non dicitur extensio, sed comprehensio. Alexan. cons. 5. ad fin. lib. 5. Socin. Iun. cons. 19. sub nu. 2. lib. 2. Aym. d. cons. 118. nu. 15. & de antiq. temp. par. 4. num. 90. & seq. Surd. cons. 302. num. 22.

13 Et ex hoc tolluntur omnes responsiones ex aduerso datæ. cum, præsupposito quod hic agatur de extensione, vltra quod etiam quando agitur de fauore Reipublicæ, permissa est extensio etiam in pœnalibus. Felyn. in cap. translata. col. final. vers. aliud est notandum. de constitut. Dec. in l. factum cuique suum. §. in pœnalibus. num. 12. in 4. & 7. fallen. de reg. iur. Rot. d. decis. 298. ad fin. par. 2. diuers.

14 Nihilominus descendendo ad particularia, non obstat, quod verba generalia procemij non debeant generaliter intelligi, quando lex vel dispositio, postea in parte dispositiua se restringit. quia nostra constitutio in parte dispositiua non se restringit, nisi quo ad possessorium retinendæ, sed semper vtitur verbis generalibus, & prægnantissimis, vt in secundo, tertio, & quarto fundamento superius demonstratum fuit. & nihilominus, quando etiam non ita generaliter loqueretur, satis esset quod verba non essent adeò restricta, quod non possent recipere interpretationem, & ampliationem ex causa generali, quæ continetur in procemio. quia semper in dubio illam inde recipere debent, ex allegatis supra in primo fundamento, & supra proximè, & præsertim ex decis. 298. num. 2. par. 2. diuers.

15 Non obstat etiam quod Papa in dispositiua in vers. *Nos attendentes*, videatur se restringere ad iniurias illatas in recuperanda, vel adipiscenda possessione, propter illam dictionem *huiusmodi*, & propter specialem expressionem, vt dicit idem D. Consultor sub n. 114. & 115. Quia imò Papa in nostra dispositiua non se restringit, sed semper generaliter, & verbis prægnantissimis loquitur, vt supra dictum est. nec specialiter loquitur de causa recuperandæ vel adipiscendæ possessionis, nisi sub dictione alternatiua *aut recuperanda &c.* vt dixi in tertio fundamento. & ideo illa dictio *huiusmodi* salua ratione recti sermonis, non potest restringi ad iniurias tantum illatas circa rerum possessionem. præsertim cum in hac dispositiua Papa de causis possessorijs ante illud verbum *huiusmodi* nondum fuerit loquutus, sed de illis postea loquitur in sequentibus verbis. & ideo illa dictio *huiusmodi* debet referri generaliter ad omnes iniurias supradictas, non ad infra dicendas.

16 Et quatenus in quinto fundamento dicebam, quod exceptio, de qua in vers. Cæterum &c. declarat quod Constitutio in præcedenti dispositiua generaliter de omnibus casibus intellexerit, quia exceptio declarat regulam &c. respondetur per eundem D. Consulentem. nu. 117. & 118. quod licet exceptio declaret regulam, non tamen illam extendit. sed replicatur quod hic non agitur de extensione, sed de comprehensione, vt supra dictum est. & ideo ista exceptio declarat, & comprobat quod illa verba generalia, quæ continentur in dispositiua de quibus in 2. 3. & 4. fundamento, debent intelligi generaliter iuxta illarum propriam significationē de omnibus casibus. Inepta enim fuisset exceptio ista, quod in casibus necessarijs, etiam vltra materias possessorias, deberet peti, vel haberi licentia à Papa, vel à Gubernatoribus Prouinciarum, si supra de solis casibus possessorijs dispositum fuisset. vt per Dec. in d. l. 1. nu. 20. de reg. iur. vltra quod etiam exceptio posset ampliare regulam, quando facta fuisset de eo quod in regula non comprehendebatur. Dec. ibidem sub nu. 24. quod tamen non pertinet ad casum nostrum, quia vt dixi, ex proprietate verborum omnes casus comprehenduntur, nec est opus ampliatione, aut extensione, vt sæpe dictum est.

17 Item non obstat, quod illa verba *alio quouis prætextu* debeant intelligi de similibus, propter illam dictionem *alio*, quę intelligitur de similibus, tum quia vniuersalitas huius dispositionis non consistit in illis solis verbis, *vel alio quouis prætextu &c.* sed etiam in alijs ponderatis supra in 2. & 3. fundamento. ex quibus omnibus simul iunctis magis colligitur intētio Papæ, quod voluerit generaliter de omnibus disponere iuxta vulg. regulam, quod quæ non prosunt singula, iuncta iuuant. tū quia prędicta conclusio, quod dictio *alius* referat easdē qualitates, non procedit quando illi adiungitur aliqua dictio vniuersalis, vt est ista dictio, *quouis*. quia tunc cōpræhendit omnia etiam diuersa, vt dixi supra in 4. fundamento per Sarn. Mādos. Couar. & Caputaq. ibi citatos. vltra quod illa dictio, *alius* etiam de per se simpliciter prolata, non importat similitudinem in illa specie tantum, sed etiam in genere, vt bene declarat Caputaq. decis. 296. n. 3. 4. & seq. par. 2.

18 Non obstat pariter responsio ad sextum argumentum data per dictum D. Consulentem. n. 122. & 124. & seq. quod scilicet in correctorijs maxime si etiam fint pœnalia, non fiat extensio. Gl. in Clem. 2. in verbo eisdē de ætat. & qualit. Butr. in c. final. sub nu. 58. vers. prædicta cobfirmat &c. de consuet. cum concord. ibidem citatis. quia vltra quod ista opinio, etiam in materia extēsionis non sit tuta, cum habeat multos contradictores, præsertim quando causa est expressa. vt per Cassad. ex aduerso citatum decis. 3. prope fin. ibi super isto casu esset vlterius insistendum &c. de testam. Nihilominus illa etiam admissa, respōdetur quod hic non agitur de extensione, sed de comprehensione

ſione ex propria verborum ſignificatione, iuncta
eum ratione expreſſa in bulla . quo caſu etiam in
pœnalibus, & correctorijs retinetur proprietas
verborum quamuis generaliũ, vt ſupra dixi.præ-
ſertim per Rot.deciſ.117.par.1.diuerſ.quę in ter-
minis loquitur de conſtitutione correctoria inſi-
mul & pœnali, & admittit etiam Rol.ex aduerſo
citatus conſ.27.ſub n.9.lib.1.Imò,quod etiam in
materia extenſionis , & in correctorijs inſimul &
pœnalibus,ex identitate rationis fiat extenſio ad
caſus qui compræhenduntur ſub verborũ ſigni-
ficatione etiã lata,tradit ipſemet Butr.ex aduerſo
citatus in d.c.fin.ſub eod.n.58.eod.verſ.prædicta
confirmatur ibi *extenderetur tamen ad caſum &c.*
de conſuetud. & idem non obſcurè ſentit d.gl.in
verbo eiſdem in d.Clem.2.& ibidem Imol.ſub n.
30.dum conſiderant quod ex propria, & cõmuni
ſignificatione, appellatione Capituli nõ contine-
tur Pręlatus.quaſi contrarium ſenſerint ſi ex pro-
pria ſignificatione verborum poſſet Prælatus cõ-
præhendi . ibi enim tractabatur, an appellatione
Capituli in materia pœnali & correctoria, debe-
ret fieri extenſio ad Prelatum,& concluditur pro
negatiua , quia neque etiam ex lata ſignificatio-
ne , ſed ſolum ex latiſſima appellatione Capituli
venit Pręlatus. quod non poteſt dici in caſu noſtro
cum habeamus verba prægnantiſſima, & genera-
liſſima,apta ex ſua propria ſignificatione compre-
hendere omnes caſus . nec poſſunt ſalua ratione
recti ſermonis reſtringi ad ſolos caſus poſſeſſo-
rios, vt ſæpè dictum eſt .
19 Et propterea non obſtat,quod iſta Conſtitutio
videatur continere odium irrationabile contra
ius diuinum,& humanum,vt dictus D.Conſulens
dicit n.125.& ſupra n.97.Tum quia etſi hoc eſſet
verũ,nihilominus eſſet toleranda,cum verba ſint
vniuerſalia, & clara,& propterea hic non agatur
de extenſione.vt ſupra dictũ eſt.l.proſpexit.ff.qui
& à quib.Præſertim cum principaliter ſit facta fa-
uore publicæ quietis,& tranquillitatis,& ideo de-
ber haberi pro fauorabili per ſupradicta . & præ-
ſertim per deciſ.117.par.1. diuerſ. vltra alia ad-
ducta per eũdem Conſulentem.n.75.& 76. Tum
quia non meretur dici adeo odioſa, & irrationa-
bilis, cum contra ius diuinum ſeu naturale, nihil
contineat. non enim tollit,vt ex aduerſo præſup-
ponitur , defenſionem legitimæ poſſeſſionis , nec
tuitionem propriæ perſonæ , quæ omni iure per-
mittitur cum moderatione inculpatæ tutelæ.l. vt
vim.ff.de iuſt.& iur.l.1.& ibi ſcribentes. C. vnde
vi cum concord ſed ſolum prohibet defenſionem
poſſeſſionis, violenter & de facto adeptæ , vel re-
20 cuperatæ , quæ etiam de iure communi eſt pro-
hibita,ſaltem quando incontinenti violentus poſ-
ſeſſor à primo poſſeſſore eijcitur. l.1.& ibi gloſ.1.
Bar.Bal.& al.j.C.vnde vi.l.auctoritatem. C.eod.
tit. Contra vero ius humanum nihil aliud conti-
net niſi quod prohibet defenſionem manu arma-
ta,etiam ex interuallo poſſeſſionis violenter & de
facto adeptæ, & recuperatæ, & recuperationem
poſſeſſionis etiam incontinenti , vt dicam infra
in ſecundo dubio . in reliquis autem nullam cor-
rectionem iuris,nec humani nec diuini d.Conſti-
tutio continet, licet addat nouas pœnas grauiſſi-
mas.nam etiam de iure communi prohibitum eſt
propria auctoritate, & manu armata adipiſci, vel
21 ex interuallo recuperari poſſeſſionem . l. memi-
nerit,& l.ſi quis in tantam.C. vnde vi l.quoniam
multa facinora & l.ſi quis ad ſe fundum. C. ad l.
iul. de vi publ. ſicut etiã generaliter cuilibet pro-
hibitum eſt ius ſibi dicere,& vindictam de inimi-
cis ſumere.l.nullus.C.de iud.l.ſcientiã.§.qui cum
aliter. & ibi gloſ.in verbo vlciſcendi.ff.ad l.aquil.
cum alijs ſupra citatis in 6. fundamento. Et ideo
quatenus iſta Conſtitutio mandat.quod ſuper his
rebus iudex adeatur , vel amicabiliter concorde-
tur, diſponit idem quod diſponitur in d. l. ſi quis
ad ſe fundum.C.ad l.iul. de vi publ.in d.l. memi-
nerim & in l.ſi quis in tantam. C. vnde vi. Vnde
22 non meretur notari. quod contineat odium irra-
tionabile,& contra ius humanum, & diuinum,vt
ex aduerſo dicitur . augmentum autem. & graui-
tas pœnarum non poteſt dici contra ius huma-
23 num , vel diuinum , cum omnes pœnæ ſint arbi-
trariæ Principi. Gramm. deciſ.36.n.8.& 12. & in
ſpecie licitum ſit illas ampliare propter frequen-
tiam delinquendi, aut delicti grauitatem . Gram.
d.deciſ.36.nu.2.& 7. Carer.in prax.crim. c.circa
igitur.nu.23.ſol.mihi 216.
Et ſic non obſtat,quod nimis graue ſit,quod fi-
lij,& deſcendentes delinquentium,cõprehendan-
tur etiam ſub pœnis contentis in d.Conſtit. quia,
vt ſæpe dixi,hic non agitur de extenſione , ſed ſu-
mus in claris,quod Papa ità voluit in omnibus ca
ſibus ſupra in diſpoſitione cõtentis. & ideo intrat
diſpoſitio d.l.proſpexit.ff.qui & à quib.præſertim
24 cũ nulla poſſit aſſignari ratio differentiæ, cur Pa-
pa potius voluerit iſtam pœnam extendere ad fi-
lios in caſu adipiſcendæ, vel recuperandæ poſſeſ-
ſionis,quam in caſu proſequendi vindictã, vel in-
ſectandi inimicos ſuos,vel in alijs ſimilibus etiam
vrgentibus & vrgẽtiſſimis,de quibus ſupra diſpo-
ſuerat . cum in iſtis omnibus militet eadem ratio
tumultuorum, & perturbationis publicæ quietis .
25 Neque eſt nouum , quod filij aliquando portent
iniquitatem patris,vt in crimine læſæ maieſtatis .
l.quiſquis. C.ad l. Iul.maieſtat. & per felloniam
commiſſam à vaſſallo,etiam filius feudo priuatur.
gloſ.& Doct.in c.1.§.denique.quæ ſic prim. cauſ.
benefic.amitt. Aym.conſ.197. nu. 10.
26 Nec applicatur differentia conſiderata per eũ-
dem D. Conſulentẽ.n.129.& 130.dũ dicit quod
in caſu retinendæ & recuperandæ poſſeſſionis,de
iure permiſſum eſſe videatur armatos homines
congregare.quia quo ad caſum retinendæ poſſeſ-
ſionis , iſta Conſtitutio nihil innouat , niſi in caſu
poſſeſſionis violenter, & de facto adeptæ, vel re-
cuperatæ, vt ſupra dixi,in caſu vero adipiſcendæ,

& re-

27 & recuperandę saltem ex interuallo, non minus est prohibitum de iure vti huiusmodi violentijs, quam sit prohibitum in cæteris. d. l. si quis ad se fundum. C. ad l. iul. de vi publ. d. l. meminerit, & l. si quis in tantam. C. vnde vi. & ideo huiusmodi differentia ex aduerso considerata non iustificatur.

28 Denique non obstat responsio data ad vltimum fundamētum, in quo dicebā quod ratione publicæ vtilitatis, Cōstitutio debeat censeri fauorabilis, nō obstat in quàm respōsio, quod non propterea liceat statutū extendere, sed adhuc debēt strictè interpretari. per Alex. cons. 113. lib. 1. per Ruyn. cons. 143. n. 9. in fin. & n. 10. lib. 3. quia replicatur, istos & alios Doctores loqui in materia extensionis propter identicatem, vel forte maioritatem rationis, quæ non est materia nostra, cum habeamus compræhensionem etiam ex propria significatione verborum, vt supra dictum est.

Ex supradictis igitur non solum remanet firmata supradicta opinio, quod Bulla generaliter loquatur & quod non possit restringi ad casus tantū possessorios, sed etiā sunt effectualiter sublata sex fundamenta facta per eundem D. Consulentem pro opinione cōtraria à n. 90. citra. Nam primū quod scilicet principale propositū Papæ in hac Constitutione, fuerit occurrere tantū abusibus qui sequebantur in causis possessorijs bonorum immobilium finiū, & terminorū &c. tollitur quia ex supradictis patet, quod principale eius propositū fuit occurrere generaliter omnibus adunantijs, & conuocationibus armatorum, quacunq; causa, etiam vrgētissima factis, quibus publica quies perturbari, & alia mala, & scandala oriri poterant. Non enim quo ad hoc publicum periculum, potest constitui aliqua probabilis differentia inter coadunantiam armatorum in vno, vel in alio casu.

Ad secundum vero fundamentum factum in dictione, *huiusmodi*, supra plenè responsum fuit, quod illa dictio refertur ad omnes causas supradictas, nō autem secundum rationē recti sermonis, potest restringi ad causas tantū possessorias. præsertim cum in dicta dispositiua, Papa nondum loquutus fuisset de dictis causis possessorijs, sed de illis loquitur in vers. proximè sequenti, per illam dictionem alternatiuam, vt consideraui supra in tertio argumento.

Quo vero ad tertium fundamentum deductū ex aduerso *quare his præsentibus monemus &c.* respondetur quod licet ibi Papa moneat Duces, & alios, vt de eorū cōtrouersijs super possessione vel quasi, aut super finibus &c. amicabilirer componant, aut illas in iudicium deducant, tamen hæc monitio facta post perfectam dispositionem generalissimā cōtra omnes qui manu armata sibi ius dicerent, non possunt illam restuingere, cum regula notissima sit
29 quod clausulæ exequutiuæ non alterant principalem dispositionem præcedentem. Curt. Iun. cons. 3. n. 2. li. 3. Osasc. decis. 164. n. 1. & 2. Paris. cons. 20. n. 88. lib. 1. & quod ista dicatur clausula exequutiua, non autē dispositiua, colligitur ex traditis per Cur. Iun. d. cons. 3. sub n. 4. vers. præterea & per Osasc. d. decis. 164. n. 4. ad fi. Laderch. Imol. cons. 1. sub n. 14. propè fin. Cum enim supra, Papa generaliter prohibuisset ne quis sibi ius diceret manu armata, subiungit postea monitionem quod potius de controuersijs iudicialiter agatur. & sic ista monitio in casu particulari, non debet restringere præcedentem dispositionem generalissimam.

Cessat etiam quartum fundamentū, quod Constitutio sit admodū duta, & propterea restringi debeat. quia vt supra dictum est, etiam in pœnalibus verba vniuersalia vniuersaliter intelliguntur, nec debent restringi. contraria autem procedunt quando ageretur de extensione.

Quo vero ad quintum, licet Constitutio in vers. *& nihilominus* annullet possessiones manu armata adeptas, vel recuperatas, tamen supra multas alias pœnas inflixit, quæ conueniunt etiā alijs alia quauis de causa contrauenientibus, & ideo licet istam pęnam particularem adiecerit in causa possessorij, non tamen sequitur, quod non imposuerit alias pęnas generales, & omnibus communes, cum species
30 posita post genus illud non restringat. l. regula. §. licet. ff. de iur. & fact. ignor. Aym. cons. 227. sub n. 7. vers. quarto licet &c. & num. 8 & seq.

Quo vero ad sextum & vltimum fundamentum cōtrariæ opinionis, de grauitate pęnæ supra responsum est, quod sumus in claris quod Papa illas infligere voluit in omnibus causis supra expressis. & ideo hoc argumentū à grauitate pœnæ, quæ posset aliquid operari si ageretur de extensione, vel saltē si essemus in dubio, in quibus terminis loquuntur Doctores ex aduerso citati; non potest tamen operari quod magis intelligantur inflictæ in vno quàm in alio casu. præsertim cum in omnibus istis casibus concurrat eadem ratio, quod publica quies turbari potest. nec est nouum quod in grauissimis delictis, & in specie in crimine læsæ maiestatis, cui Papa hoc delictum adæquare voluit, filij portent iniquitatem patris, vt supra dixi.

Tandem non obstat quod D. Farin. in fi. d. cons. attestetur quod illud fuit approbatū à Sūmo Pontifice Clem. VIII. quia effectus non correspondet verbis, cū ibidem ipsemet dicat, quod illi carcerati, fuerunt liberari ex gratia, quod clarè demonstrat, quod Summus ille Pontifex non credidit illos inquisitos metuisse liberationem ex iustitia, sed quod potius æquitate quadam fortasse collecta ex isto Consilio illis indulgendum duxit. diuersa enim est liberatio per gratiam à liberatione per iustitiā, ad tradita per Odd. de rest. in integ. q. 94. & alijs seqq. vltra quod in hac re non videtur credendum sim-
32 plici attestationi Doctoris. Hond. cons. 100. n. 19. & 20. cons. 101. nu. 39. lib. 1. & quando etiam illa approbatio esset vera, non tamen propterea censetur exclusa probatio in contrarium.

33 Deueniendo modo ad secundum dubiū, an scilicet dicta Constitutio Sixti V. habeat locum in casu recuperandæ possessionis incontinenti, negatiuam tenet

tenet Farin. in tract. de furt. q. 175. n. 84. motus ea ratione, quod de iure communi licitum sit incontinenti possessionem recuperare etiam armata manu, vt per Soc. & alios ibi per eum citatos. l. 3. §. ve eum igitur. ff. de vi & vi armat. & traditur per Doctores in suprad. l. 1. C. vnde vi. Sed in hac re in primis aduertendum est, quod contrarium non obscure sentit idem Farinac. in tract. de crim. læs. maiest. q. 113. sub nu. 58. in fin. & nu. 160. vbi expresse dicit, quod ista Bulla habet locum etiam quando conuocantur homines ad arma in casu licito, & ad bonum finem. Si ergo vt ipse dicit, prohibita est per dictam bullam cõuocatio hominum armatorum etiam in casu licito, sequitur quod etiam in casu recuperandæ possessionis incontinenti, habebit locum dicta Bulla, non obstante quod secundum ius commune sit licitum.

Et credo hanc opinionem esse veriorem, cũ vt sup. dixi in 1. dubio, Papa in hac Cõstitutione non considerauit iustitiã, vel iniustitiã causæ, vel illius grauitatem, aut leuitatem, imò generaliter prohibuit quod nemo sibi ius diceret armata manu, etiam ex causa vrgentissima, & de consuetudine permissa, quia solum cõsiderauit tumultus, & alia mala quæ ex hac conuocatione armatorum contingere solent in perniciẽ publicæ tranquillitatis. & ideò cum ista mala, & isti tumultus possint contingere etiam in casu recuperandæ possessionis, incontinenti, debemus dicere quod per expressam, & specialem prohibitionem de recuperanda possessione armata manu, Papa voluerit intelligere tàm de recuperatione quæ fit ex interuallo, quàm de ea quę fit incontinenti, cum in vtraque militet eadem ratio finalis, qua Papa motus fuit ad dandam istã Constitutionẽ. l. illud. ff. ad l. Aquil. Paris. cons. 22. n. 68. lib. 2. Surd. cons. 302. n. 21. in fin. & n. 22.

Præsertim cum verba etiam secundum propriam significationem comprehendunt istum casum, eo quod Papa in specie loquitur de recuperanda possessione, & in ea nullam distinctionem facit. si enim voluisset in possessione recuperanda aliquam distinctionem facere, illam fecisset, sicut fecit in possessione retinenda. cap. ad audientiam. de decim. l. vnic. §. fin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. Cum ergo & rationis identitas, & verborum proprietas concurrant in recuperanda possessione, etiã incontinenti, illa quoque debet censeri comprehensa in d. Constitut. quamuis sit poenalis, & correctoria, non per viam extensionis, sed per viam comprehensionis, ex deductis supra in 1. dubio.

Et comprobatur ex eo, quod postea eadem Constitutio loquitur de casibus licitis, & permissis, concedendo quod in eis possent fieri conuocationes armatorum, præuia tamen licentia Superiorũ. Ista ergo exceptio declarat, quod supra quando Papa prohibuit ne sine licẽtia fieret ista conuocatio armatorum, etiam pro recuperanda possessione, intellexit de recuperanda possessione etiam in casu licito, & à iure permisso, hoc est quando recupera-

34 tur incontinenti, quia recuperatio ex interuallo, etiam de iure est illicita, præsertim cum armis & violenter. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi public. l. 3. §. Cum igitur. ff. de vi & vi armat. & vtrobique Doctores.

Et cessat omnis amaritudo, considerando quod Papa in hac Constitutione non simpliciter prohibet recuperationem possessionis, siue incontinenti siue ex interuallo, sed tantum prohibet ne ea de causa fiat conuocatio, & adunantia armatorum.

35 Vnde si quis aut incontinenti, aut ex interuallo suam possessionem recuperaret sine ista conuocatione, & adunantia armatorum, non incideret in poenas huius Constitutionis. Quod autem ad istum effectum non possit fieri conuocatio armatorum, non sine ratione constitutum est, quia cum in facienda ista conuocatione, sit necessarium aliquod saltem modicum interuallum temporis, magis expedit Reipublicæ quod adeatur Superior pro obtinenda licentia, vt in eadem Constitutione disponitur, quàm quod propria auctoritate parentur arma, & conuocentur homines armati cum maximo periculo publicæ seditionis, & tumultus. & sic in casu isto, expulsus à possessione non est constitutus in tanta angustia temporis, quod non possit auctoritate Superioris suæ indemnitati consulere, absque perturbatione publicæ quietis.

36 Remanet tertium, & vltimum dubium supradictum ex Consilio Capelli inserto in d. cons. Farin. 65. n. 21. & seq. qui videtur sentire quod ista Constitutio Sixti V. habeat locum dumtaxat in inuasione bonorum stabilium, licet vere ibi in hoc non insistat, sed solum arguat quod aliud sit facere insultum, & inuadere territoria aliena, aliud vero congregare homines pro suo conseruando, citra intentionem damnificandi. nihilominus resolutio huius dubij. An scilicet Constitutio sit restricta ad inuasionem, seu recuperationem bonorum stabilium, & illorum finium, vel comprehendat etiam acquisitiones, seu recuperationes bonorum mobilium, vel se mouentium, colligitur ex deductis supra in 1. dubio. quia scilicet Constitutio generaliter loquitur de omnibus casibus, in quibus quis sibi ius diceret armata manu, ad instar l. Iul. de vi public. in qua comprehenduntur etiam illi, qui armata manu rapiunt bona aliena, mobilia vel se mouentia. l. 3. vers. item tenetur. & vers. præterea. & l. 5. & 6. ff. ad l. Iul. de vi public. l. crimin. C. eod. tit. alias enim inania fuissent illa verba, *& alias vrgentiores, & vrgentissimas causas &c.* & illa *alio quouis prætextu &c.* si etiam hunc casum non comprehenderent. Nec potest considerari aliqua ratio diuersitatis, cur mala, & facinora considerata in proœmio dictæ Constitutionis, magis contingere possint in coadunantia armatorum pro inuasione bonorum stabilium, quàm pro raptu, vel recuperatione mobilium.

Ioannes Baptista Spada Fisci & Cameræ Apostolicæ Aduocatus.

ARGV-

ARGVMENTVM.

AN, & quando Præponens Ministros teneatur de eorum delictis in officio commissis criminaliter, aut ciuiliter. quid operetur scientia, & non prohibitio in huiusmodi Præponente. & quæ, vel quanta debeat esse ista scientia. Dictum socij criminis in tortura confirmatum, an faciat aliquod indicium vbi contra illum concurrunt plures defectus. & an producens falsum articulum, sine vsu, puniri possit.

SVMMARIVM.

Interesse non habens, agere non potest, num.1.

Actio criminalis non datur contra præponentem ministros, etiam quod illi in officio deliquerint, num.2.

Text.in l.cum exhibuissent.3.ff.de public.& in S.item exercitor.Instit.de oblig.quæ ex quas.delict. in quibus disponitur, ex delicto familiæ præposita dari contra præponentem actionem, loquuntur de actione in factum, quæ non est criminalis, sed ciuilis, num.3.

Actio criminalis contra præponentem ministros, tunc videtur competere, quando ab illo non exhibentur ministri delinquentes, secus si contra, num.4. Vbi, quod per talem exhibitionem præponens omnino liberatur.

Actio criminalis contra præponentem ministros tunc demum competit, quando ab eo scienter fuerunt electi ministri praui, & in eo genere malæ qualitatis, secus si bonæ, nu.5. & 7. Vbi quod propterea cessat actio contra Dominum.

Ministri bonæ qualitatis præsumuntur de tempore electionis, nisi contrarium probetur, nu.6.

Actio criminalis contra Dominum competit, quando vel ipse iussit familiam delinquere, vel sciuit, & prohibere potuit, & non prohibuit, num.8.

Actio criminalis contra Dominum de delicto familiæ propterea competit quando constat de iussu, quia tunc dicitur proprium ipsius domini maleficium, non familiæ, num.9.

Actio criminalis contra Dominum propter delictum seruorum, non datur ex sola scientia cum facultate prohibendi, sed tantum noxalibus actionibus tenetur, num.10.

Noxales actiones quæ dicantur, & quomodo intelliguntur, ad effectum vt pro illis Dominus teneatur ex sola scientia, num.11.12.13.14. & 15. vbi allegantur contraria, & illis respondetur.

Scientia certa in Domino de delictis ministrorum, non elicitur ex eo quod de illis ab alijs ministris fuerit admonitus, legitimis delicti probationibus non exhibitis, num.16.

Sapientes viri tacent quæ probari non vident, n.17.

Scientia Domini de delictis ministrorum præsumitur, quando delicta habuerunt causam continuam, & successiuam, num.18. vbi quod huiusmodi successiuitas copulatiuè requiritur cum causa, & nu.19. vbi etiam qualis debeat esse ista causa, & quæ successiuitas, & temporis continuatio.

Scientiæ præsumptio in Domino de delictis Ministrorum ex causæ continuatione & successiuitate, tunc demum militat, quando cum ea concurrit commodum, & vtilitas ipsius Domini ex delicti commissione, secus si contra, n.20.

Admonitionibus solis, sine testibus & probationibus non est credendum in præiudicium tertij, etiam quod admonentes sint fide digni, n.21.

Socius criminis, si sit etiam periurus, & deponat ad sui exonerationem, nullum facit indicium contra consocium, etiam cum tortura, quia illa non supplet nisi vnum defectum, & non plures, num.22.

Interesse ita adimit fidem in teste, vt neque iudex contrarium arbitrari possit, num.23.

Debitum ex vna causa, potest conuentione partium in aliam causam immutari, num.24.

Articulum falsum producens puniri non potest sine vsu, vt puta, quia nullos super illos curauit examinari testes, num.25.

CONSILIVM CCXXX.

1 REVERENDE Pater. Nullo iure vexatur D.N. judicio criminali,
neque ad instantiam Cameræ, dum
in prætensa mala administratione,
non solum aliquod non probatur
interesse, sed imò ex deductis in facto penitus excluditur. cap.cum inter.de elect. l.non solent. de
appell.recip. Aym.cons.182. num.8. Surd.cons.
41.in fi.lib.1. neque ad instantiam adhærentium,
2 dum contra personam D.N. nihil objicitur, aut
objici potest. quo ad ministros verò nulla contra
præponentem exerceri potest actio criminalis,
sed iudicio ciuili est experiendum, etiam quod illi in officio deliquisse dicerentur. glos. in l.obseruare.S.proficisci. vbi Bal. dicit illam singularem.
ff.de offic.Procons.Franc.Marc.decis.423. nu.13.
par.1. Decian.cons.25.lib.2. Farinac. q.24.num.
39.Honded.cons.96.nu.17.lib.2.

3 Nec obstat text.in l.cum si exhibuissent.3.ff.de public. dum inquit, ex delicto familiæ præpositæ dari contra præponentem actionem, vt quia debet bonos seruos ad hoc ministerium eligere, vnde est quod text. in S. item exercitor. Instit.de oblig.quæ ex quas. delic. disponit contra Dominum, qui neque ex maleficio, neque ex contractu tenetur, constituendam esse actionem ex quasi

maleficio, vt quia aliquatenus culpæ reus sit, qui opera malorum hominum vteretur. quoniam obiectum cessat. Tum quia cum in his casibus tex. ipse in verbis post dictum S. item exercitor. in subsequenti S. seu vers. in his autem, declarat hanc esse actionem in factum, vt etiam intelligit in d. S. item exercitor. glos. in verb. quasi ex maleficio, & ibidem Aretin. ante numerum primum, proinde ciuilis, non criminalis est actio huiusmodi in factum, quæ siue ex publicis, siue priuatis delictis descendat, dicitur ciuilis ratione interesse partis, & non pœnæ prosequutoria. l. qui nomine. 25. vbi gloss. in verb. pœnali. & l. hodie. 32. vbi gloss. in verb. condemnatur. ff. ad leg. Cornel. de fals. l. Prætor edixit. 7. S. 1. vbi gloss. in verbo occisus. ff. de iniur. Boss. tit. quemadmodum proced. per act. in delict. num. 8. versic. sed ex publicis. Farinac. de var. & extrard. quæst. 100. num. 7.

4 Tum quia contraria conclusio procedit, vbi à Domino non exhibentur ministri delinquentes, secus vbi exhibentur, vt in hoc casu. sic enim & in verbis loquitur text. in d. l. cum si exhibuissent. 3. ff. de public. per quem receptissima est conclusio, quod Dominus stante exhibitione statim censetur liberatus. Felin. in cap. Petrus. 17. num. 12. de homicid. Boss. de furt. num. 56. Rom. consil. 388. num. 7. ad finem. vers. dico tamen. Farinac. quæst. 24. num. 60. Decian. d. consil. 25. nu. 15. lib. 2. & in ministris deputatis ab huiusmodi officiali publico, est etiam text. vt ibi per eum not. Bart. & alij communiter in l. 1. S. quod nouissimo. ff. de public. Franc. Marc. alleg. ex aduerso decis. 424. num. 6. part. 1.

5 Tum & tertio, quia procedit conclusio, quando Dominus scienter eligit ministros prauos, ac

6 malæ qualitatis in eo genere, secus autem quando reputatos bonæ integritatis, si quidem cum alio ex aduerso de tempore electionis, non docto. ita præsumatur. Iacob. de Beluis. in l. omnino. per illum text. C. de inoffic. testamen. Angel. in l. sciendum. in fin. ff. de verbor. obligat. Proinde

7 nullatenus contra Dominum agi potest. Oldrad. cons. 92. per totum. Felyn. dict. capit. Petrus. num. 11. de homicid. Farinac. dicta quæst. 24. nu. 61. Munnoz. de ratiocin. cap. 19. num. 52. Seraphin. decis. 527. num. 1.

8 Nec resistit, quod quando Dominus, vel iussit familiam delinquere, vel sciuit & prohibere potuit, & non prohibuit, teneatur ipse etiam criminaliter. quoniam huiusmodi termini, respectu iussus, & respectu scientiæ, non sunt confundendi, sed distinctè tanquam diuersi examinandi quandoquidem aut adducitur ex aduerso iussus D. N. in committendis prætensis excessibus, & quæstio non applicatur facto, dum nullibi de ius-

9 su huiusmodi constat, sine quo non potest Dominus criminaliter teneri, cum tunc ratio quare tenetur sit proprium ipsius Domini maleficium, non familiæ. gloss. in eadem ex aduerso allegata l. 1. in verbo suo nomine. ff. si famil. furt. fecisse dicatur. & ibi Bart. num. 4. in fine. & Castrens. ante numerum primum, sicut in his terminis procedit Franc. Marc. decis. 424. num. 7. parte 1.

10 Aut adducitur sola scientia sine iussu, cum facultate tamen prohibendi, sicut scientiam in hoc casu considerat text. in dict. l. 1. in princip. vers. is autem accipitur scire. ff. si famil. furt. fecisse

11 dicat. & tunc verius videtur, Dominos ratione delicti seruorum, quamuis scientes non teneri criminaliter, sed solis noxalibus actionibus, de quibus loquitur text. in dicta l. 1. versic. cæterum

12 si sciente. Siquidem noxales actiones, vel referuntur ad deditionem ipsius corporis quod deliquit, vel ad litis æstimationem, vt loquuntur text. in l. 1. & l. 2. in principio. & S. 1. vbi loquitur de delictis seruorum Dominis scientibus. ff. de

13 noxal. Ratione verò excessuum liberorum hominum, scientia ad nihilum obligat, si delinquentes non sint de familia, secundum veriorem & magis communem praxim obseruatam, de qua post alios Clar. in prax. criminal. S. final. quæst. 87. num. 3. Farinac. quæst. 51. num. 4. & num. 9. vbi pariter ex magis communi, extendit etiam

14 iure canonico fori inspecto. Si verò sint de familia, nonnisi ciuiliter vsque ad delinquentis exhibitionem, iuribus supra adductis.

15 Quibus non obstant in contrarium allegata, dum text. in dicta l. prima. S. hæc autem facultas. ff. si famil. furt. fecisse dicat, loquitur de noxali actione. glossa vero ibi non loquitur in simplici scientia, sed in iussu. Text. in dicta l. si cum exhibuissent. & dicto S. item exercitor. in fine. loquuntur de actione in factum, quæ est ciuilis. Grammat. autem consilio octauo numero tertio loquitur de delicto famuli, ad vtilitatem Domini, ex qua colligit iussum & mandatum. Alciat. regula tertia, præsumptione quadragesima, numero tertio loquitur, quando Dominus fuit consultus de delicto, vel illud vidit fieri. Cagnol. in l. culpa caret. num. 7. ff. de regul. iur. loquitur in foro conscientiæ secundum Theologos. Ruynus verò loquitur de retinente scienter domi improbos homines, cum exinde eliciatur præsumptio perseuerationis de eiusdem voluntate, vt per eum. adeò quod nullus est ex allegatis, qui punctum respectu simplicis scientiæ percutiat.

16 Neque releuat quod Dominus *N.* ratione officij suæ administrationis, data scientia delicti Ministrorum, teneretur illis obuiare, & aliàs puniri posset, quoniam quicquid ex aduerso dicatur, ista scientia non probatur. Aut enim adducitur

citur probatio assertæ scientiæ, ex quod Dominus N. ab alijs Dohanarum Gubernatoribus de prætensis excessibus N. fuerit admonitus. & hæc baptizari non potest pro scientia delicti, dum admonentes, non solum ad eliciendam delicti veritatem assertam, legitimas probationes aliquas minimè exhibuerunt N. in officio remanente, sed neque etiam illo ad effectum huiusmodi per Dominum N. remoto. Quamobrem malè confunduntur termini certæ scientiæ delicti commissi, ad terminos admonitionis delicti commissi, seu incerto committendi, cum admonitio sine probationum exhibitione nullius sit considerationis. cap. plerumque, quod est cap. 127. 2. quæstione septima.

17 Vnde est quod Sapientes viri tacent, quæ probari non vident, vt ibi. & in Clement. volentes. §. quod si taliter ibi, & ea probare valeant. vbi etiam gloss. de hæret. Marsil singul. 164. num. 3. Natta consilio 668. num. 10. in fine. & numero sequenti.

18 Aut adducitur scientia, ex eo quod ex quo delicta huiusmodi habuerunt causam continuam, & successiuam, propterea præsumatur, & non etiam releuat. dum præter id quod text. in cap. constitutus. de testibus. ex quo Abb. & cæteri hanc conclusionem eliciunt, nedum delictorum requirunt successiuitatem, sed copulatiuè cum illis eorundem delictorum causam. quæ causa in hoc casu deficit, vt bene Honded. conf. 97. num.

19 5. & sequenti, libro secundo. Non etiam facit, dum facto non applicatur. tum quia cum huius conclusionis ratio ea sit, quod permanente qualitate continuationis, & successiuitatis delicti, præsumendum sit delictum taliter continuatum ad notitiam deuenisse, veluti est in prohibitione examinis testium ob continuationem causæ eiusdem prohibitionis, iuxta dict. cap. constitutus, ac veluti est in rebellione, guerra, & similibus, quæ dicuntur non solum habere causam permanentem, & continuam, sed successiuis, & continuatis diebus prosequuntur, & continuantur. Decian. consilio sexagesimo. num. octauo, & sequenti. libro decimo. Farinac. dicta questione vigesimaquarta. num. 101. versic. præceden. Honded. dicto consilio nonagesimoseptimo. numero sexto. libro secundo. Proinde cessante hac ratione, quæ verè cessat in prætensis excessibus de quibus agitur, cum, quamuis pluribus ac reiteratis vicibus commissi dicantur, nihilominus sine aliqua, tam causæ quàm temporis continuationis permanentia, vnico actu consumeretur, proinde inquam cessat allegata ex aduerso conclusio, vt per eundem Farinac. eadem quæstione vigesimaquarta. post dictum versic. præcedens. propè finem illius columnæ. versic. quod sit in specie. cum alijs per Honded. dicto consil. 97. num. 45. & seqq. lib. 2.

20 Tum quia ista præsumptio scientiæ, ita demum militat, si cum ea concurrat Domini commodum & vtilitas, in delicti commissione. secus ea cessante, vt in hoc casu cessasse ex facto apertissimè deducitur. dicto cap. constitutus. vbi Abb. & alij. de testibus. idem Abb. in cap. cum causam. numero decimonono eodem. Honded. eodem consilio 97. num. 8. lib. 2.

Aut denique desumitur præsumptio, ex eo quod fides præstita non fuit admonentibus fide dignis. & minus iuuat dum, omisso quòd an illi magis fidem quàm N. mererentur, euentus docuit, satis Dominus N. fuit credulus æmulis, & collegis in officio, in remouendo N. per spatium temporis, & in iu-

21 bendo admonenti, vt cautus ipse esset in perquisitione fraudum. nam in cæteris amplius credere non debebat, dum sine testibus, & iustificationibus agebatur de creden do in præiudicium tertij. quo casu limitatur regula, quod fide dignis sit credendum. Bartol. in l. prima. numero primo. versic. sed in præiudicium. & ib Ias. numero septimo. ff. de eo per quem facta. est. Felyn. in cap. cum contingat. 24. numero quarto. versic. limita dupliciter. de rescriptis. Castrens. consil. 295 numero primo. ad finem. non tamen debuit. libro primo. Alciat. regula tertia. præsumptione secunda. numero tertio.

22 Cætera, super quibus vlterius inquiritur, nulla egent responsione. nam respectu prætensæ subornationis N. certum est, quod eius dictum, quamuis in tortura confirmatum, nullum facit indicium, dum non solum se socium criminis facit, sed primo cum iuramento deposuit contrarium, adeò quod est periurius. Farin. quæst. quadragesimatertia, num. 183. ac rursus deponit ad sui exonerationem. l. deferre. §. item decreuerunt. ff. de iure fisci. Cum enim tortura non suppleat nisi vnum defectum, & consequenter in omnem casum non suppleat nisi exceptionem prouenientem ex criminis societate, Bursat. cons. 69. num. 25. libro 1. & consil. 239. numero 42. libro tertio. Farinac. dicta quæst. 43. numero 178. & sequentibus. Vtique remanentibus alijs duobus, absque dubio nihil facit. cum imò sola exceptio interesse

23 talis sit, quod arbitrium, quod alioquin Iu-

dicibus

cibus tribuitur in credendo testibus, prorsus in testibus interessatis cessat. Bald. in capit. cum nuncius. numero primo. versic. & nota quod commodum. de testibus. Felyn. in capit. insuper. post numerum 5. versic. & dic quod commode eodem.

24 Respectu verò prætensæ falsitatis articuli, & quia non potest dici falsus, dum dominium officij in contractum proueniens, ex agnitione debiti pro illius pretio fuit immutatum, (sicut potuit) l. si ex pretio. C. si cert. pet. l. certi conditio. §. deposui. ff. eodem.


25 Surd. consil. 162. num. 42. & seqq. libro secundo. & quia cum nullibi desuper fuerint examinati, aut examinari procurati testes, solus huiusmodi articulis sine vsu, non est punibilis. Fulgos. qui ita in praxi seruandum testatur in l. qui falsos. vers. per hanc legem. & versic. vltimo dicit. C. ad leg. Cornel. de fals. cum alijs per Farinac. de fals. quæstione 159. numero 36. & seqq.

Ex quibus &c.

Vermigliolus de Vermigliolis Aduocatus.

Fuit iste vir nobilis, & notæ probitatis, post acerrimam causæ discussionem, ab Antonio Fido, & Claudio Montano, Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Almæ Vrbis Gubernatoris in criminalibus Locumtenentibus, vti iudicibus deputatis, diffinitiuè absolutus, & liberatus, quorum sententia fuit postmodum in gradu appellationis per Flauium Pauonium Locumtenentem in criminalibus Illustrissimi D. Cardinalis Vicarij confirmata.

F I N I S.



AMICE LECTOR. Quia post volumen iam vna cum Indice impreßum, visum est Consilia aliqua reijcere, & eorum loco alia substituere, datur tibi & in illa præsens Indiculus separatus. Tu boni omnia consule.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS
Rerum, Verborum, ac Sententiarum:

Quæ in hoc Tertio Volumine Consiliorum, seu Responsorum Prosperi Farinacij I.C. Romani continentur.

Con-

I N D E X.

E

F

INDEX.

L

INDEX.

M

Matri-

N

O

P

Para-

I N D E X.

Priuatio

Sen-

INDEX.

T

Testes

INDEX

V

FINIS.

PROSPERI FARINACII
I. C. ROMANI
ADDITIONES
AD EIVS IMPRESSA OPERA.



AD QVÆST. I.



AD *Summarium, col.2. post vers.3. incipien.* Inquisitio formata cum aliqua qualitate &c. *in fine. Adde sic.* Inquisitione formata super delicto simpliciter, nulla expressa aggrauante qualitate, si de ea constet in processu causæ, nunquid Iudex possit condemnare reum in illa qualitate aggrauante non deducta inquisitione, n.39. in fin. vers. limita nono.

Ad idem summarium pag. 1. 2. facie post vers. 5. incipien. Iudex criminalis potest reum etiam ciuiliter condemnare &c. *propè finem post verbum* limita. *Adde verbum* quatuor. *deinde deleas verbum* tribus.

Numero 13. ibi. Boss. d.tit.de inquisit.num.90. & 91.&c. *Adde sic.* Et in tit.de fals.n.77.

*Dicto n.13.ibi.vers.*Contrarium &c.*circa medium.ibi.* Verum huic oppositioni, in 1.vol. *adde sic.* & ante istos Ang.de malefic.in verbo *falsario*,n.37.& originaliter allegatur glos.instit.de public.iudic.in princ. quæ tamen glos. non dicit id, ad quod allegatur, prout ibi aduertit August. ad Ang. in loco præcitato. Afflict. in constit. qui litteras, n.7. Marsil. singul. 163. vers. & tenementi. Pract. Monteleon. fol. mihi 271. num. 822. Pract. Conrad. rubr. de fals. num. 34. in quarto speciali.

Num.17. in fin. adde sic. Vide infra in tract. de hæresi. q.185.num.51. et seq.

Numero 39. in fin. incipe à capite, & adde sic. LIMITA IX. dictam secundam ampliationem huius tertij requisiti, vt è contra non procedat, quando in inquisitione esset simpliciter deductum factum & delictum absque vlla qualitate aggrauante, & postea in processu causæ appareret de prædicta aggrauante qualitate. quia tunc Iudex in condemnatione non prohibetur augere pœnam propter qualitatem prædictam, etiam quòd in inquisitione non fuerit deducta. secundùm Bar.in l. quid ergo. §. pœna grauior, n.15. vers. vltimo legas.ff.de his, qui notan.infamia. & ibi etiam Bald.in 1.lect.num.8.vers.secundo reuoco in dubium, & repetit sub num.12.& num. 13. Anton.Gomes.var.resolution.tom.3.cap.11. num.8. ante finem, vers. immò quòd magis est, vbi alij referuntur concordantes. Clar. in pract. §. final.quæst.90.num.3.vers. in hac autem materia. quorum dicta latius reassumit Petr.Caball. resolution.criminal.casu 173. vbi num.8.ampliat per inquisitionem, siue per accusationem. & num.9.ampliat etiam quando præsertim de qualitate aggrauante constaret per confessionem partis. & num.11. vbi pariter ampliat, quando pendente iudicio superueniens qualitas fuisset addita inquisitioni. & num.12. Vbi demum dixit firmatam conclusionem tanto magis hodiè procedere propter amplissimas clausulas, quæ in inquisitione apponi solent.

Num.56. circa fin. ibi. & mixti imperij &c. *adde verbum* possint, *& dele verbum* possunt.

Dicto n. 56. paulò post. ibi. vide Hieron. &c. *adde nomen* Ceual. *in locum* Caual.

Num.57.in princ. ibi potestatem habere &c. *adde sic.* probat tex.in l.si lis pecuniaria, & ibi glos.& communiter Doctores omnes ponunt materiam C.ad l. Cornel.de fals. ibi omnino videas multa alia, præter infrascripta, &. *Deinde deleas verbum* dixerunt.

Dicto nu.57. Ibi. Concordantes &c. *adde sic.* & alij, quos in proposito refert, & sequitur Caball. resolut. criminal. casu 82. n.13. & pro hac eadem limitatione est alius. *exinde omittas illa verba*, & est.

Num.59. in princ. Ibi. huius limitationis &c. *adde sic.* ponitur in d. l. si lis. C. ad l. Cornel. de fals. quando coram iudice ciuili producitur falsum instrumentum. de quo vide etiam differentes, Cyn.& alios in l.vbi falsum.C.eodem, & magis speciale exemplum.

Dicto n.59.post princ. ibi. Iacob.Menoch.&c.

 adde

adde sic. quem non fuisse visum, nec allegatum à Petro Caballo post hæc impressa habito, resol. crimin.casu 116. miratus sum.

Dicto num.59. post med. ibi. ab hac opinione * dissentiat, &c. *adde sic*. [quod non dixisset, si vidisset Bar. & Paul. de Castr. in locis relatis per Caball. d. cas.116. n.1. & alios plures per me relat. in tract.de testib. q.67.n.27.]

*Dicto num.59.ante fin.ibi.*num.1.& seqq. lib. 2.&c. *adde hæc verba*. Ludou. Peguer.decis.79. num.1.

Dicto num.59. in fin. adde sic. Etsi in magna Curia contrarium seruari testatur Vincen. de Franch.decis.147.num.6.vbi dixit quod si testis falsum deponat in causa ciuili,licet offendantur aures iudicum ciuilium, nihilominus punitur per iudices criminales, & non per iudices ciuiles.

Num.60.in fin. adde sic. Peguer. decis.79.n.3.vbi facta conclusione negatiua, quod delegatus ab inferiori non possit testem coram ipso falsum deponentem criminaliter punire, declarat illam procedere, quando ipse delegatus ita datus fuisset, vt nullam puniendi crimina potestatem haberet, & punitio criminalis ei interdicta non esset.nam tunc potest hunc testem punire ex Salic. Fulgos.& Curt.Sen. in locis per eum relatis. & sic concludit, quod delegatus etiam ab inferiore Principis,cui non sit interdicta criminalis punitio, poterit testem coram ipso deponentem falsum arbitrariè punire.

Num.61.ante fin.principij.ibi. non quo ad ordinariam &c. *adde sic*. & ita alias apud eum fuisse seruatum testatur Ludouic. Peguer. decis.60. & 79.n.3 & in fin.decisionis licet. *deinde dele verbum* verum.

Dicto n. 61. propè fin. principij. ibi. puniendi facultatem &c. *adde hoc verbum* voluerit. *& exinde omittas verba* rectius iudicio meo sensit.

Num.63. in fin.adde sic. Caball.resol.crim.cas.82. n.1.& seqq. vbi huius conclusionis plura affert exempla.

Num.64.in fin.adde sic. Caball. qui plures alios refert concordantes resol.crim.cas.82.num.1.& seqq.Bonif.in tract.de furt. §.contrectatio.n.89. & in §.possessionis.num.36.& dixi iterum infra. in tit.de furt. q.1.n.29.

Num. 65. post princ. ibi. quam etiam in &c. *adde verbum* proposito.*deleas verbum* propositiones.

Dicto n.65.post princ.ibi. habitus in cons.99. n.52.lib.2.&c. *adde sic*. Bonif.de furt.§.contrectatio.num.99.

Dicto num.7. in princ. in fin. princ. adde sic. Et latius per Petr.Caball.longè post hęc impressa in lucem editus, resolut. crimin.casu 163. per totum in discursu. Vbi alios plures de veriori, magis communi, & seruata opinione testatur, etiam quod fur paruo temporis momento, & non per diem integrum in loco vbi fuit captus, furtum contrectauerit. subditq. quòd licet alias ipse pro contraria opinione votauerit, opinionem tamen mutauit in melius videns hanc Bart. opinionem in curijs seruari. pro qua etiam addo relatos per Bonif. post hæc impressa in lucem editus, quos tamen nec ipse sequitur in tract. de furtis. §.contrectatio. num.17. Alios retuli infra in tit. de furt. q.174. num. 54. vbi num.56. & seqq. hanc Bart. opinionem tribus modis declaraui.

Dicto num.7. vers. Sed contra Bart.&c. *circa finem. ibi*. dicit opinionem contrariam sæpius seruatam in Senatu &c. *adde sic*. Bertaz. conf. 40. num.3.vers. Primus igitur punitus.

Dicto num.7. d. vers. Sed contra Bart. &c. *in fin.vers. adde sic*. Quibus addi possunt relati per Petr. Caball. d. casu 163. num.4. vers. contrariam verò sententiam. nec non Bonif. in tract.de furt. post hæc impressa in lucem editus, qui pluribus hanc probat sententiam, §. contrectatio, num. 18. et pluribus seqq. Alios retuli infra in tit. de furt. quæst. 174. num. 55. & num. 59. & seqq. Vbi pluribus modis hanc sententiam declaraui.

Dicto num.7. vers. Sed quid erit &c. *circa medium. ibi*. nec ciuiliter conueniri &c. *adde sic*. posse. Sed quo ad restitutionem bonorum, quod omninò iste fur possit cogi post Bernar. de Plot. conf.crim.diuers.133.ad fin.num.46.vers.sed si loquamur.Bertaz.conf.40.num.4.vers.secundo, etsi standum.lib.1. voluit Petr. Caball. resolut. crimin.d.casu 163.num.6. quo verò ad punitionem. *& deinde dele verbum* posset.

Et dicto num 7.in fin.adde sic. Quamuis hanc remissionem non esse faciendam, quando iudices sunt sub diuersis Principibus, dixerit Bonif. de furt. §.contrectatio,num.2.& 34. & forsan etiam non esset malum hos fures aliqua pœna punire extraordinaria, et sic mediam viam eligendo inter opinionem Bart. et contrariam supra relatas, iuxta opinionem Alexandri in d. l. dominium, quæ in hac Doctorum non modica contrarietate mihi multum placet.

Num.8. ad finem. ibi. Priuilegium fori, si quod habet etc. *adde sic*. Prout ita etiam declarat Bonif.post hæc impressa in lucem editu s in tract. de furt. §.contrectatio,num.36.

Dicto num.8. in fin. adde sic. Dixi hac de re iterum infra in tit. de delict. carn. quæst. 145. §. raptus in 18. ampliat. num. 62. et pluribus seqq.

Num.10. in princ.in fin. princ.adde sic. Nec dissentit Bonif. in tract.de furt. post hæc impressa in lucem editus.§.contrectatio.num.37.

Dicto num.10. in fin. adde sic. Quod et idem non inficiatur Bonif.de furt. in d.§. contrectatio eodem.num.37.et dixi in tit.de furt.quæst.167. num.92.

Num.12.in princ.in fin.princ adde sic. Nec dissentit Ludouic. Peguer. decis. crimin. 66. num. 9. vers. In remissionibus enim. Bonif. in tract.de furt. §.contrectatio,num.33.

Dicto num.12. propè finem. ibi. Clar. quæst. 38. num.75. etc. *adde sic*. Bonif.in tract.crimin. de furt. §. contrectatio,num.33.

Num.15. post principium.ibi. Modò illuc vagatur, quem &c. *adde hoc verbum* erronem *deleto verbo* errorem.

Num.17. in fin. adde sic. Vide infra in tract. de hæresi,quæst.197.num.10.et seqq.

Num.

Num.19.in fin. adde sic. Bonif.in tract.de furt. post hæc impressa pariter in lucem editus. §. contrectatio,num. 35. vbi testatur de receptiori Doctorum sententia.

Num.21. in princ. in fin. principij. adde sic. Et præmissis addo Didac. Canter.in quæst.crimin.tit.de inquisit. tangen. personam iudicis. num.1. & 2. Vinc.de Franch.decis.66.num.1.per totam.quos in proposito refert,& sequitur Petr. Caball.resol. crimin.cas.162.num.4.& seqq. vbi num.7.in fin. testatur infinitis vicibus in varijs Italiæ partibus sic practicari vidisse, & practicasse. & num. 9. & seq.

Num. 22. in princ. in fin. princ. adde sic. Didac. Canter.in quæst.crim.tit.de inquisit.tangen.personam iudicis quæst. 7. num.1. Vbi quod de hoc nullus dubitat.quòd & idem testatur Petr.Caball. resol.crim.cas.162.num.3.

Num.24. vers. Verum istorum opinio &c. *circa medium ibi*. vbi supra d. num.6. vers. sexto, in hoc tractatu &c. *adde sic*. & hanc esse magis communem Doctorum opinionem testatur Petr. Caball. resolut.crim.cas.161.num.14. & 15. Vbi testatur se nunquam vidisse Principem aliquem,qui suum subditum ratione originis,vel domicilij concesserit alteri Principi in cuius territorio deliquerit.

Num.25. in princ. in fin. princ. ibi. Et hæc in omnem casum,iuncto num.7. &c. *adde sic*. & voluit idem Petr.Caball.resolut.crimin.cas.162.n.9.

Dicto num.25. in fin. adde sic. Sed in casu, in quo iudex loci originis, seu domicilij potest punire delinquentem alibi, nunquid in puniendo ipsum debeat seruare statuta loci delicti; an verò originis, seu domicilij? Vide Salyc. in c. cunctos populos.num.8.vers.sed in ius statuti pœna.C.de summa Trinit. & fid.Cathol. vbi post alios,quos allegat antiquiores, concludit esse attendenda statuta loci delicti quo ad impositionem pœnæ, sed quo ad processum attendi locum iudicij. & latius disputantem vide Clar.in §.final.quæst.85. n.4. vers. Tertius est casus. Villalob.in commun. opin.littera I. num.52. Paris.cons.159.lib.4. Ioseph. Ludouic.decis.Lucen.16.num.17. par.1. & dicam infra in fragment.vers.delicta.num. 98.vbi latius reassumpsi hanc materiam.

Num.26.in princ.in fin.princ.adde sic. Nec dissentit Decian. qui loquitur in gratia, & indulgentia generali facta à Principe in tract. crimin. lib.3. cap.35.num.27.

Dicto num. 26. vers. Verum in proposito &c. *in princ. vers. ibi*. num.4. & 5. in opi. 420. &c. *Adde hoc verbum* distinguentis *deleto verbo* distinguemus.

Dicto num. 26. vers. Sed tertia, & verior est opinio &c. *circa princ. ibi*. Clar. in d. vers. Sed quæro, nunquid &c. *adde sic*, quem in proposito refert, & sequitur Petr. Caball. resolut. crimin. dicto casu 162. num. 2.

Dicto num.26. d. vers. Sed tertia, & verior est opinio &c. *in fin. vers. adde sic*. Addo etiam ad materiam omninò videndum Petr. Caball. resol. crimin. d.casu 162.num.18. & pluribus seqq. vbi latè ponit; an, & quando condemnatus ab vno iudice, vel etiam absolutus, possit ab alio iudice molestari, si condemnationem soluit, siue contumax, siue præsens fuerit. sed de præsente latius dixi supra quæst.4.vbi vide.

Dicto num.26.vers. Benè autem crederem etc. *propè finem vers.ibi*. Hier. de Monte in tract de fin.reg.cap.25.num.10.&c. *adde sic*. Nec dissentit Petr.Caball.resol.crim.d.casu 162.n.24.in fin.

Et dicto num. 26. d. vers. Benè autem crederem &c. *in fin. adde sic*. Et quid si condemnatus ab vno iudice soluit condemnationem, nunquid possit molestari ab alio iudice, qui processit,& condemnauit in maiorem pœnam pro aliqua qualitate aggrauanti non deducta coram primo iudice, dixi supra quæst.4.num.4.

Num.27. in princ.in fin.princ. adde sic. Latè comprobat Ludouic.Peguer.decis.66.num.7.& seqq.

Dicto num.27. vers. Pro contraria autem &c. *in fin. vers.adde sic*. Et alias etiam affert rationes in decis.66.num.1.& seqq. & num.8. & num. 11. vers. sunt tamen qui dicunt.

Num.28. in princ. circa med. ibi. Et contrarijs respondet &c. *adde sic*. & decis.66.num.7. & num. 20. Vbi præsertim quando timetur de violentia iudicis requirentis.

Dicto num.28.in princ. post med.ibi. num.2.in fine,iuncto num.3. &c. *adde sic*. Cum alijs, quos in proposito refert, & sequitur Petr.Caball.resol. crim.casu 162.num.9.& seqq.

Num.30. vers. Verum ijs non obstantibus &c. *post med. ibi*. Nec disputare intendo &c. *adde sic*. Prout pariter non de pœna delicti, sed de satisfactione iniuriæ partis offensæ declarat etiam Ludouic. Peguer.d.decis.66.n.13.

Dicto num.30.d.vers. Verum ijs non obstantibus &c. *ad finem vers. ibi*. Et insigne repetendi sceleris exemplum gigneret &c. *adde sic*. Et cum Couarr. sentire etiam videtur Ludou. Peguer. d. decis.66.eod.num.3.

Num.31.post med.ibi. Quod iudex prorsus incompetens non tenetur remittere &c. *adde sic*. Nec dissentit Ludouic.Peguer.d.decis.66.num.19.

Num.33. in fin. adde sic. Pegna ad Aymeric. in director. inquisitor. par.3.comment.33. num.132. fol.498.vers.septimo in alijs delictis.

Num.34 in fin. adde sic. Pegna ad Aymeric. in director. inquisitor. par.3.comment.33.num.132. fol.498.vers.secundo exigitur.

Num.35. in princ.in fin. princ.ibi. decis. Delphina. 176.in 2.par.&c. *adde sic*. Nec dissentit Ludouic. Peguer. d. decis. 66. num.18. Pegna in addit. ad

Aymeric. in director. inquisitor. par.3.comment. 33.num.132.fol.493.vers his ita constitutis.

Num.36.in fi.adde sic. Pegna in addit.ad Aymeric. in director, inquisitor. par.3. comment.33. num. 132.fol.498.col.2.vers.1.

Num.38.circa med. ibi. Mars. in pract. opportunè, num.33.&c. *adde sic.* Ludou.Peguer.d.decis.66. num.17. Vbi quod non solum est necessaria peritio remissionis, sed etiam quod illa fiat per publicas litteras. Pegna in addit. ad Aymeric. in director.inquisitor. par.3. commentar.33. num.132. fol.498.col.1.vers.1.& vers.final.

Num.40.in fin.adde sic. Addo & Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resolut. crimin. centur. 3. casu 291. per totum, vbi latissimè hanc nonam comprobat limitationem, & etiam ponit qua pœna puniantur illi, qui in alieno territorio capturam faciunt, & inde captum extrahunt,& ducunt ad territorium alterius Principis, de quo particulariter dixi infra in tit. de crimin. læsæ maiest.q.113.num.60.

Num.41.in princ.post med.princ.ibi. tenetur Paris de Put.in tract.&c. *adde sic.* Sindic. in verbo captura *deleto verbo* fine. *Et deinde circa finem. ibi.* & ibidem Suarez in addit. &c. *adde hoc verbum* Clar. *& omittas verbum* Clat.

Dicto num.41.in princ.in fin.princ.adde sic. Et pro hac ampliatione, vide latè comprobantem, & alios referentes Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resolut. crim.centur.3.cas.291. num. 5.& seqq.

Num.42.in fin.adde sic. Addo ad comprobationem decimæ limitationis.Pegn.in addit. ad Aymeric. par.3. commentar. 33. num. 132. fol.498. col.1. vers. Tertio quod non commiserit.

Num.44.circa principium.ibi. Videre poteris præter alios apud &c. *dele verba* Fclyn. qui plenè. *Et paulò post ibi*, & in eadem pract. crimin. 13. quoniam.num.91.&c. *adde hæc verba* & sing.225.

Num.55.in princ.in fin.princ.adde sic. Quibus adde omninò Petr.Caball.resolut.crim.casu 162.num. 2.& n.8. & latius n.12.et seqq. vbi amplius quod coram iudice vnius territorij procedente contra contumacem delinquentem ratione originis, vel domicilij, exceptio litis pendentiæ in loco delicti non solum non potest opponi pro parte ipsius contumacis, sed nec etiam ad instantiam partis offensæ, seu etiam iudicis loci delicti. & num.18. & seqq. Vbi in specie,quod condemnatus ab vno iudice non potest impedire condemnationem alterius iudicis, nisi probasset vnam condemnationem soluisse.

AD QVÆST. VIII.

SVmmario *post vers.7. incip.* Clericorum causæ &c. *in fin.adde sic.* Quid è contra.num.46.

Dicto summario,col.1.secunda facie, post vers. 16.incip. Monachi, seu religiosi &c. *circa finem. ibi.* & Hospitalium Rectoribus &c. *adde sic.*num. 46. *deleto* num.56.

Dicto summario d.col.1. secunda facie, post vers. 18. incip. Iudex laicus &c. *in fin. adde sic.* Quid è contra,supra num.4.

Dicto summario fol.51. col.1. in vers. Quid de clerico &c. *in fin.adde sic.* n.98. *omisso* n.99.

Dicto summario, d.fol.51. col.1.in vers. Clericus effectus post delictum &c. *in fin.adde sic.* Fideiussor laici post præstitam fideiussionem effecti clerici, coram quo iudice conueniri possit, num. 112.in fin.vers. sublimita tertio.

Et dicto summario,d.fol.51.col.2.in vers. Laicus cum clerico delinquens &c. *in fin. adde sic.* Laicus vendens annonam corruptam potest puniri à iudice Ecclesiastico, num.151. in fin. vers. Limita 13. Vbi etiam an contraria consuetudo valeat.

Num.1.in fin. adde sic. Et hodie habemus constitutionem Gregorij XIIII. ad cuius interpretationem vide latissimè differentem Alex. Ambrosin. in tract.de immunit.& liber.Ecclesiast.cap.16. & omnibus seqq. Ad quam materiam, an scilicet, & quando clerici à seculari iurisdictione Principis sint exempti, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, & tam quo ad personas, quàm quo ad bona, vide latissimè differentem Franc. Suarez. aduersus Anglicanæ sectæ errores lib.4.cap. 1. & omnibus seqq.& latissimè etiam Alex.Ambrosin. in tract. de immunitate, & libertate Ecclesiastica cap. 16. & omnibus seqq. quorum dicta, & conclusiones in hunc librum transferre non potui, cum post illius impressionem ad manus meas peruenerint.

*Num.4.vers.*Limita hanc tertiam ampliationem etc. *post med.vers.ibi.* Et legisse priuilegia Reipublicæ Venetorum à Sede Apostolica concessa &c. *adde sic.* de quibus etiam mentionem facit Io. Bapt. Ferret.cons.130.num.8.lib.2.

*Dicto num.4.vers.*Sublimita, & declara &c. *in fin.vers.adde sic.* Et vide etiam Villalob.in comm. opin.littera D. num.54.

Num.26.in fin.adde sic. Peguer.decis.79.num.5.

Num.28.circa princ.ibi. & Arnal.Albertin.in repet. cap.1.de hæret.in 6. q.11.num.75. et seqq. et q. 15.num.3.et seqq.

Num.30.vers. Sed his non obst. etc. *in fin. vers. adde sic.* quæst.11.num.75.

Num.32.vers. Altera,et verior etc. *in fin.vers.adde sic.* Et pro hac opinione vide scripta nouissimè post hæc impressa impressum Marium Italiam in tract.de immunit.Ecclesiast.lib.1.cap.5.§.5.num. 10. et seqq.

Num.33.in fin.adde sic. Quibus addo Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resolut.crim. casu 60, num.11.

num.11.& seqq. Vbi latè hanc 14. ampliationem comprobat. licet benè subdat posse iudicem sæcularem ex officio non ad effectum cognoscendi an clericus gaudeat priuilegio fori, sed ad effectum illum remittendi ad iudicem Ecclesiasticum, informationes super clericatu assumere, stante paupertate, & impotentia inquisiti, & quod ipse ita aliàs seruauit.

Num.46.post princ. ibi. Boss.tit. de foro compet. &c. *adde sic.* num.127. *deleto* num.172.

Et paulò post.ibi. Capic. d. decis.32.num.1.&c. *adde sic.* Monte Maran. in pract.Episc.cap.9.n.6. vbi alios refert Viu.decis.116.num.1.par.1.*omissis verbis*, refert & sequitur.

Dicto num. 46. in princ. post med.ibi. Et ad materiam huius 15. ampliationis &c. *adde sic*. Vide omninò latè differentem Card. Tusc.pract.concl. littera C. conclus.27. & littera F. concl.72. Quibus in locis latè explicat; an, & quando quis dicatur familiaris. Et qui,& quando gaudeant priuilegio fori. Mascard.de probat.lib.2.concl.755. per totam,& ante istos Carauit.super ritu Magnæ Curiæ 46. num. 17. & omnibus seqq. Viu. opin. 116.par.1.Vbi etiam quid de familia clericorum, de quo etiam per Thesaur. decis. Pedemont. 22. per tot.in discursu,vbi ponit plures declarationes; & etiam quid de colono, seu massario alicuius Ecclesiasticæ personæ.

Et dicto num.46.in princ.in fin. princ.adde sic. Et in proposito aduerte, quòd familiares Episcoporum tunc demum gaudent priuilegio fori, quando, scilicet, actu inseruiunt, & famulantur ipsi Episcopo, suntq. continui commensales in eius domo, aliter secus. & præsertim si essent familiares ex priuilegio, vt pluribus exornat Prob. in addit.ad Io.Monach.in c. ad succidendos,num. 7.& seqq.extra de schismat.Card.Tusc.in locis infra allegandis. Carauit. super ritu Magnæ Curiæ 46.num.22.& seqq.vbi de litteris familiaritatis.

Dicto num. 46. vers. Amplia 16.&c.*post princ. ibi.*C. de sacros. Eccl. per tex.in simili,&c. *adde verbum* qui *deleto verbo* quid.

Dicto num.46. in vers. Amplia 20. &c. *in fin. vers. adde sic*. Et quod attinet ad milites Hierosolymitanos, quod sint exempti à iurisdictione sæculari, vide Decian. in tract. crim. lib.4.cap.9. num.36.post Io.Monac. Felyn. & Barba. in locis, ibi per eum relatis. Osasc. decis. Pedemont. 27. num.18. quos in proposito refert,& sequitur Petr. Caball. post hæc scripta habitus, resolut. crimin. casu 64. num.2. Vbi etiam quid si delinquat in aliquo officio sæculari? An possit à sæculari iudice puniri? de quo dixi infra num. 98. Quod verò dictum est de militibus Hierosolymitanis, quod subiaceant iurisdictioni Ecclesiasticæ, intelligas procedere post susceptum habitum, secus antea, etiam quod fecisset suas probationes,& habuisset gratiam assumendi habitum,soluisset viaticum, & alia omnia perfecerit ita quod aliud facere non deerat, nisi habitum assumere. ex plenè deductis per Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resolut.crim.cas.65.per tot. Et quod attinet ad tertiarias, seu bizzocas, nunquid gaudeant fori priuilegio sicut aliæ moniales & religiosæ, vide Aufrer. de potestare sæculari &c. reg.2. num.39. Marian.Soc.in cap.2.num.12. & ibi etiam Anan. num.2.de for.compet.Cappell. Tholosan.decis.8. in addir. Duen. reg.100. limit. 4. & 18. Nauar. cons. 54.lib. 3. de regular. Eman. Rodriq. in quæstion. canonicas.tom.2.quæst.65.art.5. Bolognet. cons.22.num.13.& nu.30. Eugen. cons.26. num.15. Intrigliol.decis.30.num.4. Card.Tusch. littera F. concl.470.num.3. Bart.Vgolin. de officio,& potest. Episcopi. cap.20.S.11.num.2. Caualcan. de brachio Regio par.1.num.88.Alderan. Mascard. de generali statut. interpretatione, concl.1.nu.120.& 122. Lup.de libert.Ecclesiast. quæst.4. Sacra Congregatio Concilij in Anconitana dixit, illas non gaudere priuilegio fori, nisi collegialiter viuant, aur cum claustralibus habitent, vel mulieres virginalem, seu cælibem, aut castam, vidualem expresso voto,& sub dicto habitu vitam ducant, quemadmodum cauetur in Concilio Lateranensi sub Leone X. Cæterum si subsit legitima consuetudo, vt Tertiarij etiam absque dictis qualitatibus coram ordinarijs conuenianrur,eam vtique esse seruandam.

Num.50. in fin. adde sic. & dixi infra post num. 52.

Num.51.ante finem.ibi, testantur Boss. d.num.132. & Clar. dicta &c. *adde sic.* quæst.36. *deleto verbo* quæst.56.

Num.52.in princ.ibi. Quòd licet etiam secundum Chassaneum &c. *adde sic*. in consuet. Burgund. fol.51.num.66. quem etiam refert Eman. Roder. in quæst.regul.tom.1.quæst.30.art.28.

Et paulò post. ibi. per Clarum allegatos in dicta &c. *adde sic.* quæst.36. *& dele verba* q.46.

Num.53.prope finem. ibi. cap.9. num.88. in principio &c. *adde sic.* Ignat. Lopez in addit.ad Diaz. in pract.crimin. canon.cap.161.littera B.

Num.54.in princ. circa finem princ. ibi. Rol.cons.4. num.31.vol.1.† &c. *adde hoc verbum* hanc *deleto verbo* homo.

Dicto num. 54. in princ. in fin. princ. adde sic. Et Ignat. Lopez. in addition. ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap.161. littera B. vbi & ipse latè hanc defendit sententiam. à qua alijs relatis, nec etiam discedere videtur Petr. Caball. post hæc scripta habitus, resolution. crimin. casu 60. num. 19.22.& 23.

Dicto num. 54. vers. Contrarium &c. *in fin. vers.adde sic.* Addo relatos per Ignat.Lopez in additionibus ad Diaz in pract.crimin.canon.cap. 161.littera B. in principio additionis, qui pariter

testantur de magis communi, & seruata opinione Vinc. de Franch. decis. 463. num. 5. & seqq. vbi restatur de veriori, & seruata opinione, & quod secundum eam sacrum illud Consilium iudicauit.

Et dicto num.54. vers. finali, ante med. ibi. Couar. d. cap. 32. sub num. 2. propè finem, & n. 3. &c. *adde sic*. Nec dissentit Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 161. littera B. vers. non vero prætermittendum est.

Num.55. post princ. ibi. Prout optimè ponderat Cæpoll. d. &c. *adde sic.* cons. 11. num. 33. & seq. *deletis verbis* cons. 1. num. 3. & seqq.

Dicto num.55. ante medium. ibi. Decian. in suis tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 103. tom. 1. &c. *adde sic*. Ignat. Lopez. in pract. crimin. canon. cap. 161. littera B. vers. & licet quamplures. Vbi de communi. Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. casu 60. num. 17.

Num.57. post princ. ibi. Quam communem opinionem ipse amplectitur &c. *adde sic*. Prout etiam & eam amplectuntur multi relati per Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 161. littera B. in principio additionis, qui testantur de communi, & magis communi Doctorum sententia.

Dicto num.57. post medium. ibi. Absque degradatione, alias secus &c. *adde sic*. & voluit etiam Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. cap. 161. littera B. vers. ideòque communis opinio. & vers. non vero prætermittendum est. & vers. seq. vbi etiam quid de clerico in minoribus ordinibus constituto.

Num.66. vers. finali, post med. ibi. Et tradit Capra dicta &c. *adde hoc verbum* concl. 97. num. 11. &c. *deletis verbis* consil. 97. num. 11.

Dicto num.66. d. vers. finali, in fin. adde sic. Et sic conclude secundum præallegatos Doctores, quòd clericus reassumens habitum post delictum commissum, præsumitur in dubio illum reassumpsisse in fraudem, & sic non gaudet fori priuilegio, præsertim si habitum reassumat, postquàm fuit præuentus à iudice sæculari.

Num.73. in fin. adde sic. Vel nisi in sententia verbalis declarationis condemnatus & declaratus, verbaliter fuerit etiam relictus brachio sæculari iuxta formam sententiæ, de qua per Aymer. in directorio inquisitorum par. 3. num. 215. Tunc enim sic verbaliter degradatus, & captus à iudice sæculari, quod possit ab eo puniri absque alia actuali degradatione sentire videtur Aymeric. vbi supra cum alijs adductis per Pegn. ibi in addition. commentar. 49. fol. 572. col. 2. in fin. & fol. 573. col. 1. vbi licet col. 2. vers. præterea dico, & seqq. multa in contrarium adducit, non tamen ab hac sententia recedere videtur in alijs criminibus præterquàm in hæresi, in qua infra dicam.

Num.75. circa princ. ibi. Seu Curiæ sæculari traditio &c. *adde sic*. In quibus casibus locum habeat ponunt Abb. Canonistæ, & repetentes in cap. at si clerici, de iudic. Arnal. Albertin. in c. 1. de hæret. in 6. in 11. quæst. & præcipuè.

Et dicto num.75. post princ. ibi. A iure canonico permissa est &c. *adde sic*. degradatio videlicet.

Dicto num.75. adde sic. Et ad materiam prædictorum trium casuum vltra infrascripta vide omninò Doct. in d. c. at si clerici, & præsertim Mantuam, Beroum, & alios repetentes.

Num.76. circa med. ibi. Quia tunc non &c. *adde hoc verbum* traditur *deleto verbo* tradunt.

Dicto num.76. in fin. adde sic. Et dicam suo loco. Et in proposito adnerte, quòd si hæreticus fuerit in contumaciam condemnatus tanquàm impœnitens, & propterea relictus brachio seculari, & verbaliter degradatus, cum propter absentiam realiter degradari non potuerit iuxta formam sententiæ, de qua per Aymeric. in directorio inquisitorum par. 3. num. 215. Tunc si captus fuerit à iudice seculari; an possit vltimo supplicio puniri absque alia reali degradatione? an verò debeat eum remittere iudici Ecclesiastico, coram quo possit pœnitere, & abiurare, vide latè differentem, & declarantem Pegnam in addit. ad Aymeric. vbi supra commentar. 49. fol. 573. col. 1. & 2.

Num.77. in fin. adde sic. Et dixi hac de re infra. in tit. de falsitate, & simulatione: præsertim in materia. c. ad falsariorum, de qua loquuntur Doct. præallegati.

Num.78. in fin. adde sic. Ad quæ vide etiam scripta per Marium Italiam post hæc impressa editum, in tract. de immunitate Ecclesiarum. lib. 1. cap. 5. S. 5. num. 10. & seqq.

Num.81. post princ. ibi. Et ibidem Bero. n. 181. &c. *adde sic*. Vbi pluribus hanc probat opinionem, & num. 182. & seqq. plenissimè respondet contrarijs. Quod & idem facit Ant. Burgos num. 103. & seqq. plenè affirmans contrarium tenētium opinionem esse falsissimam. Quamuis testetur pro hac negatiua opinione, aliàs in occurrenti casu Bononiæ allegasse fundamenta inconuincibilia, & non potuisse obtinere. Et ante istos in eod. cap. at si clerici, eandem opinionem sustiner communem, & veriorem dixit Dec. num. 252. & omnibus seqq. vbi latè.

Dicto num. 81. in princ. in fin. princ. adde sic. Consensit Petr. Caball. post hęc impressa habitus, resolut. crimin. casu 60. num. 21. & 23.

Dicto num.81. vers. Contrarium &c. *ad med. ibi.* Et in practica sæpissimè receptam testatur &c. *adde sic*. Mantua in d. cap. at si clerici. num. 64. vbi latissimè hanc defendit opinionem, proponit contraria, & illis respondet. & ante eum Dec. num. 258. testatur ita aliàs Florentiæ fuisse seruatum

tum à quodam commissario, & ibi adden. littera E in verbo, enormi, pariter testatur quòd ita quotidie seruatur, & de veriori opinione Marsil.num. 337. & seqq. vbi & ipse latè prosequitur defendendo hanc sententiam.

Dicto num. 81. *d. vers.* Contrarium &c. *in fin. vers. adde sic.* Et pro hac contraria opinione addo Martin. del Rio Iesuitam post hæc pluries impressa in lucem editum, de disquisitionibus magicis. lib. 5. sect. 16. vers. si quæras quid iudici liceat. vbi loquitur non solum quando crimen per se est valdè enorme, sed quando clericus commisit plura crimina non tamen enormia, testaturq. eandem contrariam opinionem in praxi passim inualuisse, & æquitati valdè consonam. Et quod plus est, adhuc dicit non esse necessarium Pontificem consulere, licet tutius esse affirmet prius Pontificem consulendum.

Dicto num. 81. *vers.* Ego in hac opinionum contrarietate &c. *in fin. vers. adde sic.* Et videtur de mente Caball. d. casu 60. num. 19. & seq.

Dicto num. 81. *vers. finali propè finem ibi.* Et in dubio pro non &c. *adde hoc verbum* degradatione *deleto verbo* dubitatione.

Num. 82. *in fin. adde sic.* Vbi vide. Et vide etiam Marium Italiam in tract. de immunit. Ecclesiarum post hæc impressa in lucem editum, lib. 1. cap. 5. §. 5. per tot. in discursu, vbi latè defendere conatur, nec etiam pro assassinio clericum posse tradi Curiæ seculari. & num. 127. concludit eundem clericum nonnisi arbitraria pœna pro assassinio puniri posse, & quod communis sententia minimè probatur in d. cap. 1. de homicid. in 6.

Num. 83. *in fin. adde sic.* Nec à me dissentit Marius Italia in tract. de immunitat. Ecclesiarum post hæc impressa in lucem editus, lib. 1. cap. 5. § 5. n. 134. Vbi etiam quid è contra, si mandans sit infidelis; & num. 135. vbi ampliat, etiam quod occisus sit infidelis, reprobato Ambrosio contrarium tenente in loco ibi per eum relato.

Num. 85. *in fin. adde sic.* Imò quòd clericus non possit à iudice seculari puniri non præcedente declaratione iudicis Ecclesiastici, voluit Mar. Italia in tract. de immunitate Ecclesiarum post hæc impressa in lucem editus, lib. 1. cap. 5. §. 5. num. 7.

Num. 93. *in fin. adde sic.* Dixi hac de re latius infra in vlt. tit. in fragment. vers. clericis lucri causa, & seqq. & vers. clericus negotiator, & seqq.

Num. 94. *in fin. adde sic.* Dixi infra in fragmen. in vers. clericus Chirurgus. ibi. & multò magis &c.

Num. 96. *ante fi. ibi.* An scilicet arbitraria secundum Ius commune &c. *adde hoc verbum* an *& dele dictionem* ac.

Num. 97. *in princ. in fin. principij. adde sic.* Et dixi hac de re iterum infra in vlt. tit. in fragment. vers. clericus secularia negocia exercens.

Dicto num. 97. *vers. finali ante med. ibi.* Et nos Deo permittente &c. *adde sic.* aliqua præmissis addendo dicemus infra in tit. vlt. in fragmentis vers. clericus. *Omissis verbis.* In tit. de varijs, & extraordinarijs crimin. in materia clerici delinquentis, dicemus infra, in 4. lib.

Num. 98. *ad medium. ibi.* & Aufr. in Clem. 1. num. 25. de offic. ord. &c. *adde sic.* Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 143. in 19. limitatione. vbi refert, & reprobat contrarium tenentes, & illis respondet.

Dicto num. 98. *in fin. adde sic.* Verum quod sicut de iure, clerici delinquentes in munere seculari non possunt à Curia seculari puniri, ita etiam in contingenti casu, quod fuerint remissi ad iudicem Ecclesiasticum testatur Vinc. de Franch. decis. 479. refert eum, & sequitur Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. casu 64. vbi amplius dixit contrariam consuetudinem, de qua testatur Clar. in loco præallegato minimè valere, & propterea infert ad milites Hierosolymitanos, qui si in aliquo seculari officio delinquant debent omnino ad Curiam Ecclesiasticam remitti, & benè dicit.

Num. 104. *propè finem. ibi.* & Anton. Gomez. d. tit. quando reus gau. immun. Eccles. num. 5. &c. *adde sic.* & alij plures relati per Alex. Ambros. in tract. de immunit. Eccles. cap. 19. num. 1. & seqq.

Num. 105. *ante med. ibi.* Igne. in l. fideicommissum. num. 263. & seqq. ff. ad Syllan. &c. *adde sic.* & cum Oldrad. senserunt etiam alij relati per Alex. Ambrosin. de immunit. Eccles. cap. 19. num. 4.

Dicto num. 105. *ante finem. ibi.* Vinc. de Franch. decis. Neapol. 209. num. 2. & seqq. &c. *adde sic.* & latius decis. 384.

Et paulò post. ibi. Cartar. in loco citato &c. *adde sic.* Scappa de iur. non scripto. lib. 1. cap. 1. num. 6. & seqq. Baiard. ad Clar. in pract. §. finali quæst. 36. num. 41. & seqq. Decian. in tract. crimin. lib. 4. c. 9. num. 62. vers. 21. extenditur, & num. 138. post vers. 14. limitatur. Petr. Caball. resolut. crimin. lib. 1. cap. 108. num. 1. & 2. Vbi pro hac distinctione alij referuntur concordantes. Alex. Ambrosin. in tract. de immunit. Eccles. cap. 19. num. 5.

Num. 106. *in fin. adde sic.* Petr. Caball. resolution. crimin. cap. 108. num. 17. vers. & procedunt prædicta.

Num. 107. *post medium. ibi.* Licèt multa deducat in contrarium &c. *adde sic.* et in suo casu nihil fuisse resolutum testetur, attamen in decis. 384. in eadem causa iterum discussa, affirmat fuisse resolutum, Religiosum fuisse remittendum ad iudicem Ecclesiasticum quo ad personalem districtionem tantum.

Dicto num. 107. *in fin. adde sic.* Et adde ad comprobationem propositæ sublimitationis Petr. Caball. resolut. crimin. casu 108. num. 4. post Decian. Vincent. de Franch. et alios quos allegat

Alex. Ambrosin. in tract. de immunit. Eccles. cap. 19. num. 15.

Num. 108. *in princ. in fin. princ. adde sic*. Petr. Caball. d. casu 108. num. 5.

Num. 109. *in fin. adde sic*. Petr. Caball. dicto casu 108. num. 6.

Num. 110. *in princ. in fin. princ. adde sic*. Cum alijs per Petr. Caball. resolut. crimin. d. casu 108. num. 8. et seqq. Alex. Ambrosin. in tract. de immunit. Eccles. cap. 19. num. 10.

Num. 111. *ante finem. ibi*. Boss. in tit. de pen. post num. 38. etc. *adde sic*. Alex. Ambrosin. in tract. de immunit. Eccles. cap. 19. num. 8. et seq.

Et dicto num. 111. *propè finem. ibi*. Fraus non præsumitur etc. *adde sic*. vt per allegatos. quibus addo etiam Petr. Caball. resolut. crim. d. casu 108. num. 12. Alex. Ambrosin. in tract. de immunit. Eccles. cap. 19. num. 6. et seq.

Num. 113. *ante fin. ibi*. refert Cort. d. cap. fin. n. 308. vers. hæc autem etc. *adde sic*. Petr. Caball. d. casu 108. num. 13.

Num. 124. *vers.* Arbitror hac in re etc. *in fin. vers. adde sic*. Quibus adde scripta per Petr. Caball. casu 108. num. 14. et seqq. Alex. Ambrosin. in tractat. de immunitate Eccles. cap. 19. num. 11. et seqq.

Et post dictum num. 124. *incipe à capite, & adde sic*. SVBLIMITA III. prædictam nonam limitationem, vt procedat in fideiussore laici post fideiussionem effecti clerici. qui propterea non prohibetur conueniri coram iudice seculari, etiam quod suus principalis fuerit effectus clericus, secundum Bal. post Specul. quem allegat in l. vnica in fin. num. 10. vers. extra quæritur. C. de priuil. dot. Afflict. decis. 306. in primo dubio, per tex. quem allegat in l. si reus, ff. iudicatum solui, & in l. sed etsi restituatur post princ. vers. contra si legatus. ff. de iudic. Guidop. decis. 562. Quorum dicta latius reassumpsit Petr. Caball. post hæc pluries impressa habitus, resolut. crimin. casu 153.

Num. 127. *vers.* Amplia hanc secundam limitationem &c. *in fin. ibi*. infra in 3. lib. &c. *adde sic*. quæst. 140.

Dicto num. 127. *d. vers.* Amplia hanc secundam limitationem &c. *in fin. vers. adde sic*. Quem omnino videas, & illi adde Ang. de malefic. in verbo. *Ch'hai adulterato la mia Donna*, num. 62. & ibi August. in addit. & Viu. opin. 1057. num. 2. & 3. Quos etiam videas, & nouissimè Ignat. Lopez. in addition. ad Diaz. in pract. crimin. cas. vn. cap. 80. littera B. vers. receptum tamen est inter Doctores. Cabal. resolut. crimin. casu 98. num. 32. vide infra in tit. de delict. carn. q. 140. num. 24.

Num. 129. *in fin. adde sic*. Dixi infra quæst. 148. num. 55.

Num. 130. *in princ. in fi. princ. adde sic*. Et dixi hac de re iterum infra in tit. de delict. carn. quæst. 142. num. 47. & hac eadem quæst. num. 148.

Dicto num. 130. *vers. finali, in fin. vers. adde sic*. Et dixi infra quæst. 147. num. 53. Et quid in crimine incestus? dixi infra q. 149. num. 117.

Num. 131. *in fi. adde sic*. Et ante eum per Caccialup. in repetit. l. si qua illustris. num. 53. circa med. vers. an autem laici concubinarij. C. ad orphic. Ad quam materiam, vide Rebuff. in concordat. ad Bullam Leonis de public. concubin. in § ipsas autem concubinas, in princ. Vbi probat concubinas clericorum posse puniri à Prælatis Ecclesiarum, quibus ipsi clerici subditi sunt. & ibidem in vers. quæro an concubinæ, & seq. tenet, quòd iudex secularis potest etiam punire istas concubinas clericorum, quando concubinatus est publicus, secus si secretus. Et in vers. quid si Prælati ponit an data negligentia Prælatorum, possint iudices Regij concubinarios clericos compellere ad dimittendum suas concubinas. Vide etiam Bermon. de publ. concub. in glos. pœnitus arcere, num. 2. et seqq. vbi concludit, & probat, quòd concubinatus crimen est merè Ecclesiasticum, & consequenter indubitatum, quod illius punitio spectat ad iudicem Ecclesiasticum, præsertim quando ageretur de concubinatu commisso cum clerico; quo casu nec etiam est dubium, quod etiam concubina clerici potest puniri, & excommunicari à iudice Ecclesiastico, sicut etiam maritatus tenens concubinam potest ab eodem Ecclesiastico iudice excommunicari. Concubina autem clerici potest à iudice seculari puniri, si publica sit, secus si secreta, vt supra. vide etiam Boss. in tit. de coit. damn. & punibil. num. 11. in fin. Vbi testatur numquàm vidisse concubinas Presbyterorum puniri in foro seculari, & num. 19. & num. 15. & num. 16. & seq. & num. 28. Vbi multa ponit in materia punitionis Concubinæ clericorum; an scilicet, puniendæ sint? & à quo iudice? vide etiam Ant. Gomez. in l. Tauri 80. num. 21. Vbi probat valere constitutionem Principis secularis punientem concubinas clericorum. Item vide Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 21. num. 37. Vbi facit regulam quod concubinæ clericorum puniantur à iudice Ecclesiastico, & eam declarat duobus modis. Primo, nisi concubinatus esset publicus, quia tunc valet etiam statutum locorum puniens concubinas clericorum. Secundo, quando iudex Ecclesiasticus esset negligens, quia tunc dictæ concubinæ possunt & à seculari iudice puniri. & vide etiam Viu. opin. 98. num. 12. & 13. Vbi pariter dixit, quòd concubina clerici punitur à iudice Ecclesiastico, nisi is fuerit negligens; quo casu punitur etiam à iudice seculari. Item vide Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 79. in verbo Concubinarij. vers. & non solum. Vbi pariter dixit, quod concubina clerici, si concubinatus publicus sit, potest etiam puniri à iudice

secu-

seculari, secus si secretus. Vbi alijs pluribus relatis Doctorum auctoritatibus, testatur de communi Doctorum opinione. & etiam vide Baiard. ad Clar. in S. fornicatio. num. 9. Vbi facit eandem distinctionem de concubinatu Clerici publicè, aut occultè. & num. 12. Vbi quod iudex secularis potest cogere vxoratum tenentem concubinam ad dimittendum illam. Et vide etiam Hieron. Cauall. in suis communibus opinion. quęstione 295. num. 3. Vbi quod in merè laicis indistinctè punitur hoc crimē à iudice seculari. Et ibi testatur de communi ex Aretin. in loco per eum relato. Et vide demum Concil. Trident. sess. 24. cap. 8. in fin. S. mulieres. Vbi quod concubina Clerici etiam coniugata, si modò publica fuerit, pro modo culpæ ab Ecclesiasticis iudicibus est punienda, prout refert Ignat. Lopez. in addition. ad Diaz. d. cap. 79. littera B. vers. concubina clerici. Necnon etiam vide in eodem Concil. Trident. sess. 25. cap. 14. de reformat. ante finem. Vbi dixit, cognitionem & punitionem clericorum concubinariorum, spectare non ad Archidiaconos nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat, qui sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, procedere possint.

Num. 132. *vers.* Et licèt Anch. &c. *ante finem. ibi.* vt optimè defendit Osasc. in sua decisione Pedemon. 10. per totam &c. *adde sic.* de quo meminit Petr. Caball. resol. crimin. casu 200. num. 73.

Dicto num. 132. *vers. fin. in fine. adde sic.* Nec à præmissis discedit Pet. Caball. post hæc impressa in lucem editus, resolut. crimin. casu 194. num. 8. quem omninò per totum illum casum videas benè declarantem, an, & quando in crimine Sacrilegij, iudex ecclesiasticus siue secularis procedere possit. Vide quæ dixi infra in titulo de furtis. quæstione 172. num. 31.

Num. 134. *in princ. in fin. princ. adde sic.* Ignat. Lopez. in additionibus ad Diaz. in pract. criminal. canon. cap. 88. in verbo vsurarij. littera C. vers. illud autem, & vers. seq.

Dicto nu. 134. *vers. fin. in fin. adde sic.* Petr. Caball. quem post huius libri tertiam impressionem habui, resolution. criminal. casu 188. num. 1. & sequenti. vbi de veriori, & magis seruata opinione testatur, post alios quos allegat.

Num. 140. *in princ. ante fin. princ. ibi.* In huius crimine procedere possunt &c. *adde sic.* quibus etiam addo idem tenentem Pet. Caball. resolution. criminal. casu 188. numero 2.

Dicto num. 140. *vers.* Quarta sit conclusio &c. *ante fi. ibi.* Fachin. post huius libri tertiam impressionem habitus. controu. Iur. lib. 9. cap. 30. &c. *adde sic.* prout etiam consentit, & alios concordantes refert Petr. Caball. resol. crim. casu 188. num. 1.

Num. 141. *vers.* Limita hanc ampliationem &c. *in fin. principij. adde sic.* Bolognet. in l. si quis maior. num. 101. C. de transact. Vbi testatur de communi, & respondet contrarijs. & hanc eandem limitationem doctissimè defendit à contrarijs Seraph. de priuil. iuramenti. priuil. 67. post num. 23. & seqq. Vbi pariter testatur de communi. Quamuis articulum fateatur disputabilem.

Dicto num. 141. *vers.* Sublimita primo, &c. *in fin. vers. adde sic.* Sed vide etiam Bolognet. in d. l. si quis maior. num. 102. C. de transact. vbi tenet cum Abbate, & alijs præallegatis Doctoribus. & hanc declarationem defendit ab impugnationibus Guidonis Papæ, Philippi Franchi, & Cagnoli in eadem l. contrarium tenentium. prout etiam hanc eandem declarationem tenet, & defendit Seraph. de priuil. iuramenti, priuil. 67. num. 32. & seq.

Dicto num. 141. *vers. final. in fin. adde sic.* Nec dissentit Seraph. de priuil. iuramenti, priuil. 67. num. 34. & seq. vbi etiam dat aliam declarationem.

Num. 142. *in fin. adde sic.* Et ad materiam; An scilicet, & quando periurij crimen sit mixti fori, possitq. puniri à iudice Ecclesiastico, & seculari. Vide Thom. Parpal. in repetit. l. si quis maior. nu. 67. C. de transact. & ibi etiam Cagnol. nu. 121. in fin. vers. tertio quæritur. & seq. & sub num. 126. ad med. Et Bolognet. num. 76. & seqq. Couar. in 1. par. resolutionis. cap. quamuis. de pact. in 6. S. 7. num. 2. Emanuel. Suarez. in commun. opin. in verbo periurium, num. 95. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 12. nu. 8. & 9. vbi latè. Petr. Gregor. syntagm. iur. lib. 50. cap. 12. num. 11. Bonaross. in comm. opin. par. 1. vers. periurium ab ecclesiastico iudice punitur. Baiard. ad Clar. in S. periurium, num. 5.

Num. 148. *circa medium. ibi.* De qua per Decl. in &c. *adde sic.* consilio 212. *deleto* consilio 112.

Et paulò post. ibi. Licet aliqui per eum relati contrarium dixerint, Roman. &c. *adde sic.* sing. 674. *omisso* sing. 664.

Et d. num. 148. *in fin. adde sic.* Vide supra hac eadem quæst. num. 130. & infra q. 141. num. 47. & ad comprobationem huius secundæ

dæ ampliationis adde Thom. Sanchez. de matrim. lib. 10. disputat. 8. num. 15. Vbi pluribus probat, iudicem ecclesiasticum esse competentem iudicem ad cognoscendū de adulterio, vt illius ratione diuortium celebretur, etiam quod in consequentiam, & insimul agatur de amissione dotis, & alimentis præstandis, vt ibi per eum, num. 17. reprobatis Decio, & Afflicto in locis ibi per eum relatis contrarium tenentibus,

Num. 151. *vers.* Contrarium &c. *post princ. ibi.* Et in procemio regiarum constit. glos. 5. num. 117. &c. *adde sic.* Et in concordat. in rubr. de public. concubin. in §. ipsas, vbi quod quicquid sit de iure, ita apud eum seruatur in practica.

Dicto num. 151. *vers. final. circa princ. ibi.* Quòd laicus cum clerico insimul delinquens possit &c. *adde sic.* à seculari iudice puniri, potest tamen etiam ab Ecclesiastico puniri. *deletis verbis.* à seculari iudice puniri à iudice Ecclesiastico. *& deinde ibi.* si in &c. *adde verbum* captura, *& omitte verbum* capturam.

Finita autem dicta additione manuscripta incipe à capite, & adde sic. LIMITA XIII. contra vendentes annonam corruptam, de quibus dixi infra in titulo de crimin. fals. q. 150. num. 57. contra quos, etiam quod sint laici, ecclesiasticus iudex procedere potest, fuit doctrina originalis Abb. antiqui in c. 1. de empt. & vend. Vbi per illum tex. testatur consuluisse, iudicē ecclesiasticum debitis pœnis posse punire laicos aromatarios immiscētes farinam fabarum in cera venali. quod & idem in d. cap. 1. voluerunt Abb. Ant. Burg. & Barbat. Roman. sing. 526. Aufret. de potestate eccles. &c. in repet. Clemen. 1. reg. 4. vers. tertio, de offic. ordin. Quos omnes refert, & sequitur Ignat. Lopez. in addition. ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 69. littera A, vers. poterit etiam iudex ecclesiasticus. Vbi generaliter loquitur contra vendentes, & committentes in rebus venditis aliquid turpe, vel illicitum, vt puta, miscendo vnam mercem cum alia ignorante emptore. & ibi etiam probat secundum communem Doctorum opinionem, contrariam consuetudinem, de qua in Regno Franciæ, & in Regno Hispaniæ, tanquàm peccati nutritiuam non valere.

Num. 152 *prope fin. ibi.* Vers. quæro &c. *adde hoc verbum* quid, *omisso verbo* quod.

Num. 155. *cir. a med. ibi.* Per Rol. consl. 24. in 2. volum, &c. *adde sic.* & per Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in practic. criminal. canon. cap. 87. in verbo Sacrilegij. littera A. vers. illud autem.

Num. 156. *circa fin. ibi.* Sub forma motus proprij emanata &c. *adde hoc verbum* qua, *deleto verbo* quia.

AD QVÆST. IX.

NVm. 1. *ad fin. ibi.* Controuer. iur. lib. 9. cap. 15. &c. *adde sic.* Ludou. à Paramo de origine sanctissimæ Inquisitionis. lib. 3. quæstione 7. num. 1. & omnibus sequentibus. Vbi ex professo disputat, an iure diuino statutum sit, neminem inquiri posse fama non præcedente.

AD QVÆST. X.

NVm. 1. *in fin. adde sic.* Bonifac. in tract. de furt. §. vltimo. num. 80.

Num. 11. *in princ. ibi.* non tamen per hoc excipi prohibetur &c. *adde sic.* l. sicut falsi. & ibi glo. & communiter Doctores. C. ad l. Cornel. de fals.

Et paulò post circa med. ibi. ff. de except. doli &c. *deleas verba* l. licet, cum.

Dicto num. 11. *in fin. adde sic.* Alias limitationes, & declarationes ad hanc tertiam ampliationem videas per Doctores *in* d. l. querela. C. ad l. Cornel. de fals.

Num. 12. *in fine. adde sic.* Et latè comprobat Petr. Caball. post hæc impressa in lucem editus, resolution. criminal. casu 6. Vbi etiam testatur de magis communi, ex Bonacoss. in commun. opinion. crim. par. 1. vers. statutum præfigens.

Num. 14. *post med. ibi.* in 7. limit. & conclus. 351. num. 5. eodem lib. 1. vbi plures alios adducit &c. *adde sic.* Hippol. Rim. in consl. 686. num. 63. lib. 6.

Et paulò post d. num. 14. *ibi.* Et ibidem Ias. numero 21. in 3. limitatione. C. de iud. &c. *adde sic.* Alexand. in l. fin. numero 5. C. de dolo.

Et dicto num. 14. *in fin. adde sic.* Et nouissimè consensit Petr. Cabal. resol. crim. casu 5. n. 5. Vbi dixit ab hac opinione tanquàm magis communi non esse, in consulendo & iudicando recedendum.

Nu. 15. *in fin, adde sic.* Quibus addo Bermon. de publ. concubin. rub. de adult. n. 85. & seq. Vbi ampliat hanc conclusionē procedere non solùm quo ad adulteros principales, sed etiam quo ad præstantes auxilium, vt puta, domum ad

ad committendum adulterium. Baiard. ad Clar. in S. adulterium. num. 124. Vbi amplius, quod istud quinquennium procedit respectu adulteri, sed respectu adulteræ tollitur hoc crimen spatio sex mensium vtilium, quorum duo dantur marito, vt accuset iure mariti. l. iure mariti. C. de adulter. & quatuor vt ipse & quilibet possit accusare iure extranei, secundùm glos. quam allegat in l. adulter. C. eod.

Num.16.in fin. adde sic. Laur. Tennin. in pract. cautel. 6. n. 108. Clar. in pract. S. final. q. 51. n. 3. vers. sed hic quæro. Et latè comprobat Petr. Caball. resolut. crim. cas. 7.

Num.17.in fin. adde sic. Baiard. ad Clar. in S. adulterium. num. 125. Et est glos. in l. fin. in verbo præstare, in fin. C. ad l. Iul. de adulter. & ibi etiam Ang. nu. 1. vers. in glosa 4. & Salyc. nu. 2. vers. item nota quod morte criminosi, & num. 6. similis est, quod voluit Thom. Sanchez. lib. 10. tit. de diuort. disput. 3. num. 9. Vbi dixit adulterij crimen nunquàm præscribi ad effectum vt ex eo agi possit ad separationem thori. ad tex. in c. admonere. 33. quæst. 2. cum alijs ibi per eum allegatis.

Num.18.in fin. adde sic. Laur. Tennin. in pract. cautel. 6. num. 112. Baiard. ad Clar. S. adulterium. num. 127. & de crimine raptus dixi infra quæst. 145. in 19. ampliatione.

Num.19.in fin. adde sic. Laur. Tennin. in pract. cautel. 6. num. 107. & num. 109. Verum quod simplex incestus, nec etiam quinquennio præscribatur voluit Bermon. de publ. concub. rubr. de incestu. num. 15. vers. si verò incestus.

Num.21.ante med. ibi. Quem sequitur Paris de Put. de ludo, num. 38. &c. & latius declara, vt per Cels. Bargal. in tract. de dolo, lib. 6. reg. 10. Vbi benè ponit totam materiam præscriptionis actionis de dolo.

Num.25.post med. ibi. qui sit tutus præscriptione legali, vel statutaria &c. *adde sic.* Socin. cons. 108. in 1. dubio. lib. 4.

Dicto num.25. propè fin. ibi. Nec dissentit &c. *adde sic.* Hippol. Rimin. cons. 686. num. 64. & seqq. lib. 6.

Dicto num.25. in fin. adde sic. Et nouissimè Petr. Caball. resolut. crimin. cas. 5. num. 1. & seq.

Num.26.post med. ibi. Gig. vbi supra quæst. 29. num. 8. &c. *adde sic.* Idem Bar. in l. non solum. S. final. ff. de iniur. Salyc. in l. adulter. sub num. 1. C. ad l. Iul. de adulter. & in l. ita demum, num. 4. C. de procur. vbi de communi. Nell. in tract. de bannit. in 3. par. 2. temp. quæst. 1. num. 1. Roman. cons. 214. num. 4. vers. contrarium tamen. Bonacoss. in commun. opin. lib. 1. vers. statutum præfigens certum terminum, vbi de magis communi. Quos & alios refert, & sequitur Petr. Caball. resolut. crimin. casu 5. Vbi testatur ita sæpius vidisse, licèt aliqui per eum ibidem relati cótrarium voluerint, & ampliat vt præscriptioni prædictæ, nec etiam obster confessio rei, de quo dixi supra num. 14. Addo & Hippol. Rimin. cons. 686. num. 64. & seqq. lib. 6.

Num.29. post med. ibi. S. 1. ff. ad l. Cornel. de fals. vbi latè Mars. &c. *adde sic.* Et dixi in specie infra in tit. de fals. q. 150. n. 262.

Num.30. in fin. incipe à capite, & adde sic. Et quod attinet ad crimen hæresis, ex præallegatis patet non benè dixisse Hippol. Rimin. consil. 686. num. 63. & seqq. Dum statutum Ferrariæ præfigens terminum ad accusandum, & denunciandum crimina, extendere voluit etiam ad crimen hæresis, de quo statutum nullam facit mentionem, & etiamsi fecisset nec etiam crederem attendendum, cum fuerit conditum à Principe seculari nullam habente potestatem statuendi in crimine hæresis. Ad quod propterea indubitanter teneas statutariam præscriptionem non extendi, cum omnia statuta interpretationē recipiāt à iure communi. Et quòd nulla vnquam currat præscriptio aduersus actionem procedendi contra hæreticum defunctum ad eius memoriam damnandam, voluerunt Couar. & alij relati per Thom. Sanchez. in præcept. Decalogi lib. 2. cap. 22. num. 42. De quo tamen in specie dixi infra in tract. de hæresi quæst. 197. num. 31. Ludou. à Paramo de origine Sanctissimæ Inquisit. lib. 3. quæst. 6. num. 30. Martin. del Rio de disquisitionibus Magicis lib. 5. sect. 2. vers. octauo sequitur. Vbi idem dixit in sortilegio habente annexam hæresim, quod scilicet, nunquam præscribitur; si verò non sit coniunctum cum hæresi, spatio viginti annorum, sicut alia delicta, præscribitur, vt ibi per eum.

Num.36. in fin. adde sic. Bonifac. post hæc impressa in lucem editus, in tract. de furt. S. vltimo. num. 82. cum allegatis per eum.

Num.37. in fin. adde sic. Vide quæ dixi infra in tract. de hæresi, quæst. 197. num. 86.

Num.38. post princ. ibi. Secundum Arch. d. cas. in summa etc. *adde sic.* dixi infra in tract. de hæresi. quæst. 197. num. 92.

Dicto num.38. ad med. ibi. et ibi glos. super verbo, mortuos etc. *adde sic.* et dixi infra in tract. de hæresi. quæst. 190. num. 9.

Et dicto num. 38. in fin. adde sic. Vide infra in tract. de hæres. quæst. 197. num. 94. et seqq.

Num.39. in fin. adde sic. Et dixi iterum infra in tract. de hæresi. quæst. 197. num. 123.

Num.40. in fin. adde sic. Dixi etiam infra quæst. 197. num. 103.

Num.41. in fin. adde sic. Dixi etiam infra in tract. de hæresi. quæst. 197. num. 104.

Num.72. in fin. adde sic. Bonif. post hæc impressa in lucem editus, in tract. de furt. S. vltimo, num. 84.

Num.73. in fin. adde sic. Dixi aliquid infra in tit. de furt. quæst. 171. num. 33.

Et

Hæc sublimitatio,licèt, vt vides, sit communi- * ter recepta,ego tamen post hæc pluries impressa, de ea valdè dubitaui & dubito, & Clari opinionem magnam in se habere æquitatem existimo. Negari enim non potest,etiam quod causa sit eadem quin iudex sic procedendo contra reum ad bannum, condemnationem seu quid simile, fecerit ipsum reum irrepræsentabilem, & hoc factum iudicis non debet fideiussori nocere, & propterea Clar. vbi supra non sine ratione considerauit † cōmunem practicam non citandi reum verbaliter aut realiter,nisi prius citato fideiussore,& co in mora constituto. quod non alia ratione inductum creditur nisi ne aliter procedendo fiat præiudicium fideiussori.

Dicto num.87.in fin.adde sic. Petr. Caball.post hæc impressa in lucem editus, resolut.crimin.casu 190.num.7.

Num.90.in fin.adde sic. Vide ad hæc Paul.de Castr. in l.2.§.final.in fin. ff. qui satisd. cogant. Spec.in tit.de fideiuss. §.1. vers. sed pone ego,& vers. seq. Marsil.in pract.§.& quia,num.29.

Num.92. vers. finali, post med.ibi. Censetur liberatus fideiussor &c. *adde sic*. Et hanc septimam limitationem sequitur etiam Petr.Caball. post hæc impressa habitus,resolut.crimin.cas.47.num.5.

Num.93 propè finem.ibi. Franc.Marc.dec. Delphina 791.num.4.vers.Io. Andr.&c. *adde sic*. Addo & Petr. Caball. post hæc impressa habitum,resol. crim.casu 47.num.1.& seqq. Vbi in idem allegat Muscatell. in pract. fideiussoria in primo modo, num.21. & seqq.

Num 97. (licèt dicat 67.) post med.ibi. Vt dixi seruanda est, sequendam esse arbitrarer &c. *adde sic.* Prout etiam sequitur eam Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. cas.47. num.1. & seqq.

Num.98. in fin. adde sic. Petr. Caball. d.casu 47. num.4.

Num.100.in fin. adde sic. Consentit Petr. Caball. resolut.crimin.casu 47.num.5.

Num.102. in princ. ibi. Contraria opinio &c. *adde sic*. Quæ vt vides validissimis rationibus,& argumentis fulcitur.

Num.111.ante med.ibi. Cum fuerit appellatum fideiussor est liberatus &c. *adde sic.* Et Ang. sic dicentem, aliosq. ponentes plures clausulas, quibus fideiussor tenebitur etiam in causa appellationis, refert, & sequitur Petr. Caball. post hæc impressa visus, resolut. crimin. cas.109. num.16. & seqq.

Num. 112. in fin. princ. adde sic. Addo pro hac limitatione Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resolut.crimin.cas.109. num.6. & seqq. Vbi * alijs pluribus relatis, & reprobatis contrarium tenentibus eam comprobat, & defendit, ampliatq. etiam quod fideiussor se obligauerit cum iuramento, & vti principalis,& insolidum.

Dicto num.112.vers. finali,circa princ.ibi. Vbi testatur quòd licet &c. *adde verbum* supra *omisso verbo* quod.

Et dicto num.112. d.vers.finali,propè finem.ibi. Et secundum casus prædictos &c. *adde verbum* potes *deleto verbo* porius.

Num.115.in princ. in fin. princ.adde sic. Et pro hac ampliatione vide omninò Petr. Caball. post hæc impressa hab tum, resolut.crim. cas.109.num.20. & pluribus seqq. Vbi latissimè eam comprobat, defendit, concluditq. quòd siue sententia condemnatoria confirmetur in totum, siue reformetur aliquid addendo, siue minuendo,& siue reus condemnatus appellauerit, siue actor à modica condemnatione, semper fideiussor est liberatus.

Num.117.in princ.in fin. princ. adde sic. Eamque relatis,& reprobatis contrarijs tuetur Petr.Cabal. d.cas.109.num.9.vers. Et licet & nu.10.& seq.

Num.119.in fin. adde sic. Petr.Caball.d.casu 109. num.21.& seqq.

Num.166. in fin. adde sic. Baiard. ad Clar. quæst. 46.num.66.

Nu.168. in fi.adde sic. Adde ad hanc sublimitationem, quæ scripsit Baiard. ad Clar.q.46.n.105.

Num.170.ante med.ibi. Intelligi debet &c.*dele verbum* non.

Dicto nu.170. propè finem.ibi. Etiam quod ille aufugerit ex dolo alterius iudicis &c.*incipe à capite,& adde sic.* Re tamen post hæc impressa maturius discussa & considerata, mutata sententia, crederem à prima opinione non esse recedendum. Quæ sine dubio æquior est. Quamuis enim iudex mittendo satellites ad capiendum reum pro eadem causa pro qua fuit præstita fideiussio, iure procedat, & non sit in aliqua culpa, non per hoc tamen negari potest, quin fecerit reum irrepræsentabilem, etsi hoc iudicis factum non debet fideiussori nocere,iuxta ea quæ dixi supra,num.44. & seqq.in 5.& 6. ratione. Et in specie adnotauit Marc.Anton.Eugen.d.conf.2.num.4.& conf.67. post num.8. & conf.68. num.26. & seqq. Et propterea prout dixit Clar.in pract.§ final.quæst.46. num.22. vers. Sed contrarium, & ego etiam admonui supra num.85. inoleuit practica, quod iudices nunquam citant reum, nedum capi mandant, nisi prius fideiussore citato ad illum repræsentandum, & posito in mora. quæ practica non alia

alia de causa introducta fuit, ne citando, aut mandando capi reum, si non capiatur, fiat præiudicium fideiussioni.

AD QVAEST. XXXVI.

NVm.36.*circa fin.ibi.* Mascard.de probat. lib.3. concl.1221.num.49. &c. *adde sic*. Petr. Caball.post hæc impressa in lucem editus, cum allegatis,resol.crim.cas.288.num.10.& num.17.Vbi benè declarat quæ sint indicia indubitata.

AD QVAEST. XXXVII.

NVm. 17. *in fin. adde sic*. Petr. Caball. resolut. crimin.cas.200.num.129.vbi alijs relatis testatur de communi.

Num. 22. *in fin. adde sic*. Quibus addo idem tenentem, & alios referentem Petr.Caball. resol. crim. cas.193. num.6.

*Num.*35. *propè finem.ibi.* Vbi etiam allegat Hieron. de Monte in quæst.14.&c.*adde nomen* Bertaz.*deleto* Bar.

*Et dicto num.*35. *in fin. adde sic*. Nec dissentit Petr.Caball.resol.crim.cas.193.num.2.& seq.

*Num.*46.*in fin.adde sic.* Nec dissentit Franc.Pegna, qui etiam sic distinguendo concordat contraria in addit.ad Nicol.Aymeric.in directot. Inquisit. par.3. quæst.61.commentar. 110. fol. mihi 647. colum.2. vers. Aut indicium vehemens, & seqq. versiculis.

*Num.*50.*prope finem. ibi.* Ver.idem si visus fuit admenare &c. *adde sic*. Petr. Caball. post hæc impressa in lucem editus, resolut. criminal.cas.288. num. 8. & 9. Vbi quod duobus rixantibus, si vnus reperiatur mortuus, indicium est indubitatum, quod fuerit occisus à corrixante. multo magis si fuit visus vnus, qui remansit viuus admenare, vel insequi fugientem.

*Num.*74.*in fin. adde sic.* Addo pro hac eadem quintæ ampliatione Martin. del Rio post hæc pluries impressa in lucem editum, de disquisitionib. magicis, lib. 5.in 2.appendice,quæst.36.

*Num.*82.*in fin. adde sic.* Et in crimine hæresis dixi infra in tract. de hæresi,q.185.num.140.

Num. 155. *post princ. ibi.* In tract. de indic. iunctis alijs, quos &c.*adde verbum* retuli *deleto verbo* retulit.

Et dicto num. 155.*ante fin.ibi*. Ad quam etiam faciunt, quæ dixi infra &c. *deletis verbis* in quæstion.num.65.& quæst.43.num. 120. *& adde sic*. quæst.43.num.65.& num.120.

*Num.*159.*in fin.adde sic.* Addo Bonifac. in tract. de furtis.S.8.num.30.& 39.

Num. 163.*in fin.adde sic.* Relati per Bonifac.in tract. de furt.quem post hæc impressa in lucem editum habui. S.2.num.79.

*Num.*167. *in fin. adde sic*. Et non dissentit Bonifac. in tract. de furt. quem post huius libri tertiam impressionem in lucem editum habui. S.2. num. 43. in fine. & num. 79. vers. Quod tamen est intelligendum.

Num. 177.*post princ.ibi.* Clarus post plures,quos allegat in practica,quæst.&c. *adde num.*45.

Num. 180. *in fin. ibi*. Et ita pluries seruari vidi &c. *adde sic*. Benè crederem reo nolenti respondere, vel non respondenti præcisè,minimè dandam esse defensionem, nec copiam indiciorum etiam petenti, prout in specie sic declarantem reperio Campeg.in addition.ad Zanchin. in tract.de hæretic.cap.9.ante finem. vers. Casus tamen datur.

AD QVAEST. XXXVIII.

AD *Summarium,post vers.final. adde sic.* Reus de pluribus criminibus indiciatus, an possit pluries torqueri iuxta criminũ pluralitatẽ n.113.

*Num.*34.*circa med.ibi.* Primus erit territio,quæ quidem &c. *Adde verbum* territio, *& omitte verbum* tertio.

*Num.*48 *in fin.adde sic.* Vide quæ in proposito dixit Martin.del Rio Iesuita,de disquisit. magicis, lib. 5.in 2.appendice,q.26.& seqq.

*Num.*54.*in princ. in fin. princ. adde sic*. Vide ad interpretationem d.Bullæ Pauli II. Martin.del Rio Iesuitam post hæc pluries impressa in lucem editum,de disquisit. magic.lib.5.in 2.append. q.27.

Num. 66. *in fin. adde sic*. Vide de hoc tormento Aquæ frigidæ nonnulla scripta per Martin. del Rio Iesuitam post hæc pluries impressa in lucem editum, de disquisit.magic.lib.5.in 2. appendice, quæst.30.

*Num.*73.*ante fin.ibi.* Et cons.326.num.8.vbi pariter de communi,lib.3.&c.*adde sic.* Franc. Pegn. in addit.ad Aymeric.in directo.inquisit.par.3.commentar.39.num.155.littera I.& nu.156. littera K. fol.mihi 519.col.1.in fin.& fol.520.etiam col.1.

*Num.*76.*in fin.adde sic.* Francisc.Pegna in addit.ad Aymeric.in director.inquis.p.3.comment.39.nu. 156.vers.noua autem indicia.fol.mihi 520.col.1. Vide supra q.4.num.47.

*Num.*77.*in fin.adde sic.* Pegna vbi supra. Addo pro hac eadem ampliatione benè exornantem, & declarantem Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resol.crim.cas.93. nu.43. Vide supra quæst. 4.num.47.

*Num.*79.*ante fin.ibi.* Et alijs relatis testatur etiam de communi,& practicata opinione &c. *adde sic*. Francisc.Pegna in addit.ad Aymeric. in director. Inquisit.par.3.commentar.39. num. 156. vers.sit ergo prima regula, & vers.seq. fol.mihi 520. col. 1.in fin.& col.2.

*Num.*82.*in fin. adde sic*. Francisc.Pegna in addit.ad Aymeric.in direct.inquis.p.3.commen.39.n.156.

vers. Veruntamen quamuis noua superuenerint indicia fol.mihi 520.col.1.

Num.83. in fin. adde sic. Nec dissentit Martin. del Rio Iesuita post hæc pluries impressa in lucem editus,de disquisition.magicis,lib.5. in 2.appendice,q.29.& quæst.31.

Num. 91. in principio, ante fin. principij. ibi. Testatur ex Symanc. in tract. de hæretic. &c. *adde sic.* cap. 65. num. 79. cum allegat per eum in addit. ad Nicol. Aymeric. in directorio inquisit. par. 3.sub num.157. fol.mihi 520. col.2.vers. Sit tertia, & postrema regula, & fol.521.col.2. vers. Quod si non perstiterit, num. 158. *deletis verbis* cap.6.3.num.43.

Dicto num.91. in fin. adde sic. Et fuit etiam opinio Nicolai Aymeric. in directorio inquisitor. par.3.num.158.fol.mihi 517.col.2.

Num.96. propè fin. ibi. Et propterea ita etiam in practica seruandum &c. *adde sic.* Quamuis contra hanc communem apertè scripserit Simanc. de cathol. instit.tit.65. rubr. de tormenr.num.79. & seqq. Vbi propterea dixit isto casu non posse deueniri ad tertiam torturam, nisi quando reus antea bis fuerit leuissimè tortus, & in posteriori confessione aliqua noua signa priori confessioni addiderit. nec dissentire videatur Pegna in addit.ad Nicol.Aymeric.in director.inquisit.par.3. num. 158. vers. Maior tamen difficultas & vers. seq.fol.mihi 521.col.2.

Num.103.in fine. adde sic. Quicquid secus in atrocioribus fieri posse admittat Martin. del Rio Iesuita, post hæc pluries impressa in lucem editus de disquisit.magicis,lib.5.in 2.appendice, quæst. 33.post Baiard. ad Clar. in loco per eum relato. Hoc enim est contra communem obseruantiam, & contra omnem iuris æquitatem.

Num.105.in fin. adde sic. Addo ad comprobationem præmissæ conclusionis, Martin. del Rio Iesuitam post hæc impressa in lucem editum,de disquisit. magicis,lib.5. in 2.appendice, quæst.32. Vbi sic communi doctorum calculo, & in praxi receptum testatur, & æquitati valdè consentaneum affirmat, nisi post tertia vice illatam torturam alia vrgentissima superuenirent indicia.

Et post num.112. incipe à capite, & adde sic. 113. LIMITA XV. Eandem propositam regulam, vt si reus de pluribus criminibus fuerit indiciatus, non debeat tortura toties repeti, quot sunt crimina, quibus indiciatus reperitur, sed vno, & eodem tempore pro omnibus delictis, de quibus in processu apparent indicia torqueri debet, & si non sufficienter vna vice tortus fuerit iterum repetatur. Hanc limitationem in specie ab aliquo pertractatam non inueni; ea nempe ratione, vt credo, quia indubitabilis sit. sed quia scio, quandoque iudices ignaros contrarium seruasse, hoc ideo et illam addidi. Quicquid secus sensisse videatur Martin.del Rio Iesuita de disquisit. magicis, lib.5. in 2.appendice, quæst. 34. Vbi argumentatur de examine, et interrogatione rei ad torturam, quo casu non valet argumentum. nam fateor benè licere iudici semel, atque iterum examinare, et interrogare reum separatim, vna scilicet die super vno delicto, et alio die super alio delicto, non autem torturas distinguere iuxta quantitatem delictorum, de quibus reus est indiciatus. Nec verū est,prout nec etiam in practica seruatur,quòd reus bis, aut ter tortus, et contra se crimen confessus, possit quarto, aut quinto, vt ipse opinatur ad detegendum socios torqueri. Confessus enim de se potest de alijs torqueri, quando est spontè confessus,aut conuictus, secus si confessus per torturam. Tunc enim quando in tortura confitetur, et dolorem sentit,et propter dolorem fatetur, tunc iudex debet ipsum diligenter de socijs interrogare. Quos sine dubio si eos habebit reuelabit durante eodem tormenti dolore. Et,si in tormento,in quo de se fatetur reus neget habuisse complices, non est vlterius torquendus. et ita ab omnibus iudicibus seruatum vidi, et sæpius seruari.

AD QVÆST. XXXIX.

NVm.17. *circa finem. ibi.* Quæst.72. num.98. et seqq.) † etc. *adde verbum* quæ *omisso verbo* quo.

Num.32. in fin. adde sic. Addo pro hac eadem limitatione Martin. del Rio Iesuitam post hæc pluries impressa in lucem editum, de disquisit. magicis,lib.5.in 2.appendice,quæst.37.in fin.

Num.37. in fin. Adde pro hac eadem limitatione Martin. del Rio Iesuitam, vbi supra allegatum d. quæst.37.in fin.

Num.44. in fin. adde sic. Campeg.in addit.ad Zanchin. in tract. de hæretic.cap.9. littera D. in verbo copia erit danda. Et dixi iterum hac de re infra in tract.de hæretic.q.185.num.210.

Num.48. post princ.ibi. à quibus etiam nec dissentire videantur etc. *adde sic.* Campeg. (qui tamen loquitur in crimine hæresis) cum allegatis per eum, in addit. ad Zanchin. in tract. de hæretic. cap.9.littera D. vers. Et primo id eueniet.

Num.69.circa med.ibi. Post num.38.littera D. in fine &c. *adde sic.* Campeg.in addit. ad Zanchin. in tract.de hæretic.cap.9.num.6.vers.Præterea si de testium subornatione timetur, post Alex. Barbat.et Aretin. in locis per eum relatis.

Nu.71.in fin. adde sic. Prout et contrarium pluribus probat, et quadam adhibita distinctione contrariam hanc partem defendere conatur Campeg.in addit.ad Zanchin.in tract.de hæretic.cap.9.nu.4. et 5.vers. Vlterius si ex forma statuti,et n.9. vers. Nono

Nono si proceditur, & duob. versiculis seqq.

Num.74. ad finem ibi. Et Grammat. voto 37. num. 23. &c. *adde sic.* Cum alijs per Campegium in addit. ad Zanchin. in tract. in de hæretic. cap. 9. littera D. in verbo Copia erit sibi danda vers. Rursus cum reus.

Num. 84. post princ. ibi. Seu nocumentum, vel notam &c. *adde verbum* afferre *omisso verbo* auferre.

Num.86. in fin. adde sic. Vide Guindisal. in tract. de hæretic. q. 14. n. 2. & 3. & in repert. inquisit. in verbo nomina, vers. final. in fine.

Num. 87. in fine adde sic. Et vt veritatem fatear Doctores ferè omnes in d. cap. final. de hæretic. in 6. apertè dicunt speciale esse in crimine hæresis non publicari nomina testium, & accusatorum, quando propter potentiam inquisiti de eorum periculo timetur, apertè sentientes contrarium de iure esse in alijs criminibus, & causis.

Num.89. in princ. in fin. princ. adde sic. Vide quæ dixi infra in tract. de hæresi, q. 188. n. 7. & seqq.

Num. 90. post med. ibi. Sicut in specie pariter hoc affirmarunt &c. *adde sic.* Campeg. in addit. ad Zanchin. in tract. de hæretic. cap. 9. littera D. in verbo, Copia erit sibi danda, vers. Item copia dari non debet.

Num.94. in fin. adde sic. Et Blanchum refert Campeg. in addit. ad Zanchin. in tract. de hæretic. cap. 9. littera D. in verbo Copia erit sibi danda vers. Item copia dari non debet.

Num.109. vers. final. ante finem. ibi. Cap. decimo, quidam latro famosus, num. 4. & seqq. &c. *adde sic.* Et facit doctrina Alberic. in l. sacrilegij pœnam. §. si quis, n. 2. ff. ad l. Iul. pecul. Vbi dixit quod stante statuto, quod nullus possit torqueri sine certa forma, nisi sit fur famosus, vel latro famosus non intelligetur fur, aut latro famosus, nisi fuerit damnatus de furto, vel latrocinio.

Num. 111. post princ. ibi. Vt scilicet in eo non audiantur Aduocati &c. *adde sic.* Vt dixi infra in tit. de delict. carn. q. 148. num. 20. & seq.

Dicto num. 111. in fine adde sic. Et lætor in hanc meam sententiam descendisse Petr. Caball. quem post huius libri tertiam impressionem habui, resolut. crim. cas. 41.

Num. 116. in princ. circa fin. princ. ibi. Celeberrimos Aduocatos &c. *adde sic.* Franciscum Coltellum Bononiensem, & Honuphrium Camaianum de Aretio in Etruria.

Num. 120. vers. Non obstat &c. *in princ. post verbum* torquendis *adde verbum* non.

Num. 138. propè finem. ibi. In materia torturæ vt notat &c. *adde nomen* Bald. *omisso* Bar.

Num. 147. post princ. ibi. Vbi refert doctrinam Bar. in d. l. vnius, §. index. ff. de quæst. &c. *adde sic.* Campeg. eum allegatis per eum in addit. ad Zanchin. cap. 9. littera D. in verbo, Copia erit sibi danda, vers. Sed quid de teste torquendo.

AD QVAEST. XL.

Summario, in vers. Tortura purgat etiam data cum protestatione &c. *post verba* reus est interrogatus super principali delicto &c. *adde* nu. 20. *deleto* num. 10.

Num. 1. ante fin. ibi. Quam ante accusationem reputabatur &c. *adde sic.* Petr. Rinsfeld. in commentar. ad l. etsi excepta. C. de malefic. & mathemat. q. 1. conclus. 17. Vbi pariter dixit, quòd qui per torturam purgauit indicia, non remanet infamis.

Num. 4. in fin. ibi. Tanquam communi &c. *adde sic.* Petr. Caball. pariter post hæc impressa in lucem editus, resolut. crimin. casu 288. num. 25. & 26. centur. 3. tom. 2.

Num. 6. post princ. ibi. An verò tortura non obstante condemnatus &c. *adde verbum* promiscuè, *& deleas verbum* promissuè.

Num. 8. ante fin. ibi. Qui opinionem secundam &c. *adde verbum* substinet *omisso verbo* substit. &.

Num. 10. in fin. adde sic. Prout etiam hanc practicam torquendi reum conuictum, vt confessus appellare nequeat, improbat etiam Petr. Caball. pariter post hæc impressa in lucem editus, resolut. criminal. casu 288. num. 31. 32. & 34. centur. 3.

Num. 12. in fin. adde sic. Et hoc in practica nullam recipere dubitationem alijs relatis testatur Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crim. casu 93. num. 27. & seqq. & latius casu 288. nu. 20. 23. & 24. Vbi loquitur de eo, qui erat grauatus indicijs indubitatis, & in tortura perstitit. & num. 27. & seqq. & num. 34. loquitur in eo, qui erat conuictus plenis probationibus. dicitq. vtroque casu sic persistentem posse condemnari in pœnam extraordinariam, & etiam corporalem.

Num. 14. in fine adde sic. Et qui contrarium dicunt, loquuntur, quando reus non fuit sufficienter tortus ad mensuram probationum contra eum existentium, prout expressè loquitur Petr. Caball. in locis præallegatis. Si autem fuit sufficienter tortus, ita quod indicia indubitata, seu etiam plenè probationes fuerint purgatæ, tunc quòd in tortura persistens, non possit condemnari in aliquam pœnam, nec etiam extraordinariam, apertè tenuit. & sic se ipsum benè declarat idem Petr. Caball. dicto casu 288. num. 21. & 22. & num. 28. & seq.

Num. 15. post verba princ. ibi. Et † quod &c. *adde hæc verba* sufficienter tortus.

Dicto num. 15. in princ. post med. ibi. Et persistentes in tortura in aliam pœnam condemnatos, quam in exilium &c. *adde sic.* Potius pro bono status gubernio, quàm quòd fit de iure. *Et deinde circa fin. princ. ibi.* Qui tunc erat &c. *omittas verbum* quondam.

Dicto num. 15. vers. finali, ante med. ibi. Franc. Personal. in eod. tract. de indic. & tortur. num. 5. in fin. &c. *adde sic.* cum alijs per Petr. Caball. d. casu 288. in locis supra allegatis.

Num. 17. in fin. adde sic. Petr. Caball. post hæc impressa in lucem editum, resolut. crimin. cas. 288. num. 32. 33. & 34.

Num. 18. in fin. adde sic. Petr. Caball. d. cas. 288. num. 32. 33. & 34.

Num. 19. in fin. adde sic. Petr. Caball. d. cas. 288. num. 32. 33. & 34.

AD QVÆST. XLI.

NVm. 7. *ante med. ibi.* Idem Simanc. de hæret. d. tit. 65. n. 48. &c. *adde sic.* Et idem dixit Franc. Pegna in addit. ad Nicol. Aymeric. in director. inquisitor. par. 3. q. 61. commentat. 110. fol. mihi 644. col. 2. vers. Et dicit clericos non torquendos, & duob. versiculis seqq.

Num. 10. in fin. adde sic. Cum qua etiam pertransit Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. cas. 84. num. 19.

Num. 11. in fin. adde sic. Et cum hac limitatione pertransit etiam Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. casu 84. num. 18.

Num. 16. circa finem. ibi. vers. Et minores quatuordecim annorum &c. *adde sic.* Nec dissentit Iul. Cæs. Ruginel. pract. quæst. cap. 35. num. 71.

Num. 17. ad fin. ibi. Et habena, vel ferula cædi &c. *adde sic.* Nec dissentit Iul. Cæs. Ruginel. pract. quæst. cap. 35. num. 72.

Num. 24. in princ. in fin. princ. adde sic. Pro qua addo etiam Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 126.

Num. 95. circa princ. ibi. In quo decurionem etiam posse torqueri &c. *adde sic.* Probat expressè tex. in l. si quis decurio, & ibi per glos. & communiter Doctores. C. ad l. Cornel. de fals.

Nu. 100. ante med. ibi. Et omnes omninò, qui quantalibet prærogatiua præfulgeant, torqueri poterunt &c. *adde sic.* Franc. Pegna cum allegatis per eum in addit. ad Nicol. Aymeric. in director. inquisitor. par. 3. quæst. 61. commentar. 110. fol. mihi 642. col. 2. His constitutis, & seq. Vbi generaliter de omnibus, qui aliàs in iure torqueri prohibeantur, prout sunt milites, decuriones, nobiles, eorum filij, impuberes, senes, & similes personæ, & dixi infra in tit. de hæresi, quæst. 185. num. 15.

Num. 103. in fin. adde sic. Quibus adde quæ scribit Iul. Cæs. Ruginell. pract. quæst. cap. 35. post num. 72. & Franc. Pegna in addit. ad Nicol. Aymeric. in director. inquisitor. par. 3. quęst. 61. commentar. 110. vers. Minores verò. fol. 463. col. 2. Vbi refert & sequitur Siman. in loco pręallegato.

Nu. 111. ad med. ibi. Prout voluit Ant. Gomez. var. resolut. tom. 3. &c. *adde sic.* cap. 12. rubr. de probat. delict. nu. 26. vers. Aduertendum *omissis verbis* cap. 13. rubr. de tortura reorum, num. 28. in princ. iuncto vers. Sed his non obstantibus.

Dicto num. 111. in fin. adde sic. Petr. Caball. resolut. crimin. casu 288. num. 19. centur. 3. allegat addentes ad Magon. decis. Lucens. 39. in 1. apostilla. Andr. Facchin. cons. 63. num. 13. lib. 2. Caualcan. de Brachio Regio, par. 3. num. 270. & seq. Vbi hanc sublimitationem declarat, declarationem ibi videas.

AD QVÆST. XLII.

SVmmario, col. 2. *post vers.* Tortura non potest inferri in causa damni &c. *adde sic.* Tortura potest inferri, vbi agitur de poena fustigationis, vt est in furto paruo, num. 5. & 6.

Num. 5. ante med. ibi. Et vigore constitutionis Regni lingua obtruncatur &c. *adde sic.* De qua vide etiam idem tenentem Petr. Caball. quem post huius libri tertiam impressionem habui, resolut. criminal. cas. 170. num. 7. iuncto casu 28. num. 18. Vbi quod ita sæpius practicauit, & practicari vidit.

Num. 6. in fin. adde sic. Verum in paruo furto, pro quo non nisi poena fustigationis imponitur, posse deueniri ad torturam, & quod ita in practica seruatur, relatis & reprobatis contrarijs, demonstrat Petr. Caball. resolut. crimin. cas. 28. per tot. licèt in casu 170. num. 4. & 5. non dissentiat à conclusione firmata in hoc secundo casu. videlicet, quod in leuibus delictis de iure communi tortura infligi non possit. Sed certè in paruo furto non memini in Vrbe nunquam fuisse ad torturam deuentum, quia nec etiam pro paruo furto apud nos poena fustigationis imponitur.

Num. 7. in fin. adde sic. Petr. Caball. resol. crimin. cas. 170. num. 5. in fin. Vbi dixit leue delictum reputari, quando agitur de re parui momenti.

Nu. 15. circa med. ibi. L. in seruorum. ff. de poenis &c. *adde sic.* Bar. in l. 1. §. final. in fin. ff. eodem. Cępol. in l. iustissime, num. 5. ff. de ædil. edict. Aretin. in §. poenales, sub nu. 13. instit. de action. Aym. cons. 287. sub num. 5. Gramm. vot. 9. num. 17.

Num. 20. in fin. adde sic. Et cum hac contraria consuetudine concurrit etiam Petr. Caball. resolut. crimin. cas. 28. num. 13. & d. cas. 170. num. 6. & seq. Vbi num. 12. pariter declarat procedere dummodo tortura sit leuis, & moderata per modicum temporis spatium, non autem grauis, & plena. & ita num. 7. in fi. infinitis vicibus practicasse, & practicari vidisse testatur, pręsertim quando poena pecuniaria non est modica, vt ibi n. 8.

Num. 22. in fin. adde sic. Et Ghyrlan. sic dicentem refert, & sequitur Petr. Caball. resolut. crim. cas. 170. num. 10.

Num.

Num.23.in fin. adde sic. Non enim verum credo id, quod dicit Caball. d. casu 170.sub nu.12.& seq. quod,scilicet,pauci essent,qui nollent potius leuiter torqueri, quam pecuniam soluere; nam retorquendo eius argumentum experientia docet contrarium,quia nullus reperitur tàm stultus,qui potius vellet torqueri etiam leuiter,quam pecuniam soluere,cum tortura in eius principio afferat maiorem cruciatum, & dolorem, quam in progressu temporis. & sic etiam tortura leuis, & per modicum tempus est maior poena,quàm pecuniaria.

Num.25.in fin. adde sic. Quicquid secus practicasse testatur Petr.Caball. Vbi supra sub num.6.& seq. & præsertim,num.10.

Num.28.post med. ibi. Non autem in causa damni dati, quę aut &c. *adde verbum* sit *omisso verbo* si.

Et ibi. Ac delictum in se continere præsupponere &c.*adde verbū* videtur *deleto verbo* videatur.

Et paulò post.ibi. Et ob id non coram iudice criminali &c. *adde verbum* tractandam *omitte verbum* tractandum.

*Ac post verba.ibi.*Non tamen,nisi &c.*adde verbum* leue, *& deleas verbum* lene.

*Et d.num.28.ante fin.ibi.*Seruasse testatur idem Ioseph.Ludouic. &c. *dele verbum* supra.

Et etiam d.n.28.propè finem.ibi. Et post Carta. Baiard.in addit.ad Clar.q.64.num.15. &c. *adde sic.* & Petr. Caball. post hæc impressa habitus,resolut.crim.cas.170.nu.6. & cap.46.nu.2.in fin. & n.3. Vbi propterea dixit occidentem equum in stabulo de nocte, posse arbitraria poena puniri etiam triremium ad tempus. Quæ tamen sententia mihi nimis rigorosa visa est.

Num. 29. in fin. adde sic. Et est tex. vbi præsertim not.Ang.in l.final.C.ad l.Iul.de adulr.

Num.30. in fine adde sic. Et in S. falsum, n.142. Et in proposito vide omninò Ang. in l. final.in princ. C.ad l.Iul.de adult. Vbi hanc sententiam admittit in personis vilibus, & ignotis.

Num.33.in fin. adde sic. Vide quæ dixi infra in tit.de furt.q. 168.num.7.& seqq.

Num.36.propè finem. ibi. Franc.Bec.d.cons.67.nu. 24.&c. *adde sic.* Caballin. in tract.de vsur.num. 150. vers. Hic occurrit quæstio. Peguer. decis. crim.30.n.18.vers.Ex supradictis constat,& vers. Solet etiam. & decis.31.nu.21. post vers. Octauo denique. Osasc.dec. Pedemont.137.sub num.11. vers. His accedit. Decian. in tract. crim.lib.4.cap. 26.n.3.vers. Et poterit etiam.

Num.39.in fin. adde sic. Quibus addo Petr.Caball. resolut.crimin.casu 188.num.3. & seq. cum allegatis ibi per eum.

AD QVÆST. XLIII.

S*Vmmario, ante finem. in vers.* Socius criminis releuans sponte &c. *in fin. versiculi. adde sic.* Præsertim sine tortura.

Nu.5.propè fi.ibi. Quia modus non est attendendus, sed effectus &c. *adde sic.* l.3. *& dele verbum.* l.

Num.11.post princ.ibi. Et nos larius dicemus infra in quæst.46.&c. *adde sic.* num.117. *deletis verbis* num.68.& seqq.

Et paulò post.ibi. Et ita etiam eiusdem opinionis reperio Osasc.Pedem.79.&c.*adde verba* nu.19.

Num.22. circa med.ibi. Cum alijs adductis per Foller.in pract.crim. Canon.cap.31.n.2.& n.13.&c. *adde sic.* Et pro hac opinione (ni fallor) tex. est elegans in l.1.§.si quis vltro vers.Prudenter. ff.de quæst. Vbi fuit liberatus quidam seruus,qui metu reuertendi ad dominum, homicidium commisisse cum alijs falsò confessus fuit, & etiam ob id condemnatus, ex quo socij ab ipso nominati in tormentis perstiterunt, & eundem seruum de se, & de ipsis confessum exculparunt.

Dicto num.22. in fine. adde sic. Et isto casu vix exilij poenam iniungerem, pòtius pro eo quod se ipsum falsò inculpauit, quam pro delicto confessato.

Num.38. in fin. adde sic. Nec dissentit Petr.Caball. post huius libri tertiam impressionem habitus, resolut.crim.cas.84.n.10.& cas.185.num.1.

Num.42.in fin.adde sic. In quo quidem hæresis, & magiæ crimine, quòd duo socij criminis absque alijs adminiculis faciant indicium ad torturam, latissimè disputat, & ita concludit Martin. del Rio Iesuita de disquisit.magicis,lib.5.in 2.appendice quæst.1.per totam,& dixi infra in tract. de hæresi,quæst.185.num.153.

Num. 58. in fin. adde sic. Vide quæ dixi infra in tract.de hæresi,q.188.n.67.& seqq.

Num.67.in fin.adde sic. Dixi iterum hac de re infra in tract.de hæresi,q.185.n.133.

Num.76. in fin. adde sic. Dixi autem in poenam extraordinariam, quia ex dicto vnius, pluriumuè sociorum criminis, iunctis adminiculis non posse deueniri ad poenam ordinariam, sicut apud me verius est, ita passim in statu ecclesiastico seruatur, nec contrarium vnquàm seruari vidi. quicquid contrarium dixerit,& votauerit Petr.Cabal. resol. crim. cas.185. num.2.ex Ludouic. Peguer. quem allegat decis.crim.5. num.38.Cuius doctrina circumscripta consuetudine illius Regni mihi nullo pacto satisfacit, prout dixi supra num.40. in fine.

Num.81.in fin. adde sic. Et dixi hac de re iterum infra in tit.de delict.carnis,quæst. . . . . num. . . .

Num.82. post med. ibi. Nec talis assertio facit indicium ad torturam &c. *adde sic.* Ad quod vide etiam plures doctorum anctoritates cumulatas per Petr.Caball.resolut.crim.casu 200.num.213. & seq.& num.124.& seq.

Nu.89.in princ.ibi. In quo &c. *adde sic.*Cum sit crimen exceptum,vt dixi supra q.18.n.60.Et hac eadem quæst.n.57.& admittit Pet. Caball.post hæc

impressa in lucem editus, resolut. crimin.cas.84. num.4. hoc ideo.

Et paulò post, ibi. Scripsit Boss. in tit. de indic. & considerat. antè torturam, &c. *adde sic.* nu.160. vbi pro *deletis verbis* num.106. vbi.

Dicto num.89. vers. finali, in fin. adde sic. Nec dissentire videtur Steph. Quaran. quem post huius libri tertiam impressionem habui, in Summa Bullarum in verbo Sodomia, in addit. in 4. limit. vers. Sed quoniam. Petr. Caball. resolut. crimin. c. casu 84. num.5.

Num.92. in fin. adde sic. Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. casu 84. nu.12. vbi pariter refert Plot. & Ludou. de Alpher. in locis præallegatis, & insuper testatur pluries seruatum fuisse, vt non torqueantur socij criminis per vim Sodomitati.

Num.99. in fin. adde sic. Et nouissimè mecum concurrit Ludouic. Peguer. decis.76. Vbi amplius testatur, ita aliàs secundùm hanc meam distinctionem fuisse apud eum in illo Consilio seruatum, & indicatum. Nec in substantia dissentire videtur Petr. Caball. resolut. crimin. cas.84. nu.6. 9. & 10. licèt supra num.5. retulerit contrarium tenentes.

Num.101. ante fin. ibi. Honded. cons. &c. *adde numerum* 100.

Et in fine. adde verba lib.1.

Num.124. in fin. adde sic. Quicquid secus annuere videatur Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. cas.84. num.7. & 8.

Num.134. ante finem. ibi. Ac præsertim in crimine Sodomiæ &c. *adde sic.* Et nouissimè Petr. Caball. qui post huius libri tertiam impressionem ad manus meas peruenit, resol. crim. casu 185. num 5.

Num.136. circa fin. ibi. Et alij nonnulli ex præcitatis doctoribus &c. *adde sic.* Quos etiam refert Petr. Caball. resolut. crim. casu 84. num.13. & cas. 185. num.5. in fine.

Num.137. versus finem. ibi. Sigismund. Scacc. in tract. caus. ciuil. crim. fin. cap.86. num.56. &c. *adde sic.* Nec dissentit Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. cas.33. num.11.

Num.138. in fine deleto numero 87. *adde sic.* 83. & 84.

Et in proposito aduerte, quòd non dico (prout me dixisse credidit Petr. Caball. post hæc scripta habitus, resolut. crimin. cas.33. num.6. & seqq.) quòd requiratur duplex ratificatio separata, vna scilicet, confessionis factæ de se ipso, altera autem confessionis, & nominationis aliorum complicum. Hæc enim lectura ex prædictis non colligitur, sed vnica tantùm erit necessaria ratificatio, & de se, & de alijs, & ita infertur ex præpositis verbis debet eandem depositionem sponte, & sine tortura ratificare, prout ratificanda est principalis delicti confessio, hoc est eodem tempore, & non diuerso, prout etiam magis clarè hoc percipitur ex proximis sequentibus verbis.

Num.140. circa finem. ibi. Ambros. in sua pract. d. lib.2. eod. cap.9. &c. *deletis verbis* nu.9. & seqq. *adde sic.* num.19. & seqq. & voluit Petr. Caball. d. cas.33. num.5. & 6. & num.11.

Num.144. in fin. adde sic. Et vide etiam ad hoc Petr. Caball. quem post huius libri tertiam impressionem habui, resolut. crimin. cas.185. num. 3. & 4.

Num.149. circa princ. ibi. Vbi loquitur in latrocinio &c. *adde sic.* Campeg. in addit. ad Zanchin. in tract. de hæretic. cap.9. littera C. in verbo inquisitor potest, vers. Sed vnum animaduerte. Vbi loquitur de socio criminis hæreticæ prauitatis.

Num.151. in fin. adde sic. Addo ad præmissa Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resolut. crim. casu 84. num.6. 9. & 10. Vbi & ipse in hac distinctione residere videtur. licet supra, num.5. multos retulerit doctores volentes in criminibus exceptis dictum socij criminis facere indicium ad torturam, etiam sine adminiculis.

Num.154. (licèt dicat 254.) in fin. adde sic. Relati per Petr. Caball. d. casu 84. num.5.

Num.178. in fin. adde sic. Et licèt hanc Baiardi sententiam, non quòd iuridica sit, sed quia sic de consuetudine seruetur, amplectatur Martin. del Rio Iesuita post hæc pluries impressa in lucem editus, de disquisition. Magicis, lib.5. in 2. appendice, quæst.17. ex Claro, & Boss. in locis præcitatis, & ex Ioseph. Ludouic. decis. Lucens.15. num. 9. & seqq. Non per hoc tamen recedas à proposita limitatione, quæ (vt vides) sicut magis communiter recepta est, ita etiam pro veritate testari possum magis in practica seruatam. Quicquid secus dixerit Baiard. in loco præallegato, qui contra tot Doctorum contrarium tenentium auctoritatem, nimis lato ore affirmare audet contrarium seruari, non solùm in socijs criminis, sed generaliter in omnibus testibus. Remanet enim ipse sua solùm auctoritate suffultus, cum, vt dixi, Clar. non loquitur in socio criminis patiente plures defectus, sed in teste periuro. Et nihilominus refert se ad ea quæ dixit in §. falsum, num.4. vers. Subornans, vbi ex Boss. in tit. de Indicijs, num.156. in fine, se ipsum declarando dixit, hanc contrariam obseruantiam procedere, dùmodo aliquod aliud adminiculum concurrat. non concurrente autem alio adminiculo, quod testis periurus asserens se ab alio corruptum nullum faciat indicium, quando alios patitur defectus dixit idem Boss. d. tit. de indic. num.23. & alios adduxi infra quæst.45. nu. 47. sic etiam & Ioseph. Ludou. decis. Lucens.15. d. num.4. & seq. ex Clar. vbi supra loquitur de eodem teste asserente se corruptum, & sic non patientem alium defectum, quàm periurij, quòd inest in defectu infamiæ resultantis ex societate, & complicitate criminis. At vbi socius criminis

vltra

vltra defectum corruptionis & periurij, alios patitetur defectus, quod tunc ad torturam,& ad inquirendum sufficeret, siue vnus, siue plures sint, sicut hoc non dicunt Boss. Clar.& Ludouic.in locis præallegatis; ita etiamsi hoc dicerent, non benè dicerent. Quod enim tortura non plures, sed vnicum tantùm suppleat defectum, (cui rationi responderi non potest) est communis omnium Doctorum opinio, vt patet ex allegatis supra hac eadem quæstione,num.178.& intra,num. 180. & quæst.62.sub nu.381. & seqq. Vbi etiam generaliter probari, quod testes inhabiles plures patientes defectus, nec etiam admittuntur in casibus, in quibus aliàs admitterentur. Quicquid secus in via disputatiua scripserit Martin. del Rio in loco præallegato. in iudicando enim à communibus Doctorum traditionibus recedendum est. vltra quod quando testes plures patiuntur defectus,de iure loquêdo, eorum fides non debilitatur solùm (prout opinatus est idem Martinus) sed in totum prosternitur,prout probaui in quæst. 62. num. 324. Ideò ex numero non suppletur, vt pariter probaui eadem quæst.62.num.317.

*Num.*188. *in fin. adde sic.* Qua in re vide Martin. del Rio Iesuitā post hæc pluries impressa in lucem editum,de disquisitionib. Magicis, lib.2. in 2.appendice, quæst.5. Vbi firmata conclusione generaliter, quod depositio socij criminis non faciat indicium ad torturam contra hominem bonæ famæ, vbi aliàs indicium faceret; eam postea distinguendo declarat non procedere, quando essent plures socij criminis contra aliquem deponentes, quia tunc nisi illis aliud obsisteret, etiam contra hominem bonæ famæ indicium ad torturam facerent, licèt postea multùm iudicis arbitrio deferendum affirmet.

*Num.*189. *qui incipit.* Sublimita V. &c. *incipiendus erit* Sublimita X.

*Num.*192. *in fin. adde sic.* Et iterum aduerte, quòd socio criminis reuelanti propter impunitatem sibi promissam,multò minus credendum erit,si deposuerit sine tortura. Non enim si fuerit tortus ad purgandum infamia poterit conqueri de non seruata fide, ex allegatis per Vinc.de Franch.decis. 459.par.3. Vbi testatur ita indistinctè seruari. refert eum, & sequitur Petr.Caball.resolut.crimin. casu 29. Et in hoc practica nullam habet difficultatem.

AD QVÆST. XLV.

SVmmario,*col.*1.*fol.* 180.*in vers.* Testis corruptus facit indicium &c. *post verba* si solum tentatus corruptionem &c. *adde verbum* non.

*Num.*28. *ante finem.ibi.* Et fuit resolutum tempore Gregorij XIII. in causa Alexandri &c.*adde cognomen* Rastelli. *& dele illum* Castelli.

AD QVÆST. XLVI.

NVm.56.*ante finem. ibi.* Vbi alios plures adducit concordantes, Gabr. &c. *adde sic.* lib.7. conclus.32.

*Num.*69. *versus finem.ibi.* Mascard. de prob.lib.3. concl.1130. num.13.&c. *adde sic.* Quibus addo Martin. del Rio Iesuitam, de disquisition. Magicis,lib.5.sect.5. vers. Quinto si testes, vbi generaliter loquitur de socio criminis in loco supplicij, & morte instante exculpante eum, quem parum curandam esse, testaturq. de receptiori Doctorum sententia, & pro ea plures affert rationes. quod & idem latius affirmauit, & defendere conatus fuit. d. lib.5. in 2. appendice,quæst.18. Et ante eum Petr.Rinsfeld.de confess.malef.membr. 2. post 5. conclus. S. exempli gratia, vers. Aliud hic dubium.

*Dicto num.*69. *in fin.adde sic.* Cui non obstent rationes per Martin. adductæ; dum enim dicit, quod si exculpatio hæc prodest exculpato, pariter deberet etiam prodesse ipsi exculpanti ad sui ipsius innocentiam detegendam. Consequens est falsum ergo,& antecedēs.negatur consequentia propter rationem diuersitatis, quæ est inter vnum, & alium casum. Primo enim casu est testis in causa propria, & sic prorsus repellendus, non sic in secundo casu.Et dum pariter dicit multos mori non multùm de anima sollicitos, vt quotidiana experientia docet, pariter respondetur,vt plurimum experientia euenire solere; & iuris præsumptio stat pro moriente. Et dum tandem ipse Martinus benè agnoscens vim prædictarum rationum non in totum hanc quintam limitationem improbet, sed eam iudicis arbitrio remittat, vt ibidem in vers. Sit conclusio. Equidem vt verum fateat, non est mala resolutio, si hodiè iudices seruauerint dispositionem tex. in l. non puto. ff. de iure fisci. sed quia hodierni iudices (vtinam non sic esset) in dubio pro fisco, & contra reum inclinant, hoc ideò non arbitrio iudicis, sed simpliciter eandem limitationem seruandam, & verius,& tutius esse crederem,nisi vt infra dicam aliud obsisteret.

*Num.*71.*in fin. adde sic.* Quicquid secus scripserit Martin.del Rio in locis præallegatis.

*Num.*72.*in fin. adde sic.* Et hanc sublimitationem æquitatem in se habere licèt parum soliditatis non inficiatur Martin. del Rio in loco præallegato, vers. Secunda opinio est.

Num. 75. *in fin. princ. adde sic.* Bertaz. cons. 521. num.39.ad medium, vers. Vltra quod.

*Dicto num.*75.*vers.* Verum &c. *in fin.vers.adde sic.* Et vide rursus Mandel. cons. 485. num. 2. Vbi quod confessio notarij de falsitate instrumenti ab ipso rogati,contra alios non operatur etiam quod post confessionem fuerit sequuta sententia.

& num.

& num. 4. declarat quod licet non operetur quo ad plenum præiudicium, & plenam probationem inducit tamen præsumptionem. & num. 9. iterum declarat quòd sententia de falsitate lata contra Notarium, præiudicat etiam partibus si fuerint citatæ.

Dicto num. 75. vers. finali, circa princ. Post verba, & seqq. vbi &c. *adde verbum* quid *dele verbum* quod.

Et circa finem. ibi. Vel coniecturis ad &c. *adde verbum* quæ *omissis verbis* quod vltimum.

Num. 103. circa med. ibi. Item quod commisit falsitatem, num. 18. *adde sic.* & seq. Vbi exornat hanc ampliationem pluribus similibus.

Dicto num. 103. ante fin. ibi. fol. 230. colum. 2. Bar. &c. *adde nomen* Theger. *& omitte* Theger.

Et d. nu. 103. in fin. adde sic. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20. nu. 6. Petr. Caball. post hæc impressa in lucem editus, resolut. crimin. casu 288. num. 50. & seqq. cent. 3. tom. 2. Vbi de querela non statim data.

AD QVÆST. XLVII.

NVm. 4. *post med. ibi.* Bonac. in comm. opi. par. 2. in verbo, fama cum vno teste, in discursu versiculi, in pluribus locis, fol. mihi 28. &c. *adde sic.* Franc. Pegna in addit. ad Nicol. Aymeric. in directorio Inquisitor. par. 3. q. 61. commentar. 110. fol. mihi 645. col. 2. in fine.

Num. 13. in fin. adde sic. Pegna in addition. ad Nicol. Aymeric. in directorio inquisitor. par. 3. q. 61. commentar. 110. fol. mihi 646. col. 2. vers. Denique sola fama.

Num. 14. in fin. adde sic. Nec dissentire videtur Franc. Pegna vbi supra allegatus, in addit. ad Nicol. Aymeric. director. inquisit. par. 3. quæst. 61. commentar. 110. fol. mihi 646. vers. Plurimum in hoc casu. Vbi propterea primæ opinioni consentit dummodo alia concurrant adminicula, & verisimiles coniecturæ arbitrio iudicis, alias secus.

Num. 19. in fin. adde sic. Pegna in addit. ad Nicol. Aymeric. in directorio inquisit. par. 3. q. 61. commentar. 110. fol. mihi 646. col. 1. in fin. vers. Præterea quando simul cum fama.

Num. 21. in fin. adde sic. Franc. Pegna, qui loquitur in crimine hæresis, in addit. ad Nicol. Aymeric. in director. inquisitor. par. 3. quæst. 61. commentar. 110. fol. mihi 646. col. v. vers. Item fama cum dicto cruce signati.

Num. 24. in fin. adde sic. Et voluit etiam Franc. Pegna In addit. ad Nicol. Aymeric. in director. inquisitor. par. 3. q. 61. commentar. 110. fol. mihi 646. col. 1. vers. Ad hæc sola fama.

Num. 25. in fin. adde sic. Nec dissentit Franc. Pegna in addition. ad Nicol. Aymeric. in direct. inquisitor. par. 3. quæst. 61. commentar. 110. fol. mihi 646. colum. 2. vers. Iam sola fama.

Num. 28. in fin. adde sic. Confer. tit Bonif. in tract. de furt. quem post huius libri tertiam impressionem in lucem editum habui. S. 2. num. 45. vers. Verum si fama esset frequens. Pegna, vbi supra fol. 646. col. 1. vers. Verum hæc communis conclusio.

Num. 29. in fin. adde sic. Pegna vbi supra dicto fol. 646. col. 1. vers. Sed tota difficultas.

Num. 31. in fin. adde sic. Pegna in addit. ad Nicol. Aymeric. in director. inquisitor. par. 3. q. 61. commentar. 110. vers. Ergo si à fide dignis personis fol. 646. col. 2.

Nu. 59. circa med. ibi. Bero. in d. c. qualiter, & quando, num. 78. &c. *dele verbum* C.

Num. 80. ante med. ibi. Sicut illum referendo sequitur Clar. in pract. S. fin. quæst. 63. vers. &c. *adde sic.* fina. num. 9.

Dicto n. 80. in fi. adde sic. Petr. Barbos. in repet. l. 2. in princ. par. 1. num. 93. ff. solut. matr. Vbi loquitur quo ad effectum imponendi pœnam ordinariam.

Num. 85. ante finem. ibi. Testatur Ludou. Peguer. decis. crim. 17. num. 45. &c. *adde sic.* & Petr. Barbos. in repet. l. 2. in princ. par. 1. num. 93. ff. solut. matrim. volens ito casu imponi pœnam ordinariam saltim in delictis occultis, & difficilis probationis.

Num. 97. in fin. adde sic. Dixi hac de re iterum in verbo mors. num.....

Num. 183. in fin. adde sic. Et idem etiam scripsit Bonifac. in tract. de furt. quem post hæc impressa in lucem editum habui S. 2. num. 46.

Num. 191. in fin. addde sic. Addo pro hac eadem contraria opinione Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resolut. crim. casu 84. num. 15.

Num. 199. circa finem. ibi. Quòd mala fama in genere alicuius &c. *adde sic.* facit contra ipsum. *deletis verbis* facti contra ipsam.

Dicto num. 199. in fin. adde sic. Pro qua vide comprobantem Bonifac. in tract. de furt. qui in specie loquitur in crimine furti, & quem post hæc impressa in lucem editum habui. S. 2. nu. 45. dixi infra in tit. de furt. quæst. 176. num. 50.

Num. 205. in fin. adde sic. Et Bonifac. in tractat. de furt. qui in specie loquitur in crimine furti, et quem post hæc impressa in lucem editum habui S. 2. sub nu. 45. et dixi infra in tit. de furt. quæst. 175. num. 53.

Num. 253. il primo est delendus, quia duplicatus.

Num. 257. vers. final. circa med. ibi. Vbi, quod opinio Barr. contraria etc. *dele verbum* et.

Et dicto num. 257. in fine adde sic. Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crim. cas. 84. num. 16.

Num. 259. circa med. ibi. Hier. de Monte in tract. de finib. regen. c. 56. num. 7. etc. *omitte verba* volum. secundo.

Num. 260. in fin. adde sic. Et præmissis addo idem tenen-

tenentem Martin. del Rio Iesuitam de disquisitionib. magicis, lib. 5. lect. 3. sub vers. Famam exactè probare ante finem.

AD QVÆST. XLVIII.

SVmmarium, col. 1. fol. 213. *in vers.* Fuga non facit indicium post porrectam &c. *post medium ibi.* Vt idem sit, si quis fugerit post &c. *adde verbum* comminatam *deleto verbo* communicatam.

Num. 11. *in fin. adde sic.* Et in crimine furti de hoc indicio vide quæ scripsit Bonif. de furt. quem post hæc impressa habui. §. 2. num. 47.

Num. 51. *in fin. adde verbum.* lib. 1.

Num. 53. *circa finem. ibi.* Rol. cons. quinquagesimoquarto &c. *adde sic.* num. 11. *omittas verbum* vol. 11.

Num. 70. *in fin. adde sic.* Et dixi etiam infra in tit. de furt. q. 176. num. 69. & seq. Vbi vide.

Num. 73. *in fin. adde sic.* Bonif. in tract. de furt. quem post hæc impressa in lucem editum habui. §. 2. num. 117.

Et post num. 75. *incipe à capite, & adde sic.* Vel melius ducas, quod sola fuga famuli, de domo Domini non facit contra ipsum indicium ad torturam nisi alia concurrant arbitrio iudicis, prout in specie voluit Bonif. in tract. de furt. quem post huius libri tertiam impressionem in lucem editum habui. §. 2. num. 118.

AD QVÆST. XLIX.

NVm. 16. *in fin. adde sic.* Bonif. in tract. de furt. §. inuito domino, num. 5.

Num. 87. *ante med. ibi.* Carre. in pract. crim. in tract. de indic. & tortu. §. &c. *adde verbum* quartum *omisso verbum* quantum.

Et post dictum num. 87. *adde sic.* Et aduerte quòd hęc conclusio procedit non solùm in minis ad mortem, prout loquitur Glos. quæ ad id originaliter allegatur in l. licet, in verbo Capitales. ff. de arbitris, sed etiam in quibuscunque minis grauibus, tamen de inferendo iniuriam, ex qua illata capitalis oriretur inimicitia, vt videre est apud Alberic. in auth. si testis, num. 3. vers. Item minæ graues. C. de testibus. Socin. in cap. repellantur, num. 14. vers. Nota autem, extra de accusationibus. Ang. cons. 262. Ponderandum, nu. 1. vers. Secundo propter probationem inimicitiarum. Marsil. cons. 3. num. 12. Petr. à Placha in epitom. delictor. lib. 1. cap. 28. num. 18. in fin. vers. Ab hac eadem radice. Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 25. nu. 77. qui benè loquitur in hac materia.

Num. 73. *post princ. ibi.* Per quæ iura hoc idem voluerunt &c. *adde nomen* Alber. *in deletis verbis* Albet. in tract.

Num. 79. *versus finem ibi.* par. 1. lib. 3. &c. *adde sic.* cap. 25. *omissis verbis* quæst. vigesimaquinta.

Num. 86. *in fin. adde sic.* Martin. del Rio Iesuita de disquisition. magicis, lib. 5. in 2. appendice, quæst. 2. vers. Item constat, & seq.

Num. 108. *il primo, delendus est, & addendus* 101.

Num. 119. *versus finem ibi.* Et cons. septuagesimosexto &c. *adde sic.* num. 36. &c.

Num. 131. *in fin. adde sic.* Et propterea causas inimicitiæ probandas esse per duos testes, nec verum sufficere cuiuscunque sit dignitatis, voluit Martin. del Rio Iesuita, de disquisit. magic. lib. 5. in 2. appendice, quæst. 2. vers. Igitur vt his positis.

132 LIMITA IX. Vt nec inimicitia faciat indicium ad torturam, quando is, qui recipit offensam ex qua orta fuit inimicitia, dedisset querelam coram iudice contra offendentem, & sic via iuris se vindicare cœpisset. tunc enim non videtur habuisse animum occidendi, ex ijs quæ scripsit Mandell. cons. 46. nu. 7. 10. & 12. in 4. 5. 6. & 10. coniectura.

AD QVÆST. L.

NVm. 20. *versus finem. ibi.* Vbi alios refert, & de communi testatur &c. *adde sic.* & Petr. Caball. pariter post hæc impressa in lucem editum, resolut. crim. cas. 288. num. 67. & seqq. cent. 3. tom. 2. Vbi de eo, qui dixerat *Che lo voleua consumare.*

Num. 27. *ad fin. ibi.* Vbi alios refert concordantes &c. *adde sic.* lib.

Num. 42. *circa finem. ibi.* Syluest. Aldobrand. in cons. &c. *adde verbum* 71. *deleque illud verbum* 61.

Et ibi. Ex Marsil. quem allegat in &c. *adde sic.* cons. 72. *omisso* cons. 62.

Num. 45. *delendus est vsque ad finem inclusiuè.*

AD QVÆST. LI.

SVmmario fol. 231. *secunda facie in vers.* Sacerdos, quod reuelauerit &c. *in fin. vers. adde sic.* Et quid si Sacerdos dicat se audiuisse extra confessionem, & non in actu confessionis? nu. 113.

Dicto summario d. secunda facie, in vers. Sacerdoti attestanti &c. *post verbum,* peccata &c. *adde verbum* audiuisse, *deleto verbo* audiuisset.

Et in fine dicti versiculi post verbum, plenè &c. *adde verbum* credetur *omisso verbo* credere.

Et dicto summario, in fine, in vers. Sacerdos potest reuelare confessionem &c. *in fin. vers. adde sic.* Vbi etiam an credatur Sacerdoti dicenti se audiuisse non in confessione, sed extra eam? Quando confitens asserit contrarium?

Num. 4. *in fin. adde sic.* Et in specie quod videns aliquem furantem, si verbis aut facto potuit illum impedire, & non impediuit, quòd non teneatur

tur

tur ad aliquod scripserit Bonif. in tract. de furt. quem post hæc pluties impressa in lucem editum habui. §. 2. num. 69.

Num. 121. propè fin. ibi. Inter illius opera in fol. tom. 1. pag. 260. &c. *adde sic.* Nec dissentit Iul. Cæs. Ruginell. pract. quæst. cap. 35. num. 38. vers. Præmissa potius procedunt.

Dicto num. 121. in fin. adde numerum 25.

Num. 122. in fin. adde sic. Bonifac. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 112. vers. Pubes autem. & dixi aliquid infra in tit. de furt. q. 174. n. 85.

Num. 123. in fine. adde sic. Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 108. 109. & 112.

Num. 124. ante fin. ibi. Vbi consuluit in fure annorum 18. &c. *adde sic.* Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, d. num. 112.

Dicto num. 124. propè finem ante verba. ibi. Quamuis Clau. *adde sic.* Nec in effectu dissentit Thesaur. decis. Pedemon. 161. num. 3. in fin. Vbi testatur aliàs quendam iuuenem annorum 21. licèt plura commisisset furta, & sic esset famosus latro, non ad mortē sed ad perpetuas triremes fuisse condemnatum. imò sub nu. 8. vers. Ex quo inferebam, testatur hanc condemnationē in secunda instantia fuisse reuocatam, & pœnam triremum commutatam in pœnam fustigationis, & banni per quinquennium. Addo pro hac eadem conclusione Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 329. in addit. sub num. 18. vers. Secunda est conclusio, & Petr. Caball. resolut. crimin. cas. 134. nu. 2. & num. 3. & num. 5. Iul. Cæs. Ruginell. pract. quæst. cap. 35. num. 35.

Nu. 126. in fi. adde sic. Quòd exemplum etiam refert Salyc. in rubr. de crimin. sacrileg. prout ad id eum allegat Iul. Cæs. Ruginel. pract. quæst. c. 35. num. 61. Vbi etiam ponit alia in materia sacrilegij commissi à minore, de qua etiam per Thesaur. decis. Pedemont. 161. num. 5. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. in addit. ad casum 329. sub num. 18. Petr. Caball. resolut. crim. casu 134. num. 6. apud quos etiam reperies allegatum Boer. decis. 250. num. 20.

Et quid in minore grassatore viarum? vide supra sub num. 107.

Num. 127. in fin. adde sic. Addo etiam ad præmissa pluribus hanc conclusionem exornantem Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 106.

Num. 130. in fin. adde sic. Vide tamen in proposito Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 11. nu. 4. Vbi facit generalem conclusionem, quòd infans & pupillus, non puniatur de periurio, licèt cum iuramento falsum deponant, & quòd etiam impubes excusatur à periurio. Minor autem licèt non excusetur, restituitur tamen aduersus periurium ex Affl. Bero. Blanco, & Carer. in locis ibi per eum relatis. Et vide etiam Ruginell. pract. quæst. cap. 35. num. 35. Vbi concludit pubertati proximum in crimine periurij, quamuis sit doli capax mitius puniri.

Num. 133. in fin. adde sic. Ad quæ vide etiam Iul. Cæs. Ruginell. pract. quæst. cap. 35. num. 31.

Num. 134. propè finem. ibi. Sed tantum mitius puniantur &c. *adde sic.* Nec dissentit Iul. Cæs. Ruginell. pract. quæst. cap. 35. nu. 57. post hæc impressa in lucem editus.

Nu. 135. in fin. adde sic. Ruginell. pract. c. 35. n. 20. Vbi tamen quod minores ad accusandum non admittuntur. de quo tamen suo loco dixi.

Num. 136. post princ. ibi. vers. Mitiori tamen pœna, & latius decis. 13. n. 3. & seq. &c. *adde sic.* & decis. decis. 161. num. 5. vers. In abortu.

Dicto num. 136. ante fin. ibi. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 329. num. 6. &c. *adde sic.* & in addit. num. 18. sub vers. Secunda est opinio.

Dicto num. 136. propè finem. ibi. Et Osasc. in locis præcitatis etc. *adde sic.* Petr. Caball. resol. crim. cas. 134. num. 4. Ruginell. pract. quæst. c. 35. num. 6. in princ. & in vers. Cuidam verò mulieri, Vbi refert Senatum Mediolani mandasse fustigari quandam mulierem, quæ partum suffocauit.

Num. 137. in princ. post verbum. In pœna etc. *adde verbum* ruptæ *deleto verbo* duplæ.

Num. 149. in fin. adde sic. Nec dissentit Iul. Cæs. Ruginell. pract. quæst. cap. 35. num. 70. Vbi tamen declarando subdit, quod quando minor propter minorem ætatem fuit semel mitius punitus, si postea iterum delinquat non effugiet pœnam ordinariam, cum ex tali reiteratione spem emendationis reijciat. quod vltimnm non firmo, cum videatur esse contra mentem Doctorum allegatorum supra num. 38.

Num. 145. in fin. adde sic. Thesaur. decis. Pedemont. 161. num. 8. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. in addit. ad casum 329. n. 24. et seqq. Vbi alios refert, et infert ad plura diuersorum locorum statuta.

Num. 154. (licèt impressus 114.) in fin. adde sic. Vide tamen in proposito Iul. Cæs. Ruginell. pract. quæst. cap. 35. nu. 59. Vbi testatur Senatum Mediolani aliàs declarasse Constitutionem de raptu mulierum habere locū etiam in minore, et quod ita die vltima Maij 1595. fuit exequutum. sed pro distinctione prædicta, vide eundem Ruginell. ibidem, num. 66.

Num. 155. circa medium, ibi. Tu audisti, num. 4. etc.

4. etc. *adde sic*. Cremen. singul. 30.

Dicto num. 155 *ad finem.ibi*. Par. 2. quæst. 80. num. 67.&c. *adde sic*. Viu.opin. 765.n.23. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 80. num. 8. & nu. 21. par. 2. Vbi declarat hoc non procedere in statu Ecclesiastico, in quo maiores 14. annorum non excusantur vigore motus proprij Pij IV. Sed labitur iste Doctor, quia motus proprius Pij IV. loquitur in homicidio, & non in prohibita frumenti extractione, ex quibus apparet ita communiter à Doctoribus receptum. Addo pro hac ampliatione Ruginell.pract.quæst.cap.35.num.30.

Num. 158 *ante finem.ibi*. Alber. Guliel. Mayner. in l.ferè in omnibus, num. 11. ff. de reg.iur. &c. *adde sic*. Ferrett.in tract.de gabell.num.335.& seq.

Num. 160. *in fin. adde sic*. Iul. Cæs. Ruginel.pract. quæst.cap.35.num.28.

Num. 161. *vers. finali, in fin. adde sic*. Quem etiam refert Iul. Cæs. Ruginell. post hæc impressa habitus, pract. quæst.cap.35.num.47. Quamuis quòd in crimine iniuriarum minor ætas non excuset quin imponi debeat pœna ordinaria, voluerit idem Ruginell.cum allegatis per eum pract.quæst.cap. 35.num.42.

Num. 162 *in fine. adde sic*. Menoch.de arbitr.quæst. lib.2.in addition.ad casum 329.num.30.Iul.Cæs. Ruginell.pract.quæst.cap.35.num.3.

Num. 163. *in fine. adde sic*. Thesaur.decis. 161.n.5. in fin.vers. Quibus testantibus, & n.6.& n.7. ante finem.vers. Caueant igitur. vbi propterea monet iudicantes ab asperitate se abstinere, ne aliquando feueritatem, quam in homines sine consideratione exercent, illi post eorum mortem iudicio Dei in se ipsos experiantur. Menoch. de arbitr. quæst.lib.2.in addit. ad casum 329.nu.28.& seq. Petr.Caball.resol.crim.cas.134.n.3.

Num. 174. *in fine. adde sic*. Ruginell. pract. quæst. cap.35.num.27.

Num. 179. *in fine. adde sic*. Addo pro hac tertia limitatione Ruginell. post hæc impressa habitum pract.quæst.cap.35.num.43.

Num. 180. *in fine. adde sic*. Et in enchrid. violat. relig.tit.44.rub.de minoribus, n.1.& seqq. quem refert Io.à Royas de hæret.par.2.assert.36.n.318. Et omninò Franc. Pegna in direct.inquisit.par.1. commentar.13. quem, & alios pariter hanc materiam declarantes refert Iul.Cæs.Ruginell.pract. quæst. cap. 35. nu.37. Vbi etiam omninò videas an, & quando minori in crimine hæresis sit minuenda pœna, & num. 63. Vbi quid in crimine simoniæ.

Num. 182. *in fine adde sic*. Petr.Caball.resol.crim. cas.134.n.11. Vbi in proposito recenset aliqua diuersorum locorum statuta. Vinc.de Franch.dec. 230.n.4. Vbi refert Regni constitutionem volentem in delictis maiorem annorum 18. reputari pro maiore. Iul.Cæs.Ruginell.pract.q.cap.35.n.65.

Num. 183. *in fin. adde sic*. Et pro negatiua multùm stringunt scripta per Thesaur. decis. Pedem. 161. n.7. vers. Neque obstabit.

Num. 184. *circa princ. ibi*. In par. 1. bullar.fol.mihi 158. vers. &c. *adde verba*, hac firma iuncto versiculo.

Et paulò post ante verbum. ibi. Minores 25. annorum &c. *adde hæc verba*. Statui videtur.

Et dicto num. 184. *in fine.adde sic*. Considera tamen verba dictæ Bullæ, quia videntur loqui in crimine homicidij, licèt postea vtatur illis verbis in omnibus præmissis delictis.

Num. 185. *ante finem. ibi*. Qui patruum venenauerat &c. *adde sic*. Card. Tusch. post hæc impressa habitus, in verbo Minor concl. 256.nu.42. Petr. Caball.resol.crim.cas.134.n.12.

Num. 186 *circa princ. post verba.ibi.in vers*. Duces quoque statuit quod &c. *deleas verba* tàm in homicidio, quàm in alijs.

Num. 187. *post princ. ibi*. In terris Ecclesiæ omninò &c. *deleto verbo* seruandam *adde verbum* seruanda.

Dicto num. 187. *in fine. adde sic*. Prout nec dissentit etiam Iul. Cæs. Ruginell. pract. quæst. cap. 35. num.74. in fine principij, & nu.65. sub vers. Subdit tamen.

Num. 188. *in fin. adde sic*. Et dicam latius infra in tit. de consultor. q. 131. n. 49. nec dissentit Ruginell.d.cap.35.n.65.vers. Subdit tamen.

Num. 189. *in princ. post verbum* quod &c. *deleas verba* Bullæ prædictæ videntur, *& adde sic*. Bulla prædicta Pij IV. 128. videtur.

Eodem num. 189 *ante finem.ibi*. Et sic in condemnandi &c. *adde sic*. Quando ante condemnationem capti sunt.

Et post verba.ibi. Non videntur procedere &c. *adde verbum*, aduertendum est *omissis verbis* prout in specie sic benè aduertit.

Et dicto num. 189. *in fine. adde sic*. Qui loquitur in minore capto, & condemnato, quem & ego referendo sequutus fui in meo cons. 66. nu. 9. Sed quid in minore non capto, sed in contumaciam condemnando, vide quæ dixi supra in tract. de inquisit. quæst. 11. num. 26. & seq. in vers. Quid dicendum.

Num. 190 *post principium. ibi*. Ad pœnam minuendam &c. Licèt nequeat isto casu restitutionem aduersus fictam, vel veram confessionem concedere.

Et paulò post.ibi. Et probauit Sforz. Odd. d.q. 81.n.33.& seqq.&c. *adde sic*. Refert eum, & sequitur Cartar. de exeq. sentent. capt. ban. cap. fina.num.236.

Dicto num. 190. *post med. ibi*. Ita fuit Perusiæ seruatum à Locumtenente Card. Riarij, tunc legati &c. *adde sic*. Card. Tusch. in verbo Minor conclus. 256. num. 13. in fine. Vbi refert Honded.

in loco

in loco citat. Ruginell. vbi supra d.cap.35.n.65. vers. Subdit tamen.

Et dicto num.190. in fin. adde sic. in fine. *adde verbum* & seruetur.

Num.191. in fine. ante verbum, Et faciunt &c. *adde sic*. Nec dissentit Ruginell. pract. quæst. cap. 35. num.19.

AD QVÆST. XCIII.

SVmmarium, *in vlt. versic. in fine deletis verbis* num. 12.in fin. *adde verba* num.9.

Num.1.in fin. adde sic. Bonif.in tract.de furt.S.animo lucrandi,num.144.& 150. Vbi alios in idem refert concordantes.

Num.8. ante finem.ibi. Et non ordinaria &c. *adde sic*. Bonif.in tract.de furt. S.animo lucrandi,num. 151. Vbi quod blasphemans per ebrietatem de iure ciuili non punitur.

Dicto num.8. in fin. adde sic. Et ante eum Simanc. Cathol. instit. tit. 17. rubr. de defensionibus reor.num.17.

Num.9.in fin. adde sic. Dixi iterum hac de re infra in fragmentis, vers. Irregularitas, num.422. & seqq.

Num.12. ante finem. ibi. Sub versiculo praeterea quæro &c. *adde sic*. Bonif. in tract.de furt. S.animo lucrandi,num.144. *Et deinde post verba.* ff. de iust.& iure, & nu. 131. & seqq. *dele verba*, vsque ad num.139. Vbi pariter Ebrium mitius puniendum &c. *vsque ad finem*.

Num.18.ante finem.ibi. Masc. de prob.lib.2.concl. 579. num.9.&c. *adde sic*. Bonif. in tract.de furt. S.animo lucrandi,num.153.

Num.20.in fin. adde sic. Et num.131. & seqq. vsque ad num. 139. vbi pariter ebrium mitius puniendum pluribus comprobauit, quamuis sua culpa & ex proposito se inebriauit, dummodo non animo delinquendi.

Num.22.circa finem. ibi. Iacob. Ayner.in repet. l. vt vim,par.2.num.141. ff.de iust.& iur. &c. *adde sic*. Bonif.in tract.de furt.S.animo lucrandi.n.154. Vbi de eo,qui furtum in ebrietate commisit,& in se reuersus rem furatam non restituit.

AD QVAEST. XCIV.

SVmmario, *vers.* Furiosus delinquendo non excusatur &c. *in fin.vers. adde sic.* Vbi etiam in crimine hæresis.

Num.1. ante finem. ibi. Vbi bene hanc regulam comprobat &c. *adde sic*. Et cons.82.num.200.& seqq.lib.1.Bonif.in tract.de furt.S.animo lucrandi,num.128. & seqq. Vbi in specie loquitur de furioso furtum committente.

Num.2. in fine. adde sic. Menoch. cons.82.n.190. & n.200. Vbi de furioso, mente capto, stulto, insano, amente, demente, & phrenetico. Bonif. in tract.de furt.S.animo lucrandi,n.132.Et faciunt, quæ generaliter dixi infra in fragmentis,vers. Furiosus,rub.de pluribus furoris speciebus, ver.fina.

Num.3. circa med. ibi. Claud. ad Bertaz. &c. *deleto verbo* num. *adde verbum* cons.

Dicto num. 3. in fin. adde sic. Et dixi infra in fragmentis, in vers. Furiosus, rub.1. de pluribus furoris speciebus.

Num.8. in fin. adde sic. Et vide dicta in fragmentis crimin.verbo furor.in vltima rubr. vers. Furiosus habens dilucida interualla.

Num.11. in fin. adde sic. Et dixi hac de re iterum in fragmentis,in verbo furor,in vlt.rubr.vers. Furiosi habentis dilucida interualla.

Num. 19.in fine. adde sic. Bonif. de furt. S. animo lucrandi,n.131.cum allegatis per eum.vbi pariter dixit non ordinariam, sed extraordinariam arbitrio iudicis imponi posse.

Num.23.circa med.ibi. Quicquid etiam secus existimauerit Andr. &c. *deleto verbo* Tachin. *adde nomen* Fachin.

Et ibi. Non negat ibidem &c. *omittas verbum* Tachineus *& adde nomen* Fachineus.

Num.26.in fin. adde sic. Dixi infra in fragmentis, vers. Irregularitas,num.417.& seqq.

Nu.27.ante finem.ibi. Videlicet in additionibus &c. *adde sic*. & cons.82.n.209.lib.1.

Num.39. circa princ.ibi.vers. Sed his non obstantibus &c. *adde sic*, Menoch.cons.82.n.210. Vbi & quod plus est, loquitur etiam in crimine hæresis per tex. in c.3. & ibi glos.in verbo non sanè de hæretic. in 6. cum alijs ibi per eum allegatis. de quo etiam per Simanch.Cathol.instit.tit.17.rub. de defensionibus reorum,n.12.

Num.46.circa prin.ibi. Et etiam capitalis delicti per eum commissi &c. *dele litteram* a.

Eodem num.46.post princip. ibi. ff. de acquiren. possess. cum alijs ibi per eum allegatis &c. *adde sic*. Bar. in l.si quis in tantam, nu.14. & ibi etiam Bal.num.7.vers. Quid,de prodigo,& Salyc.nu.5. vers. Quæro octauo.C.vnde vi.

Et paulo post.ibi. Ang.in l.is cui bonis &c. *adde verbum* num.7.

Et post verba. ibi. C. vnde vi, contrarium tenentem &c. *adde sic*. & in eadem l. is cui bonis, notant communiter omnes scribentes, prout vltra Ang. vbi supra, videre est ibidem apud Imol. num.4.Roman.num.23.Paul.de Castro,num.12. Alex.num.20.& Ias.num.17.

Dicto nu. 46. in fin. adde sic. Vinc. de Franch. decis.462.par.3. quem & alios idem tenentes refert, & sequitur Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut.crimin.casu 48. Vbi tamen num. 6. videtur prodigi confessio sine curatore valeat. Sed caueant prodigi delinquere, & delicta confiteri.

Num.47. circa princ. ante verbum, committendo, *adde verbum* in.

Dicto n.47. in fin. adde sic. Nec dissentit Petr. Caball.d.casu 48.n.5.

Num. 48. in fin. adde sic. Dixi iterum in fragmentis infra vers. furor. rubr. furor per quem & quomodo probandus, vers.1.

Num.50. in fin. adde sic. Et dixi iterum hac de re infra in fragmentis, vers. furor.

Num.51. in fine deletis verbis, in qq. ciuilibus in materia probationis furoris, vbi est propriè locus suus. *adde sic*. infra in fragmentis, in vers. furor.

Num.52. in fin. adde sic. Et dixi iterum hac de re infra in fragmentis in verbo furor, in vlt. rub. vers. 1. & 2.

Num.53. in fin. adde sic. Et dixi iterum infra in fragmentis in verbo furor, in vlt. rubr. vers. furiosus, qui semel fuit il 2.

Num.54. in fine ante verbum, num.69. *adde numerum* 45. *deleto illo* 55. *Et deinde post verbum*, nu. 69. *adde sic*. Et dixi hac de re iterum infra in fragmentis verbo furor rubr. vlt. vers. Furiosus de præterito.

Num. 55. post princip. ibi. Præsumitur etiam quis furiosus tempore actus &c. *dele verba*. Secus tamen si apparet etiam post furorem fuisse sanæ mentis, & continuato tempore actus.

Et dicto num.55. in fin. princ. adde sic. Et dixi hac de re iterum infra in fragmentis verbo furor, rubr. vlt. vers. Furiosus semel non præsumitur.

AD QVAEST. XCV.

Summario, in vers. Consuetudo excusat delicta commissa in &c. *deleto verbo* laudis *adde verbum* ludis.

Num. 5. in fin. adde sic. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.8. tit.25. num.20.

Num.6. in fin. adde sic. Et pro hac contraria opinione faciunt scripta per Cardin. Mantic. de tacit. & & ambig. conuent. lib.8. tit.25. num.21.22.& 23.

Num.7. in fin. adde sic. Nec dissentit Card. Mant. de tacit.& ambig. conuent. lib.8. tit.25.n.24.

Num.8. in fi. adde sic. De qua decisione mentionem fecit Card. Mantic. de tacit.& ambig. conuent. lib. 8. tit.25. num.20. & seqq. Vbi benè hanc materiam declarantem eum videas, & num.21. vers. Verùm illa Bar. opinio, & num.25. expressè declarat hanc consuetudinem excusare in foro contentioso, non autem in foro conscientiæ.

Num.12. in fine adde verba quæst.154.

Num.13. in fin. adde sic. Quibus addo Claud. ad Bertaz. in cons.544. vers. Excusaretur tamen notarius, vbi & ipse cum Dec. in loco præallegato declarat hanc consuetudinem non procedere, si additum fuisset, numerauit in præsentia mei notarij, & testium, & ita etiam declarat in vers. Adsunt præterea alia verba ibi. Etsi sint addita numerationi. Et vide quæ dixi infra, in tit. de falso, quæst.154. num.68.& seq.

Num.15. post princ. ibi. Extra de testib.& in l. qui veluti. C. de falsis &c. *adde sic*. Et latius dixi infra, in tit. de falso, q.154.n.104.& seq.

Num.20. prope finem. ibi. Gramm. dec.50.n.4.&c. *adde sic*. Ruyn. cons.151. num.11. lib.1.

Et dicto num.20. in fin. adde sic. Et licèt Ias. in l.1.§. fina. num.25.& seq. videatur dubitare de hac opinione, ea motus ratione, quia consuetudo laicorum non potest disponere de spiritualibus; non est tamen recedendum ab ea quo ad pœnam temporalem, licèt secus quo ad spiritualem, vt benè declarat Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap.11. num.56. Vbi testatur de communi.

Et post num.44. incipe à capite, & adde sic. Vide quæ dixi infra, in fragment. in verbo consuetudo, n.722.& seqq. Vbi posui an, & quando consuetudo reprobata à lege seruanda sit.

AD QVAEST. XCVI.

Summario, fol. 209. col.2. in vers. Homicidia si fit &c. *circa princ. vers. post verba. ibi*. Sic etiam possunt torqueri adsciendum etc. *adde verbum* an *& omitte verbum* ad.

Num.1. ante med. ibi, vers. Item restringitur seueritas, de rescript. in 6. &c. *adde sic*. notant Doctores communiter in c.1. de offic. delegat. Vbi præsertim Mantua, num.46. testatur de verissima, & communi opinione, proponit contraria, & illis respondet. Capr. concl.80. num.49.

Dicto num.1. ante finem. ibi. Et Marsil. in locis per eum citatis &c. *adde sic*. & in S. circa tertium, n.21. Io. Villemat. in repet. l. Diuus, n.17. vers. Vltimo limita. ff. ad l. Cornel. de sicar.

Et dicta num.1. in fin. adde sic. Decian. in tract. crimin. lib.3. cap.35. nu.95. Vbi quod multitudo delinquentium potest mouere Principem ad concedendum indulgentiam generalem.

Et post nu.12. incipe à capite, & adde sic. Et vide etiam constitutionem Marchiæ, lib.4. cap.54. qua caueri videtur, quòd si pro vnico homicidio plures proponantur culpabiles, duo principaliores delinquentes ad mortem, cæteri verò in mitiorem pœnam condemnantur, quam constitutionem refert Cartar. de exeq. sent. cap. final. num.152. Vbi licèt de eius obseruantia dubitari videatur, non tamen de ea dubitat Gabr. cons.176. ante num.1. vers. Dico, lib.1. Vltra quod videtur confirmata Cōstitutione Sixti V. edita de anno 1588. in ordine 37. in 2. par. sui bullarij, fol.198. vers. Declarantes, quæ quidem constitutio, ne erres, aduertas, quòd loquitur, vt ibi expressè dicitur, in vers. Si autem principalem, quando plures sunt culpabiles, non tamen præstiterunt homicidio cau-

causam, aut aliàs in eo cooperati fuerint; nam quando quis percussit, vel tenuit aut aliter impediuit occisum, ne posset se defendere, & hac ratione fuerit culpabilis, tunc pœna ordinaria punitur, nec delinquentium multitudo excusat, vt ibi (ni fallor) expressè dicitur.

Num.17. in fine. adde sic. Vide in fragmen. in verbo Irregularitas, num.456.

Num.21. propè finem. ibi. Et alibi pleniori manu diximus etc. *adde sic.* Quibus addo Petr. à Caball. post huius libri secundam impressionem habitum cum allegatis per eum, resol. crim. cas. 192. num. 12. Vbi testatur secundùm hanc opinionem sæpius iudicasse.

Num. 26. in princ. deletis verbis. Vulnera fuerunt. *adde sic.* tot fuerunt vulnera, quot fuerunt.

Num. 27. post med. ibi. Et pro hac ampliatione &c. *adde verbum* conferunt *omisso verbo* conterunt.

Num.28. in fine. adde sic. Et faciunt quæ in simili dixi in tit. de consultor. q. 131. nu. 28. & seq. Vbi etiam de eadem materia.

Num.29. in fine. adde sic. Quibus addo alios plures allegatos per Petr. Caball. post hæc bis impressa in lucem editum, resol. crimin. casu 198. num. 11. & seq. Vbi declarat, & cas. 192. num. 4. Vbi alios plures refert concordantes.

Num.49. in fine. adde sic. Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. cas. 158. n. 20.

Num. 59. in fine. adde sic. Sed isto casu nunquid vno soluente damna & interesse, alij liberentur, & an vulneratus habeat actionem conueniendi, quem voluerit? Vide tex. in l. item Mela. §. sed si plures seruum, & ibi glos. in verbo pœna. ff. ad l. Aquil. item glos. in l. si quis id, quod. §. fina. in verbo non sufficiat. ff. de iurisd. omn. iudic. & in l. si plures, in verbo insolidum. ff. arb. furt. cæs. cum alijs per Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resol. crim. cas. 198. num. 4. & seq.

Num.60. in fine. adde sic. Et dixi infra in fragmen. in verbo Irregularitas, num. 446. & seqq.

Num.61. in fin. adde sic. Petr. Caball. post hæc impressa in lucem editum, resolut. crim. cas. 198. nu. 33. Et dixi hac de re aliquid infra, in tit. de Consultoribus, q. 131. num. 4. & seq.

Num.64. in princ. circa med. ibi. Andr. Gayl. obseru. 109. nu. 2. vers. Limita tamen, & num. 3. lib. 2. &c. *adde sic.* Claud. in addit. ad Bertaz. cons. 299. vers. Sed casus est, & vers. seq. quem, & alios refert, & non sequitur Petr. Caball. d. cas. 192. num. 11.

Dicto nu. 64. vers. Verum hæc &c. *ante finem. ibi.* Et sequitur Baiard. ad Clar. in S. homicidium, num. 127. &c. *adde sic.* Imò secundum Petr. Ant. August. cons. 23. lib. 1. quem in proposito refert, & sequitur Petr. Caball. d. cas. 192. post med. verius de iure videtur rixæ auctorem pro homicidio commisso in rixa non posse puniri pœna ordinaria homicidij, & hæc non est mala opinio, si bene considerentur dicta per eundem Caball. dicto casu 192. d. num. 12. & num. præcedenti, quamuis communis videatur in contrarium.

Et dicto num. 64. vers. finali, in princ. post verbum, quarta limitatione &c. *adde sic.* Quæ sine dubio, vt ex allegatis apparet magis communiter à Doctoribus recepta est. [Licèt in practica nimis dura mihi videatur, & in contingenti casu ego non discederem à Claro, & alijs relatis, in vers. præcedenti.]

Num. 72. post princ. ibi. vers. Hic quæro quid de iure communi C. ad l. Iul. de vi publ. &c. *adde sic.* Et de iure canonico videtur text. qui tamen loquitur in foro pœnitentiali, in cap. sicut dignum. §. illi autem, & ibi notatur per glos. & Canonist. omnes extra de homicidio.

Dicto num. 72. propè finem. ibi. Et consulendo recedendum minimè est &c. *adde sic.* Et pro hac septima limitatione vide etiam, quæ dixi infra in titulo de consultor. quæst. 131. num. 4. & seq. & Petr. Caball. post huius libri secundam impressionem habitum, resol. crim. cas. 192. n. 1. 2. & 3. Vbi testatur ita pluries iudicasse.

Num. 74. in fin. adde sic. Bertaz. cons. 326. post n. 2. & seq. lib. 2. & ibi Claud. in addit. littera A. & littera B. post med. Vbi declarat.

Num. 75. ad finem. ibi. Vbi alios refert &c. *adde sic.* prout & alios refert Petr. Caball. d. cas. 192. n. 7.

Num. 76. post principium. ibi. Et licet idem &c. *adde. sic.* Petr. Caball. d. cas. 192. n. 7. vers. Contrarium verò videatur tenere, contrarium saltim ad effectum inferendæ torturæ, nisi contrariæ coniecturæ resisterent, & nisi facti, & præsonatum qualitas aliud suaderet. Et.

Dicto num. 76. propè finem. ibi. Et propterea non ad hunc effectum homines ibidem internemisse præsumendum ex præallegatis &c. *adde sic.* A quibus pro nunc non discedo remittendo me ad ea, *deletis verbis.* Et vide ad materiam.

Et dicto num. 76. in fine. adde sic. Quæst. 131. num. 28. & seqq. & num. 78. & seq. Et in alio, quæst. 126. num. 106. *omissis verbis*, quæst..... num.....

Num. 78. in fin. adde sic. Nec dissentiunt relati per Petr. Caball. resol. crim. d. cas. 192. n. 7. vers. Alij dicunt recurrendum esse ad coniecturas.

Num. 79. in fine adde post verbum, ibi. Quæst. *numerum* 130. num. 29.

Num. 80. in fin. adde sic. Et alios refert, & sequitur Petr. Caball. resolut. crimin. d. casu 192. num. 13. & seq. Vbi testatur, quòd ita per iudices practicatur, licet alij ibi per eum relati contrarium dixerint.

Nu. 81. propè finem. ibi. Flam. Cartar. de exeq. sent. cap. fi. n. 242. &c. *adde sic.* Petr. Caball. d. cas. 192. n. 7. vers. Ego sanè teneo cum Bal. Ludou. Peguer. decis. crim. num. 63. num. 5. & 6.

Dicto

Dicto num.81. in fine, post verbum, infra, *adde sic.* q.131.n.136. *deletis verbis* q... n...

Num.87. in fin. adde sic. Et licèt ab hac declaratione discedat Petr.Caball.resolut.crimin.d.casu 193.n.13.& seq. vbi amplius testatur, quòd ita practicatur per iudices quicquid sit in puncto iuris, tu tamen ab hac declaratione minimè discedas, quia tutior est. si enim, prout mox dicam, torti in tortura perstiterint, non est dubium, quòd veniunt absoluendi, & sic homicidium remanebit impunitum, quòd non erit, si sine tortura omnes condemnabuntur in aliquam poenam extraordinariam.

Num.94. propè finem. ibi. Paris.d.cons.148.&c. *adde verba* num.1. *deletis verbis* num.2.

Dicto num.94. in fin. adde sic. Vel melius dicas esse absoluere tortum ex hactenus deductis, quando tortura fuit sufficienter data iuxta quantitatem,& qualitatem indiciorum, quicquid contrarium videatur voluisse Paris.in loco præcitato. Vbi, in hoc parcat mihi tantus vir, loquitur contra communes iuris, & Doctorum regulas.

AD QVAEST. XCVII.

AD quam materiam vltra infrascripta vide latè & confusè, more suo, differentem Villagut. in tract. de extensione legum, in rubr. de extensione ll. poenali propter metum per totam.

Num.9. prope finem. ibi. Clar.in pract. §. fina. *adde verba* q.60. *deletis verbis* q.56.

Dicto num.9. in fin. adde sic. Decian.in tract. crim.lib.9.cap.37.num.6.in fin. Bonif.in tract.de furt.§.animo lucrandi,n.171.& 173. vbi testatur
* de magis communi Doctorum sententia.

Num.11. propè finem. ibi. Bertaz.cons.123.nu.1.& seqq.lib.1.&c. *adde sic.* Decian.in tract.crim.lib.9. c.37.n.6.Bonif.in tract.de furt.§.animo lucrandi, n.173.vers. Et verum potius arbitror.

Num.12. circa finem. ibi. Quam talia committere &c. *adde sic*. Et hanc contrariam opinionem
* magis communiter receptam testetur Bonif. in tract.de furt.§.animo lucrandi,n.173.

Num.13. in princ.ibi. A communi &c. *adde verba* prima opinione.

Num.18. in fin. adde sic. Dixi hac de re iterum infra, in tit. de delict.carn,q.141.num.95.& seq.

Num.20. in fin. adde sic. Bonif.in tract. de furt,§.animo lucrandi,n.174.

AD EANDEM Q. XCVII. CAS. II. INSPECT. I.

N*Vm.26. in fin. adde sic*. Decian. in tract.crim. lib.9.c.37.sub n.4. vbi de iudice, qui de mandato Principis facit reum furca suspendi, sine processu,& causæ cognitione.

AD EANDEM Q. XCVII. CAS. II. INSPECT. II.

N*Vm.52. in fin. adde sic*. Decian.in tract.crim. lib.9.c.37.n.7.

Num.54. in fin. adde sic. Decian.d.cap.37.n.7.

Num.61. in fin. adde sic. Tiraq. de retract. consanguin. §.8. glos.9.n.34. Petr.Caball. post hæc impressa habitus, resol.crim.casu 26.num.4.

Num.62. in fine. adde sic. Petr.Caball. d.cas.26.nu. 1. & seqq.

Num.64. in fin. adde sic. Consensit etiam Petr. Caball. vbi supra d.casu 26.num.1.& seqq.

AD EANDEM QVÆST. XCVII. CAS. IV.

N*Vm.82. ante finem. ibi*. Boss.in tit.de for.competen.num.93. &c. *adde sic*. Decian.in tract. crimin. lib.5. cap.25. num.22. & cap.39.num.4. & seqq.

Num.95. in fin. adde sic. Faciunt scripta per Decian. in tract.crimin.lib.5.cap.25.num.4. vers. Quarto limitatur.

Nu.97. in fin. adde sic. Faciunt scripta per Decian. in tract. crim.lib.5.cap.25. nu.4. ante finem, vers. Quinto limitatur.

Num. 98. in princ. in fine princ. adde sic. Faciunt scripta per Decian. in tractat. criminal. lib.5.cap. 25.num.19.

Num.103. circa medium. ibi. Corrad.Brun.in tract. de hæret.lib.4.cap.15.&c. *adde sic*. Guindisal.in tract.de hæret.q.19.num.6.Carer.in eod.tract.de hæreticis,num.63.

Dicto nu.103. post medium. ibi. Et obseruata opinione, præsertim in Hispania &c. *adde sic*. Decian.in tract.crim.lib.5.cap.25.num.2.

Et dicto num.103. in fin. adde sic. Et dixi hac de re iterum infra, in tract. de hæret. quæst. 186. num.160.& 161.

Num 105. in fin. adde sic. Dixi infra hac de re in tract.de hæret.quæst.186.num.162.& seqq.

Num. 106. in fin. deleto verbo quæst. *adde sic*. Dixi hac de re iterum infra, in tract. de hæretic.quæst. 186.num.163.

Num. 107. in fin. adde sic. Quicquid secus affirmauerit Decian. in tract.crimin.lib.5.cap.25.nu.4.vers. Tertio limitatur, & cap.37.nu.42. & ante eum Guindisal.de Villadiego, in tract. de hæret.q.19. num.8. & dixi hac de re iterum infra, in tract. de hæret.q.186.num.168.& 169.

Num.108. in fin. adde sic. Dixi infra, in tract. de hæret.q.186.n.166.& 167. Quicquid secus etiam senserit Decian. in tract. crim.lib.5.cap.25.nu.4. vers. Secundo etiam limitant,& cap.37.nu.42.& ante eum Guindisal. in tract. de hæret. quæst.19. num.6.& 7.

AD EANDEM QVAEST. XCVII. CAS. V.

N*Vm.109. post princ. ibi.* In capit. quod quis, & ibi glos. 1. Dyn. &c. *deletis verbis* numerum primum *adde sic.* numero primo.

Dicto num.109. post med. ibi. ff. de aq. pluuia arc. vbi quod &c. *adde verbum* qui.

Et dicto num.109. in fine. adde sic. Decian. in tract. crimin. lib.9. cap.37. n.4. vbi alijs relatis testatur de communi.

Num.112. in fin. adde sic. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 37. num. 5. vbi tamen quod isto casu non intrabit pœna ordinaria, de quo dixi infra, num. 120. & faciunt pro hac eadem prima limitatione Doctores allegati supra hac eadem quæstione, num.1. & seqq.

Num.114. ante finem. ibi. vers. Si vero non exercet officium suum, de reg. iur. in 6. &c. *dele verba* Iac. Menoc. ibid. num. 2.

Dicto nu.114. in fin. adde sic. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 37. num. 5.

Num.119. in fine adde sic. Decian. d. cap. 37. n. 5.

Num.120. in fine. adde sic. Decian. d. cap. 37. n. 5. & faciunt pro hac declaratione Doctores allegati supra, hac eadem quæstione, num. 9.

AD EANDEM QVAEST. XCVII. CAS. VI.

N*Vm.121. post princ. ibi.* vers. Et idem dici potest in exequutoribus &c. *adde verbum* Ang.

Num.122. in fin. adde sic. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 37. num. 4.

Num.123. in fin. adde sic. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 37. sub num. 4.

Nu.126. in fi. adde sic. Franc. Marc. decis. 246. par. 2.

AD EANDEM QVÆST. XCVII. CAS. VII.

N*Vm. 131. in fin. adde sic.* Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 37. num. 2. vbi etiam de communi. Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, nu. 170. alij referuntur concordantes.

Num. 132. in fin. adde sic. Decian. d. cap. 37. n. 3.

Num. 134. in fin. adde sic. Decian. d. cap. 37. n. 3.

Num. 136. in fin. adde sic. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 37. num. 3.

Nu. 137. in fi. adde sic. Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 170. vers. Hic autem non habuit iustam causam.

N. 138. in fi. adde sic. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 37. vbi cum hac contraria opinione residere videtur, licèt non neget primā opinionem esse cōmunem.

Num. 140. in fin. adde sic. Decian. d. cap. 37. num. 2. in secunda limitatione.

Num. 141. in fin. adde sic. Decian. d. cap. 37. n. 2. in secunda limitatione.

Num. 145. in fin. adde sic. Decian. d. c. 37. n. 2. in fin.

AD EANDEM QVÆST. XCVII. CAS. VIII.

N*Vm. 149. ante finem. ibi.* Capra concl. 80. nu. 25. &c. *adde sic.* Ruginell. pract. q. c. 35. n. 53.

Num. 150. in fin. adde sic. Et vide etiam Ruginell. pract. quæst. c. 35. n. 53. iuncto, n. 6. vbi relatis Decio, Osasco, Menochio, & Monticello in locis supra per me relatis, refert matrem & filiam fuisse capitaliter punitas, quia honoris causa dicta filia natum puerum suffocauerit. etsi consulta mater à filia quid facere de puero debebat cum illum è medio tollere cogitauerit, respondit mater se nolle hoc onus super animam, & conscientiam suam, sed si sic facere ei videretur pro euitanda infamia id faceret, teste Carpano, quem allegat in nouas constitutiones Mediolani sub tit. de pœn. rub. homicida, n. 1409. Et sic vides in isto casu, nec etiam matrem fuisse excusatam à pœna ordinaria. quāuis per verba prædicta, si vis facere facias, forsān nec iussus, nec consilium induceretur, fuit apud me hęc exequutio nimis rigorosa quo ad matrem ex præallegatis. Et an isto casu aliquo modo excusatur, vide supra quæst. 92. num. 136.

Num. 152. in fin. adde sic. Ruginell. d. c. 35. n. 53.

Num. 154. in fin. adde sic. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 37. nu. 9. Ruginell. pract. quæst. cap. 35. n. 53. vbi quod in iudicando sub hac opinione non est recedendum, nisi filius iussu patris delinquens sit minor. quia tunc duplex vinculum, scilicet minoritatis, & iussus patris saltim à pœna ordinaria excusabit, & benedicit.

Num. 160. in fin. adde sic. Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 168. vbi benè declarat quomodo isto casu, filio delinquenti de mandato patris, arbitrium suum regulare debeat in imponendo illi pœnam extraordinariam.

AD EANDEM QVAEST. XCVII. CAS. IX.

N*Vm. 163. in fin. adde sic.* Bonif. in tract. de furtis. §. animo lucrandi, n. 170. vers. Aut Dominus, vbi præsertim de Domino mandante seruo furtum mediocre.

Num. 164. in fin. adde sic. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 37. num. 8.

Num. 166. in fin. adde sic. Decian. d. c. 37. eod. n. 8. Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, nu. 170. vers. Postremò vbi præsertim de seruo committente furtum magnum de mandato Domini.

Num. 170. in fin. adde sic. Decian. dissentire videtur d. cap. 37. n. 8. lib. 9.

AD QVÆST. XCVIII. CAVS. X.

NVm. 1. *in fin. adde sic.* Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 200.

Num. 8. in fin. adde sic. Et Cathol. instit. tit. 17. rub. defens. reorum, n. 28. Vbi præsertim quod mulieres excusantur in his quæ explicitè credere non tenentur. Dixi in tract. de hæret. q. 179. n. 14.

Num. 17. ante verbum, de puniendo &c. *deleto verbo* cogitur *adde verbum* agitur.

AD EANDEM QVAEST. XCVIII. CAVS. XI.

NVm. 24. *in fine. adde sic.* Limitationibus, vide quæ dixi infra, in fragmentis littera I. num. 263. & seqq. & præsertim, num. 285. *deletis verbis* limitatio eam.

Num. 27. in fine. adde sic. Dixi hac de re iterum infra, in fragmentis littera I. n. 283. & in tract. de falsit. q. 162. n. 45. et q. 163. n. 127.

Num. 30. in fin. deleto verbo eam. *adde sic.* Vide infra in fragmentis littera I. num. 279. & seqq.

Num. 41. in fine. adde sic. Vide quæ scripsit Virg. Boccac. in consilit. Piceni, glos. 3. num. 88.

Num. 44. ante verbum, declarationes, *deleto verbo* dius *adde verbum* duas.

Num. 45. in fin. adde sic. Vide quæ dixi, in tract. de hæresi, q. 176. n. 14.

Num. 47. in fin. adde sic. Dixi hac de re iterum infra, in fragmentis littera I. num. 287. & seq.

AD EANDEM QVAEST. XCVIII. CAVS. XII.

NVm. 62. *in fin. adde sic.* Bonif. in tract. de furtis. §. animo lucrandi, n. 155.

Nu. 63. in fin. adde sic. Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 155.

Nu. 68. in fin. adde sic. Dixi hac de re iterum infra, in fragmentis, in vers. Irregularitas. n. 417. & seqq.

Num. 69. in fin. adde sic. Vide ad materiam huius ampliationis, & sequentis limitationis, quæ dixi infra, in fragmentis, in vers. Irregularitas, n. 419.

Num. 71. in fin. adde sic. Ad quæ vide Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, n. 155. post med.

Num. 72. in fin. adde sic. Et iterum dixi infra, q. 120. num. 178. et seq.

Num. 73. in fine. adde sic. Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 155. ad med.

AD EANDEM QVAEST. XCVIII. CAVS. XIII.

SVmm. in vers. Amor excusat etiã in receptatione etc. *in fi. adde sic.* vbi etiã quod excusat à furto.

Nu. 81. ante med. ibi. Et Oldr. sic dicentem referendo sequuti sunt &c. *adde sic.* Prob. ad Io. Monach. in c. accusatus, n. 11. vers. quãdo verò de hæret. in 6.

Dicto num. 81. in fine. adde sic. Quibus & generaliter addo, quod vbi aliàs honorem & venerationem præstare dæmoni hæreticale est, vt suo loco dixi; hoc tamen locum non habet, vbi quis sic faceret propter amorẽ. vt puta, ad hoc vt dæmon suam amasiam tentaret ad ipsum amandum, non autem quod sic crederet demonem tali amore dignum esse, vt per Iacob. de Graffijs in decis. cas. conscient. lib. 4. cap. 1. num. 11. & voluerunt Summa Antonina & Thabien. & Toler. in locis relatis per Bart. Vgolin. in tract. de censuris Pontifici reseruatis, par. 2. in rubr. de excommunicatione lata contra hæreticos. §. 2. num. 7. vers. Ego tamen excipio. fol. mihi 48.

Num. 83. in fine. adde sic. Decian. in tract. lib. 5. cap. 37. num. 18.

Num. 85. in fine. adde sic. Et Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, nu. 134. Vbi etiam quod amor excusat à crimine furti, quando constat quòd non animo lucrandi quis furatus fuerit res suæ amasiæ, vt in exemplo ibi per eum relato.

AD EANDEM QVAEST. XCVIII. CAVS. XIV.

NVm. 114. *in fin. adde sic.* Bonif. in tract. de furt. §. vltimo, n. 69. Petr. Caball. cum allegatis per eum, resolut. crim. cas. 99. n. 106. & seqq.

Num. 115. in fin. adde sic. Bonifac. vbi supra dicto num. 69.

Num. 116. in fine. adde sic. Bonif. in tract. de furt. §. vltimo, num. 69. Petr. Caball. cum alleg. per eum, resolut. crim. cas. 99. n. 106. & seqq.

Num. 133. in fin. adde sic. q. 141. n. 13. & seqq.

AD EANDEM QVÆST. XCVIII. CAVS. XV.

SVmmario, vers. Peritia insignis &c. *in fin. vers. adde sic.* Limita pro vna vice tantum, n. 139. in fine, vers. Limita quarto.

Num. 134. post princ. ibi. Vt accederet ad deseruiendum in bello, & strage Idruntina contra &c, *adde verbum* Turcas *deleto verbo* Theocras.

Dicto n. 134. propè finem. ibi. Verum quicquid ibidem dicat Clar. apud nos hęc eadem conclusio &c. *adde sic.* Pro qua etiam addo Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 24.

Et post num. 139. adde sic. LIMITA IV. eandem propositam regulam, vt procedat ad excusandum peritum, & excellentem in arte pro vnica tantùm vice, & qui semel tãtùm deliquerit secus si semel excusatus propter suam peritiam, & excellentiam ita delinqueret, quia tunc nullatenus

excusaretur, ne eximia virtus delinquendi materiam præbeat ex allegatis per Bonif. in tract. de furt. §. animo lu crandi, num. 24.

Nu. 140. *in fin. adde sic.* Bonif. in tract. de furt. §. animo lucrandi, num. 24. Vbi de materia.

AD EANDEM QVÆST. XCVIII. CAVS. XVI.

NVm. 145. *propè finem. ibi.* Et magis attrahentem Iudæos ad conuersionem &c. *adde sic.* alios refert concordantes Petr. Caball. quem post huius libri impressionem habui, resol. crimin. cas. 113. Vbi quod hæc opinio est æquior, & Christianæ Religioni magis fauens. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 15. num. 2. Vbi licèt contrariam opinionem communem asserat, hanc tamen sequendam affirmat, tribus concurrentibus. Primò, quòd nulla adsit fraudis suspicio. Secundò, si Iudæus non de recenti fuerit factus Christianus. Tertiò, quando sic Christianus factus probè vixerit. eandemq. sententiam indubitanter amplectitur, vel quando Papa, aut alius Princeps expresè omnes pœnas remisisset, vel quando constaret Iudæum ante commissum delictum fecisse votum suscipiendi fidem Christianam. His inquàm quinque casibus Decian. vbi supra admittit hanc sententiam.

Num. 146. *versus finem col.* 1. *ibi.* Et Anan. in d. §. de his, contrariam dixerint æquiorem &c. *adde sic.* Relati per Petr. Caball. resol. crimin. cas. 113. n. 1. * & seq. qui pariter testantur de veriori, & communi Doctorum sententia.

Dicto nu. 146. *propè finem ante verba. ibi.* Nec obstant iura &c. *adde sic.* Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 10. num. 28. Vbi dixit hanc contrariam opinionem proculdubio esse veram, & tenendam, vbi esset suspicio, quòd quis ad fidem se conuertisset, vt pœnam euitaret, & cap. 15. n. 2. Vbi alios * de communi testantes refert.

Num. 152. *in fin. adde sic.* Petr. Caball. resolut. crim. casu 113. num 5. & seq.

Num. 153 *in fin. adde sic.* Petr. Caball. resolut. crim. d. cas. 113. n. 2. & 4. Decian. in tract. crim. lib. 5. n. 2. ad med. Vbi quod indubitatū est, Iudæum factum Christianum ex fraude, non euitare pœnas delictorum commissorum ante assumptū baptismum.

Num. 154. *in fine. adde sic.* De quo etiam per Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 15. num. 2. in fin. principij, & num. 5. & 6. Vbi quod ex factis, & vita subsequenti post baptismum præsumitur fraus, & ponit exemplum, quando Iudæus effectus Christianus adhuc frequentissimè conuersaretur cum Iudæis, vel in assumptione baptismatis sibi nomen non mutasset.

Num. 156. *in fin. adde sic.* Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 15. n. 2. vers. quam tamen opinionem ...

Num. 157. *in fine. adde sic.* Decian. vbi supra, num. 3.

AD EANDEM QVAEST. XCVIII. CAS. VI.

NVm. 164. *in fin. adde sic.* Ad cuius comprobationem, vide etiam nouissimè Ruginell. pract. quæst. cap. 35. n. 7. & 8.

Num. 166. *in fin. adde sic.* Ruginell. vbi supra d. cap. 35. num. 8.

Num. 168. *in fin. adde sic.* Dixi iterum infra in fragmentis vers. Iudæus, num. 637. & seq.

Num. 170. *in fin. adde sic.* Ruginell. vbi supra pract. quæst. cap. 35. num. 7. & 8.

Num. 172. *ad finem. ibi.* Sed quia sic de iure liberari debebant &c. *adde sic.* Ruginell. pract. quæst. c. 35. n. 8. in fin. Vbi dixit, clarissimum esse hanc cautelam præsentandi filium ad effectum minuendi pœnam, non esse vsu receptam, ea ratione ne filijs ad delinquendum occasio detur.

AD QVAEST. XCIX. PAR. I.

NVm. 119. *in fin. adde sic.* Addo pro hac limitatione Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resol. crim. cas. 23. num. 13. & ante eum hoc idem voluit Vinc. de Franch. d. decis. 314. nu. 2. vers. Accedebat prædictis. & n. 5. vers. nec similiter. vbi testatur de eadem obseruantia.

Num. 152. *ante finem. ibi.* Hoc tamen intelligit procedere ipsi &c. *dele verba* oblato, &.

Et propè finem. ibi. De quo tamen dixi supra d. tit. de inquis. quæst. &c. *adde* num. 11.

Num. 163. *ante finem. ibi.* Et in Prouincia Romandiolæ &c. *adde sic.* Quod & idem etiam plenè probauit in cons. 216. per tot.

Num. 190. *propè finem. ibi.* Vbi licèt apud &c. *adde verbum* eum.

Et dicto num. 190. *in fin. adde sic.* Pro qua faciunt scripta per Vinc. de Franch. decis. 314. n. 1. & 2. par. 2. Quicquid secus idem senserit in casu suo, de quo dixi infra nu. 192. vbi vide, & magis faciunt Doct. allegati per Petr. Caball. post hæc impressa habitum, casu 23. nu. 1. & seqq. vsque ad num. 11. Vbi etiam alij referuntur concordantes ex quibus negari non potest hanc limitationem * esse magis communiter receptam, & verissimam adhibitis tamen infrascriptis declarationibus. Quicquid secus pariter ipse Caball. senserit in casu suo, de quo etiam dixi infra num. 192. Vbi vide.

Num. 192. *colum.* 1. *ante finem. ibi.* Vel instructor, extra de accusat. etc. *adde sic.* Marsil. consil. 73. num. 76.

Dictum. 192. *ante finem. deletis verbis.* vbi dixit *adde*

adde sic. Quem refert, & sequitur Vinc. de Franch. decis. 314. n. 3. & seqq. nec dissentit Petr. Caball. resol. crim. casu 23. n. 11. dicentes.

Et dicto num. 192. propè finem. ibi. Aut captiuitatis &c. *adde sic*. testantesq. ita apud eos seruari. quicquid enim apud eos seruetur, non est extendendum ad alia loca, & præsertim ad Vrbem, in qua quando incontinenti docetur de banno occisi hanc limitationem sæpius seruatam vidi. Et hæc Vrbis obseruantia concordat cum communi opinione Doctorum, quos supra allegaui, quamuis Caballus vbi supra eam non teneri crediderit, nisi à Marsilio in dicto cons. 73. num. 76.

Num. 199. propè finem. ibi. Vbi omnes Doctor. &c. *adde verbum* ita.

Et dicto n. 199. in fin. adde sic. Relati per Petr. Caball. resol. crim. casu 23. num. 4. in fine, & seqq.

Num. 200. in fine. adde sic. Petr. Caball. d. casu 23. num. 6. & 7. quem omninò vide declarantem, quando dicatur notoriè constare de banno, & quid si dubium consistit in facto, vel in iure? Et quando extrinseca probatio tollat, vel non tollat banni notorietatem, & alia ad materia.

AD QVAEST. C. CAP. II.

SVmmario, col. 1. in vers. Causa vna quando dicatur &c. *in fin. vers. adde sic*. Et quis debeat cognoscere an causa criminalis sit præiudicialis ciuili, vel è contra? an scilicet, iudex criminalis, vel ciuilis d. n. 81. in fin. vers. Verum.

Num. 58. propè finem. ibi. Igitur amice lector in hoc secundo &c. *adde sic.* huius quæstionis.

Et dicto n. 58. in fin. adde sic. Cum de secundo infra in seq. capite verba faciam.

Num. 59. ante finem. ibi. Clar. in pract. §. fin. &c. *deletis verbis* q. 52. *adde verba* q. 2.

Dicto n. 59. in fin. deleas verba tom. 3. *& adde sic*. Et habemus constitutionem Pij IV. super reformatione Rotæ in vers. Et si Auditor, vbi ad litteram dicitur, quod si causa criminalis fuerit præiudicialis causæ ciuili, ipse Auditor in eius cognitione supersedeat.

Num. 60. qui incipit LIMITA *incipiendus est* AMPLIA.

Num. 62. post princ. ibi. Tunc enim &c. *adde verbum* prius *deleto verbo* potius.

Et paulò post. ibi. Et pro hac ampliatione faciunt plura iura deducta per &c. *adde nomen* Natt. *& dele* Matt.

Dicto num. 62. ante verbum. ibi, Verum quia id potest &c. *adde sic*. Et in terminis ita post hæc impressa resoluit Rota coram R. P. D. Coccino in vna Griptæ ferratæ, seu nullius iurisdictionis Lunæ 6. Aprilis 1609.

Num. 67. circa med. ibi. Vbi declarat, declarationem ibi videas &c. *adde sic*. De quo dixi infra n. 103.

Num. 69. in fin. adde sic. Vbi tamen relati Doctores loquuntur non in falsitate testium; sed in falsitate accusationis.

Num. 70. in fin. adde sic. Vide tamen Boss. in tit. de crim. falsi, num. 106. Vbi videtur tenere quod testis falsus coram vno iudice examinatus, possit etiam de falso accusari coram alio iudice habente criminalem iurisdictionem.

Et post num. 81, incipe à capite, & adde sic. Verum in proposito pulchra occurrit dubitatio, & à Doctoribus, quos viderim non adhuc mota. Quando lis mota est, & criminaliter, & ciuiliter, & vterque iudex prætendit, suam causam esse alterius iudicis causæ præiudicialem, quis debeat hoc cognoscere; an iudex criminalis, an verò ciuilis. Vtilitas huius quæstionis non est modica, & illius resolutio est necessaria. quia vnusquisque iudex suam tuetur iurisdictionem, & vt vulgo dicitur quisque aquam ad suum molendinum trahere nititur. & sæpè contingit, quòd præiudicium sit vicissitudinarium, hoc est, quod criminalis præiudicet ciuili, & ciuilis criminali. Videtur dicendum, quòd criminalis iudex tanquam maior iudice ciuili, ad tex. in l. final. C. de ordin. iudiciorum, hoc cognoscere debeat. Sed, vt veritatem fatear, plures vidi commissiones in hac materia signatas, & directas Rotæ, & sic iudici ciuili cum clausula, quod constito, quòd ciuilis sit præiudicialis criminali, faciat in criminali supersedere. & è contra plures aliàs vidi commissiones signatas, & directas iudici criminali cum eadem clausula, quod constito, quod criminalis sit præiudicialis ciuili, faciat in ciuili supersedere. Quid dicendum? Aliàs hæc difficultas fuit proposita in Signatura Gratiæ coram Paulo V. Pontifice Maximo sub die 1. Februarij 1611. me existente Procuratore fiscali, & pro fisco scribente. Et fuit votatum, & resolutum, quòd hæc cognitio spectet ad iudicem criminalē, quando causa criminalis fuit principaliter intentata post causam ciuilē; & de illo crimine principaliter criminaliter intētato non fuerit in iudicio ciuili aliquo modo oppositum, aut discussum. Quod si coram iudice ciuili de crimine fuit ciuiliter dictum, exceptum, aut discussum, tunc iudex ciuilis cognoscit; an causa ciuilis sit criminali præiudicialis etiam principaliter intentata, & facit in criminali supersedere, prout fuit resolutum in illa Romana de Stocchis coram Gypsio registratæ post mea consilia decis. 124. Secus si de crimine criminaliter, & principaliter intentato in iudicio ciuili nihil fuit dictum, aut oppositum; quia tunc talis cognitio, an causa criminalis sit præiudicialis ciuili, committitur iudici criminali, & non ciuili. Et propterea obtinui in vna Neapolitana fraudolentæ simula-

tionis criminaliter intentata coram Auditore Cameræ, quod idem Auditor Cameræ cognosceret, an illa esset præiudicialis ciuili commissa in Rota, & hoc quia licèt in Rota penderet iudicium ciuile, nunquàm tamen in eo fuit dictum, oppositum, aut discussum de fraude, & simulatione cessionis. quæ omnia benè nota, quia fuit notabilis, & iuridica resolutio.

Num. 103. *circa princ. ibi.* Ideo supersedendum non est &c. *deletis prius verbis* prout videtur tex. *adde sic*, & est tex. satis apertus.

Et paulò post.ibi. Et ibi Bald. in summario &c. *adde sic.* Bar.& Alberic.& Doctores omnes communiter.

AD EANDEM QVAEST. C. CAP. III.

AD *Summarium, post vltimum versiculum incipe à capite, & adde sic.* Actione ciuili ad amissionem dotis pro adulterio mota, an possit postea criminaliter agi ad pœnam, & è contra., num. 150. in fine, vers. Simile est.

Num. 119. *in fin. adde sic.* Et in l.damus. C. ad L. Cornel. de fals.

Num. 125. *post princ. ibi.* Et in l.damus,& ibi præsertim &c. *adde sic.* post glos, & alios Doctores, qui plenè examinant materiam.

Num. 127. *in fin. adde sic.* Et probat tex. & ibi glos. & communiter Doctores omnes in d.l.damus. C. ad l. Cornel. de fals. & voluit Boss. in tit. de foro competenti, num. 122. & in tit. de pluribus violentijs,num. 113.

Num. 146. *prope finem. ibi.* Quæ ciuili prius intentatæ fuisset præiudicialis &c. *adde sic.* & concordat Grat.cons.71. num. 19.& seq.lib. 2. Vbi contendit iudicem non posse ex officio procedere criminaliter, vbi parti est præclusa via accusandi, ex eo quod prius ciuilem intentauerit actionem. nec dissentit Rota in vna Interamnen. pecuniaria Lunæ 23. Iunij 1608. in vers. Minus etiam afficia, & seqq. registrata post mea consilia, lib. 2. quam omninò videas.

Num. 70. circa principium. ibi. Prodesset in practica deferenti arma, &c. *adde sic*. Nisi illa acciperet, & deferret in casu aggressionis, & imminentis periculi pro defensione sui corporis, prout loquitur Affiict. relatus per Petr. Caball. vbi supra.

Num.

Num. 88. *in fin. adde sic*. Nec à præmissa limitatione recedit Petr. Caball. post hæc impressa habitus, qui non solùm loquitur in deferente fustes, & lapides, sed etiam in deferente mannaram, accettam, roncham, malleum, seu aliud instrumentum ferreum rusticale, constructum tamen non ad offensionem alicuius, sed ad exercitium alicuius artis, resolut. criminal. casu 63. num. 4. & seqq. vbi et ipse tenet deferentes lapidem, fustes, et instrumenta prædicta, non teneri poena delationis armorum, nisi constaret, quòd malo animo offendendi aliquem illa gereret.

Sed nunquid vulnerans aliquem cum fuste, seu lapide, seu etiam aliquo ex prædictis instrumentis ferreis, teneatur poena statuti punientis vulnerantem cum armis? Videtur quòd sic, secundùm Afflict. in constitut. Regni, lib. 1. rubr. 9. de illicita portatione armorum, super constitut. intentionis, quæst. 3. num. 11. et 12. et rubr. 12. de percussione illicita cum armis, super constitutione, si quis aliquem, constit. 4. num. 6. et 7. et Afflicti opinionem in practica seruari testatur Petr. Caball. dicto casu 63. num. 6. Sed ego de hac Afflicti sententia valdè dubito, cum contra ipsum videatur stare communis opinio, vt patet ex Felyn. Corn. Rom. et Alex. in locis relatis per Caball. dicto casu 63. num. 5. & videtur de mente Doctorum allegatorum supra hoc eodem num. 88.

Num. 117. *in fin. adde sic*. Dixi iterum supra quæst. 103. num. 75. et seq. et alios etiam refert concordantes Petr. Caball. resolut. criminal. casu 45. per totum. Vbi etiam declarat, an & quando quis præsumatur deferre arma pro occidendis bannitis, an verò ad alium malum finem.

Num. 128. *in fine. adde sic*. Et isto casu quando quis habuit licentiam deferendi arma, data fideiussione de non abutendo, si illa licentia data fuerit reuocata, et iterum renouata, nunquid fideiussor illo casu censeatur liberatus; an verò remaneat obligatus? Vide latè differentem Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resolut. crim. cas. 59. Vbi concludit, quòd censetur liberatus.

Num. 134. *in fin. adde sic*. Et Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resol. crimin. casu 63. num. 9. et seqq.

Num. 154. *circa medium. ibi*. Tunc enim cum ex grauitate poenæ, delictum reputetur graue etc. *dele verbum* Hoc.

Dicto num. 154. *post med. ibi*. Quia in grauibus delictis huiusmodi officialibus propter eorum etc. *adde verbum* vilitatem, *omisso verbo* vtilitatem.

Num. 156. *in fin. adde sic*. Ad quæ vide etiam scripta per Petr. Caball. post hæc impressa habitum, resolut. criminal. cas. 126. vbi plura ponit in materia.

AD QVÆST. CIX.
PAR. I.

NVm. 1. *in fin. adde sic*. Ad quam vide etiam quæ scripsit Didac. Cantera (qui post hæc impressa ad manus meas peruenerit) in quæst. criminal. cap. 8. rubr. de furt. num. 54. in fine, et sequentibus.

Num. 69. *prope finem. ibi*. Capra concl. etc. *adde num.* 86. *omisso illo* 83.

AD EANDEM QVÆST. CIX.
PAR. IV.

NVm. 165. *versus finem ibi*. (Loquitur tamen in ludo permisso etc. *adde sic*. Et vide quæ in simili dixi infra quæst. 126. num. 35.

AD QVÆST. CX.
CAP. I.

NVm. 6. *ante finem. ibi*. Plures distinxit casus, de quibus, ibi per eum etc. *deletis verbis* Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 390. *adde verbum* et.

Num. 7. *ibi*. Vulpell. cons. 150. num. 1. et seq. etc. *adde sic*. Viui. *deleto nomine* Viuia.

Et paulò post. ibi. Opi. 439. num. 1. etc. *adde sic*. Petr. Caball. post hæc scripta habitus, resol. crimin. casu 22. Vbi de eo, qui ignem immisit, et combussit aceruum frumenti cum palea non triturati, et non existentis penes ædem aliquam, concluditque istum sic comburentem posse poena triremium ad tempus plecti, et deinde in discursu illius casus distinguit de incendio paruo, et magno immisso in Ciuitate vel extra, de nocte vel de die, propè domum vel longè à domo, vbi non adsit periculum maioris incendij, et alia ad materiam ibi videas per eum. Et vide etiam de poena incendiarij, ea quæ scripsit Didac. Cantera in quæstion. criminal. capit. 8. rubric. de furt. numero trigesimoprimo. Vbi videtur distinguere; An incendium sit magnum, aut paruum? An immissum in Ciuitate, vel in villa, vel in alio loco? Et an incendiarius sit persona vilis, vel nobilis? Et an etiam incendium fuerit immissum in Ecclesia, vel alio loco religioso?

Num. 9. *in fine. adde sic*. Petr. Caball. dicto casu 22. num. 6.

Num. 13. *ibi*. Plot. in l. si quando, num. 731. in fin. secundum etc. *omisso verbo* vltimam. *adde verbum* antiquam.

Numero 15. *in fine. adde sic*. Addo præmissis Didac. Canter. in quæstion. criminal. cap. 8. rubr. de furt. num. 28. vers. De incendiarijs. et num. 29. vbi pluribus probat, Clericum incendiarium vltra

excommunicationem, deponi & in monasterium detrudi, laicum verò excommunicari. An autem sit excommunicatus ipso iure, & an possit absolui ab alio quàm à Summo Pontifice, vide ibidem num. 30.

Num. 17. in fin. adde sic. Didac. Cantera in quæst. crimin. cap. 8. rubr. de furt. num. 31. ad finem, vers. secundus casus.

Num. 19. ante finem. ibi. Vbi, quod pro leui culpa quis &c. *adde verbum* non.

Dicto num. 19. in fin. adde sic. Didac. Cantera in quæst. crimin. 8. rubr. de furt. num. 31. vers. secundus casus. Vbi quod pro leui culpa imponitur pœna pecuniaria. Et si incendiarius non habet vnde eam soluat, relegabitur.

Num. 20. in fin. adde sic. Didac. Cantera vbi supra. num. 31. in fin. vers. tertius casus est.

Num. 33. in fine. adde sic. Didac. Cantera in quæst. crimin. cap. 8. rubr. de furt. num. 31. in fine, vers. Tertius casus est.

AD QVÆST. CXI. ART. I.

NVm. 4. in fine. adde sic. Bonifac. in tract. de furt. §. alienæ rei, num. 86.

Num. 6. in fin. adde sic. Bonifac. in tract. de furt. §. alienæ rei, num. 85.

AD EANDEM QVAEST. CXI. ART. II.

NVm. 15. in fin. adde sic. Bonifac. in tract. de furt. §. alienæ rei, num. 83.

Num. 16. in fin. adde sic. Bonifac. de furt. §. alienæ rei, num. 91. & num. 105.

Num. 27. in fin. adde sic. Bonifac. de furtis. §. alienæ rei, num. 91.

Num. 39. in fine. adde sic, Bonifac. vbi supra. dicto num. 91.

AD EANDEM QVAEST. CXI. ART. III.

NVm. 43. in fine. adde sic. Bonifac. in tract. de furtis. §. alienæ rei, num. 82.

AD EANDEM QVAEST. CXI. ART. VII.

NVm. 114. ante finem. ibi. Vbi quod isto casu potest imponi poena relegationis in insulam &c. *adde sic*. (loquitur tamen Ang. non in corrumpente iudicem, sed in tertio pecuniam promittente iudicis sententiam absolutoriam.)

AD EANDEM QVAEST. CXI. ART. IX.

SVmmario. vers. 1. post verba alijsq. poenis &c. *dele verba* q. 111.

Num. 151 in fin. adde sic. Bonifac. in tract. de furt. §. alienæ rei, num. 90.

Num. 160. in fin. adde sic. Bonifac. de furt. §. alienæ rei, num. 93.

Num. 168. in fin. adde sic. Petr. Caball. quem post hæc impressa habui, resolut. criminal. cas. 195. num. 2. Bonifac. de furt. §. alienæ rei, num. 84.

Num. 171. in fine. adde sic. Petr. Caball. dicto casu 195. vbi pluribus hanc ampliationem comprobat.

Num. 173. in fine. adde sic. Et cum hac ampliatione concordat Reformatio Pauli Quinti in rubr. Commun. omn. iudic. in §. Ad hæc Iudices omnes. vbi prohibetur iudicibus sub poenis arbitrio Sanctissimi infligendis, recipere ne quid minimum à litigantibus coram ipsis, non solùm sub nomine muneris, sed etiam sub quocunque alio titulo, nomine, aut prætexto.

Num. 176 in fin. adde sic. Et per Petr. Caball. post hæc impressa in lucem editum, resolut. criminal. casu 195. num. 5.

Num. 177 in fin. adde sic. Prosequendo etiam Bonifac. in tract. de furt. §. alienæ rei, num. 91.

Num. 199. in fine. adde sic. Bonifac. in tract. de furtis. §. alienæ rei, num. 89.

Num. 214. ad finem. ibi. Littera B, etc. *adde sic*. nec dissentire videtur Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resol. crimin. in casu 195. num. 7.

AD EANDEM QVAEST. CXI. ART. X.

SVmmario, post vltimum versiculum. adde sic. Inquisitores causarum hæreticalium non debent accipere munera etiam esculenta, & poculenta, num. 251.

Num. 235. in fine. adde sic. Bonifac. in tract. de furtis. §. alienæ rei, num. 94. & 98.

Num. 236. in fin. adde sic. Bonifac. in d. tractat. de furtis. §. alienæ rei, d. num. 94. & 98.

Num. 240. in fine. adde sic. Quæ tam rigorosa poena fuit postea in reformatione Pauli Quinti de anno millesimo sexcentesimo duodecimo edita, temperata, & moderata ad poenam infamiæ, & priuationis officij.

Num. 241. ante fin. ibi. Et poculenta non magis valoris recipere, & ita etiam loquitur &c. *delendo nomen* Viuia. *adde* Viuius.

Dicto num. 241. in fin. adde sic. Scappa de iure non scripto, lib. 3. cap. 19. num. 24.

Num. 242. in fin. adde sic. Bonif. de furt. §. alienæ rei, num....

Num.243. in fin. adde sic. Bonif. de furt. S.alienæ rei,num.95.in fine.

Num.245. in fin. adde sic. Bonif.de furtis. S.alienæ rei,num.87.

Num. 250. in fin. adde sic. Bonif.de furtis. S. alienæ rei. num.95.& 96. Scacc.in tract.de caus.iud. causar. ciuil.crimin. & hæretical.cap.87. post nu. 12.vers. Si de alijs iudicibus, & seqq.vers. Vbi de materia.

Num.251. in fin. adde sic. Et hanc contrariam sententiam præcipuè seruandam in iudicibus causarum hæreticalium, & inquisitoribus, saltem de honestate,post alios quos allegat,scripsit Sigism. Scacc.in tract.de iudic.causar.ciuil.crimin.& hæretical. lib.1. cap.87.nu.12. & ante eum Decian. in tract.crimin. lib.5.cap.24.n.13. Vbi facit conclusionem, quòd isti inquisitores debent se abstinere etiam ab esculentis & poculentis, quæ paucis diebus cōsumi possunt, licèt non ideò puniendos arbitretur, si aliquid ex his minimum accipient.Repert.inquis.in verbo extorquere,vers.sed quæro iuxta prædicta, & ibi Mandos.in addition. littera F.Io.à Royas,singul.112.vbi latè.Simanc. Cathol.instit.tit.34.rubr. de inquisitoribus Apostolicis,num.41.& seqq.

Num. 253. in fin. adde sic. Relati per Scacciam, in tract.de iudic. causar.ciuil.crimin.& hæretic.cap. 87.num.12.vers. Si de iure, & vers. seq.& ante eum ab hac distinctione non dissentit Decian.in tract.crim. lib.5.cap.24.num.13.

Num.254.in fin.adde sic. Et vide etiam Scacciam, in tract.de iudic. causar.ciuil. crimin. & hæretic. cap.87.num.12. vers. Contrariæ sententiæ,lib.n. vbi testatur de veriori opinione.

Num.255. post med. ibi. Vbi quod ista esculenta, & poculenta non debent excedere centum aureos in anno &c. *adde sic*. Quòd voluit Glos. in cap. non licèt 11. q. 3. & quod iure non placuit Deciano,in tract.crimin.lib.5.cap.24.num.13.in fine. Vide eundem Boss. vbi supra dicto, num.3. *deleto verbo &*.

Num. 257. qui incipit vt &c. incipiendus est vbi.

Num.259.in fin. adde sic. Quibus addo Scacc. in tract.de iudic. causar.ciuil.crimin. & hæretic. vbi dixit in proposito,habendam esse rationē ad qualitatem iudicis accipientis, ad suam solitam impensam,& qualitatem dantis,ex Boss. in loco prę allegato lib.1. & ante eum Decian. in tract.crim. lib.5.cap.24. num.13. ad fin. Vbi pariter hoc iudicis arbitrio relinquendum habita ratione personarum, loci, & temporis, & aliarum circumstantiarum affirmauit.

AD EANDEM QVÆST. CXI. ART. XII.

NVm.179.in fin.adde sic. Et etiam ad præmissa vide Petr. Caball. post hæc impressa habitum,resolut.crimin.casu 67. Vbi reassumit dicta per Menoch. vbi supra, ac deinde valdè inuehit contra istos fumi venditores, & hominum deceptores. Quod & idem ante eum fecit Bonif. in tract.de furtis.S.alienæ rei,num.108.

Num. 343. circa princip. ante verbum. ibi. de anno 1592. &c. *adde verbum* publicatam *deleto verbo* communicatum.

Num.430. propè finem.ibi. Bertaz.cons.71. &c. *adde verba* num.55. *omissis verbis* num.25.

AD EANDEM QVÆST. CXI. ART. XVI.

NVm. 573. in fin. deleto num. 287. adde sic num. 387. Et in tantùm est vera præmissa septima limitatio, vt etiam stante statuto, quod officialis syndicetur de iniustitia, adhuc statutum hoc intelligendum est non de qualibet iniustitia, sed de ea tantum, quæ euidens, & notoria sit,ex allegatis per Bertaz.in cons.91.n.4.Claud. in addit. ad eum in cons. 81. littera C. & fuit de mente Fabij Turretti in cons.4.num.86.& seq.

AD QVAEST. CXII. INSPECT. II.

NVm. 75.circa principium. ibi. Vbi omnes, & præcipuè &c. *adde nomen* Franc. *deleto verbo* Francisc.

Num.107. in princ. post verbum, Ampliat *adde numerum* 19.

Nu.121. propè finem. ibi. Quas filij incurrunt;quæstione vndecima &c. *adde sic*. Conant. var. resol. lib.2.cap.8.n 4.in vers.pro qua adducitur textus.

Num.130. in fin. adde sic. Vgolin. de censur.par.2. S.explicatis præmissis,nu.5.fol.mihi 33. Nauarr. cons.31.num.6.de sent.excomm.

Num.132.circa med.ibi. Archiepiscopos &c. *adde verbum* Episcopos.

Dicto num.132.propè finem. deletis verbis.ibi. Vbi etiam ponit Episcopos. *adde sic*. Vbi etiam extendit ad alias pœnas contentas in d.c. filius, de pœn. in 6.

AD EANDEM QVÆST. CXII. INSPECT. III.

SVmmario,post versiculum primum,incip.Crimen læsæ maiestatis regulariter &c. *adde sic*. Offendens, seu vulnerans Vicarium Episcopi quomodo puniatur, num.139.

Post num. 139. incipe à capite, & adde sic. Et quid de offendente Vicarium Episcopi, dic quod si offensio fuit facta ratione officij, puniendus est pœna mortis, si fuerit laicus, si verò clericus ad triremes, ex allegatis per Petr. Caball. post hæc im-

impressa habitum, resolut. crimin. casu 87. vbi votum dedit contra quendam Diaconum, qui Vicarium sui Episcopi cum Scimitarra in via publica, & coram pluribus personis, & ferè in conspectu Episcopi vulnerauit in brachio ratione officij. Dixitque eum fore condemnandum ad triremes per triennium. Fuit quidem votum pro amico, & ego si iudex fuissem, aut in perpetuum, aut saltim per decennium dictum Diaconum ad triremes condemnassem.

AD EANDEM QVÆST. CXII. INSPECT. VI.

NVm. 209. propè finem. ibi. Per Io. de Prat. cons. crimin. diuers. 9. num. 2. & 3. tom. 2. &c. adde sic. Bonif. in tract. de furt. §. corporalis, nu. 54. vbi amplius, quod isto casu proditoris insignia delentur. & eius imago pedibus appensis, & conuersis depingitur.

AD EANDEM QVÆST. CXII. INSPECT. VII.

NVm. 231. circa princ. ibi. Sacerdotibus, & clericus, in quo, &c. adde sic. vide omninò per me scripta supra quæst. 8. nu. 28. & seqq. & Arnal. Albertin. in repet. cap. 1. de hæret. in 6. quæst. 11. num. 75. & seqq. & quæst. 15. num. 3. & seqq.

AD QVÆST. CXIII. INSPECT. I.

NVm. 2. in fin. adde sic. Bonif. in tract. de furt. §. corporalis, num. 54.

AD EANDEM QVÆST. CXIII. INSPECT. IV.

NVm. 132. in prin. ibi. Quia licet non intret &c. deleto verbo, pœnas adde verbum pœna. Dicto num. 132. ante med. ibi. Et de iure ciuili est tex. &c. adde sic. in l. conuenticulam. C. de episc. & cleric.

Num. 134. in princ. circa med. deletis verbis. ibi. Obnadamnatorum. C. de pœn. Io. præscriptionis. &c. adde sic. bona damnatorum. C. de bon. præscript. Dicto num. 134. in vers. incipien. Vbi etiam &c. circa princ. ibi. Maran. de ordin. iudic. &c. adde verbum par. 6. deleto verbo par. 2.

Et paulò post. ibi. Rubr. de seditios. &c. adde verbum num. 5. deleto verbo num. 63.

Num. 135. in princ. quod incipit Limita I. &c. incipiendum est Limita II.

Num. 140. in fin. adde sic. Vide infra num. 203.

Post num. 142. incipe à capite, & adde sic. Obstat autem huic limitationi tex. in l. armatos. ff. ad l. iul. de vi publ. vbi dicitur armatos non vtique eos accipere debemus, qui tela habuerunt, sed etiam eos, qui habent aliud quod nocere potest, concordat tex. in l. hi, qui. §. telorum. ff. eodem, & in l. si pignore. §. furem. ff. de furt. quibus probatur telorum appellatione venire omnia ea, quæ nocere possunt, per quæ iura Decian. in tractat. crimin. lib. 8. cap. 2. num. 3. iuncto, num. 5. & 6. dixit, quod statutum puniens vim cum armis, vel cum collecta hominum armatorũ, procedit etiam in inferente vim cum hominibus cespite, gleba, saxis, vel lignis, armatis. Idem dixit Petr. Caball. resolut. crimin. casu 63. num. 4. & seqq. Vbi reprobato Corneo in loco præallegato, hanc opinionem pluries in practica seruari vidisse testatur, licet secus eredat quo ad pœnam delationis armorum.

Pro resolutione est in primis aduertendum, quòd Corn. in fine illius consilij concludit pro absolutione eorum pro quibus consuluit, non ex hoc solo fundamento, quod non dicantur armati homines qui gerunt pugnettos, zappas, secures, aliaque similia instrumenta rusticalia; sed etiam ex alijs præcedentibus fundamentis simul iunctis, inter quæ illud fuit potissimum, quia dicti homines sic armati nihil illicitum fecerunt, & insultus, ac deuastatio aratri, quæ contra ipsos prætendebantur, non erant in processu probata, vt videre est in principio illius consilij, num. 2. vers. Tamen his non obstantibus. Et propterea, num. 4. tenet, quòd non sequuto alio delicto, homines sic zappis, rastris, & securibus armati, non incurrunt pœnam conuenticulæ hominum armatorum, quia alias sequeretur absurdum, quòd quatuor, aut quinque rustici non possunt insimul ire cum zappis ad ligonizandum, cum securibus ad incidendum ligna, vel cum lapidibus ad murãdum. Quare secus si cum dictis lapidibus, zappis, & securibus aliquem insultauerint, percusserint, aut vim fecerint, quia tunc intrat pœna statuti punientis percutientem, insultantem, aut vim facientem cum armis, prout loquuntur Decian. & Petr. Caball. vbi supra cum allegatis per eos, & est verissima distinctio.

Num. 148. in fin. adde sic. Nisi & verius dicentes, quòd imò Bulla prædicta non prohibet armatos vocare pro defensione suæ personæ, cum & quod minus est, hoc etiam non prohibeat pro defensione suæ possessionis, à qua quis nunquàm deiectus fuit (licèt benè id prohibeat pro defensione possessionis per vim adeptæ, vel recuperatæ.

Num. 151. il primo, in fin. adde sic. Et hoc ideo dixi, pro recuperanda, vel adipiscenda possessione, quia pro manutenenda possessione, à qua nunquàm quis deiectus fuit, bulla prædicta non prohibet armatos homines conuocare, nisi in casu quo quis prius eam per vim recuperasset, aut adeptus

adeptus fuisset; prout sunt clara verba Bullæ prædictæ.

Num.160.ante finem. deleto verbo persequendo *adde verbum* persequendis.

Dicto num.160.in fin. adde sic. Sed verius est dictam Bullam non loqui, nisi de armatis factis pro recuperanda, vel adipiscenda possessione, vel etiam manutenenda ea per vim recuperata, & adepta, & propterea non erit extendenda ad alios casus præsertim à iure permissis, prout larius fuit dictum in meo cons.65.num.68.& seqq. vbi scripta hic repetere non est opus.

Num.174. post princ.ibi. Seu statuti, dixit quod &c. *adde verbum* licet.

Dicto num. 174. propè finem. ibi. Et de qua in eiusdem bullario, fol.49. &c. *adde sic*. Quæ dato, quod censeretur prohibuisse conuenticulas factas ad bonum finem, quod verum non credo, cum non debeat extendi extra casus in ea expressos, prout dixi num. 160. adhuc non erit intelligenda, quando ex processu informatiuo plenè constat, quod fuerit facta ad bonum finem, ex præallegatis, & ex ijs, quæ suo loco dixi de Bulla Pij V. prohibentis in fracta pace non posse allegari nouam causam, quod non intelligatur quando de noua causa iam apparet ex eodem processu informatiuo *deletis verbis*. prohibentis huiusmodi conuentus, & congregationes, etiam ad bonum finē.

In hac materia videndum est consilium Excellentissimi D. Ioannis Baptistæ Spadæ, fisci & Aulæ Consistorialis Aduocati, quod cum alijs meis consilijs est inferius impressum consil. ....

AD EANDEM QVÆST. CXIII. INSPECT. V.

NVm.182.*ante finem.ibi*.Decian.in tract.crim. lib.7.&c. *adde verbum*. cap.7.

Num.194.ante finem.ibi. Assentit Decian, vbi supra allegatus &c. *deletis verbis* d.li.7. *adde verba* lib. 7. dicto cap.7.

AD QVAEST. CXIV. INSPECT. I.

SVmmario, *col. 2. post versiculum incipien*. Barones exercentes &c. *adde sic*. Barones, seu Dominiplurium Ciuitatum, an possint sibi subditum vnius ciuitatis, ad aliam processandum, & puniendum transmittere? nu.7.in fine.

Num.4.in fin.adde sic. Ad quæ vide etiam Petr.Caball. post hæc impressa habitum, cum allegatis per eum, resolut. crimin.casu 176.post n.6.& n.10.

Num.7. in fin. adde sic. Quid autem de Baronibus, qui sunt Domini plurium terrarum sub directo tamen dominio diuersorum Principum; nunquid possint subditos vnius terræ, & vnius Principis, ad aliam terram alterius Principis conduci facere, ibique eos processare, & punire? Dic quod non, & contraueniendo, dicuntur vsurpare, seu saltem turbare iurisdictionem illius domini, ex qua extrahunt subditum, illumq. ad territorium, & iurisdictionem alterius Principis transmittunt, & ita aliàs obseruari vidi. cum certum sit, quòd etiam vnus Dominus plurium Prouinciarum, seu Ciuitatum, nō debeat sine causa subditum vnius Prouinciæ, seu Ciuitatis, ad aliam suam Prouinciam seu Ciuitatem processandum, & puniendum transmittere, ex latè deductis per Petr.Caball.post hęc impressa habitum, resol.crimin.cas.120.per tot.

Num.19.in fine, adde sic. Quibus adde Petr. Caball. post hęc impressa habitum, resol.crim.cent.3, cas.291.nu.27. & seqq. vbi facit generalem conclusionem, quod vsurpantes iurisdictionem Principis, in arduis puniuntur pœna læsæ maiestatis, & vltimi supplicij; secus si vsurpent in leuibus; quia tunc mitius pœna, scilicet, stellionatus, & arbitraria puniuntur. Hancq. conclusionem pluribus Doctorum auctoritatibus exornat. Addo etiam ad prædicta Bonif. in tract. de furt. S. corporalis, num. 56.

Post num.20. incipe à capite, & adde sic. Qua autem pœna puniatur is, qui facit se officialem sanctæ Inquisitionis, vt aliquem opprimeret, spoliaret, vel eluderet, eum non sit, vide Simanch. Cathol.instit.tit46.rubr.de pœnis, num.92.& 93. vbi quod iudicis arbitrio punitur. fustigatur, scilicet, aut ad triremes transmittitur.

AD EANDEM QVAEST. CXIV. INSPECT. II.

SVmmario, *fol.89, col.1. in fine vers.incip*. Iurisdictio iudicis &c. *in fine dicti vers. adde sic*. Vbi de pœna illius, qui in territorio alterius Principis capit aliquem, & captum per vim extrahit de illo territorio, & ad alium iudicem ducit.

Num.41.in fin, adde sic. Et per Phanuce, de iureiurando in litem per cap.1.num.23. & seqq. & dixi infra in fragmentis littera T.num.1004.

Num.43.in fin, adde sic. Vide quæ dixi infra, in fragmentis, in vers. Iuramentum in litem, n.1049.

Num.60.in fin.adde sic. Quæ autem sit pœna illius, qui in alterius territorium ingreditur turbando illius domini iurisdictionem, distingue, aut turbat in leuibus, aut in grauibus. Si in in leuibus pœna stellionatus, & arbitraria, secus si in grauibus, & arduis. prout in simili dixi de vsurpante iurisdictionem supra hac eadem quæstione, num.19. Et propterea si quis inuadit territoriū alterius Principis, & ibi facta captura alicuius, illum vi duxerit extra dictum territorium, pœna vltimi supplicij punitur, & etiam læsæ maiestatis, si fuerit subditus illius domini. cuius erat territorium, ex quo

captum

captum extraxit, prout in his terminis voluit Petr. Caball. post hæc impressa habitus, cum allegatis per eum, resol. crim. centur. 3. casu 291. num. 26. & seq. & num. 36. & ita apud nos in praxi seruatur.

Num. 67. *in princ. ibi.* Etiam quod aliàs non sint sui subditi &c. *adde sic.* ad tex. in cap. 1. de offic. delegat. vbi *deletis verbis.* Satis enim est, quod ratione delicti turbati iudicis assertioni.

AD QVÆST. CXV. INSPECT. I.

SVmmario, col. 1. in vers. Falsificans monetam &c. *ibi.* Ciuitatis &c. *adde verbum* seu *deleto verbo* sui.

Eodem summario, col. 2. circa finem, in vers. Tingens monetam &c. *in fin. vers. adde sic.* Et ibi etiam quid de istis impostoribus, qui æs pro auro vendunt.

Num. 31. *post princ. ibi.* De quo particulariter dixi &c. *dele verbum* supra *adde verbum* infra.

Num. 50. *circa princ. ibi.* Sufficere videntur ex allegat. per &c. *adde nomen* Grat. *omisso verbo* Gratianum.

Num. 54. *in fin. adde sic.* Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. cas. 191. nu. 3. vbi quo ad pœnam æquiparat istos sic tingentes monetas, illas tondentibus. Volens tamen vtroque casu esse pœnam non mortis naturalis, sed arbitrariam; de quo dixi infra in seq. inspectione, num. 99. & seq.

Num. 55. *in fin. adde sic.* Quid autem de impostoribus, qui per Orbem vagantes misturam auream, auro, seu argento similem, pro auro & argento vendunt, seu pignorant, quomodo puniantur? dic quod crimine stellionatus pœna iudici arbitraria. L. 3. ff. de crimin. stellionat. l. cum æs, & ibi glos. & Doctores. ff. de furt. vide Clar. in pract. §. final. quæst. 83. num. 3. vers. Si quis imposturam, vbi de vendentibus torques adulterinas pro torquibus auri, Menoch. de arbitr. quæstion. lib. 2. cas. 383.

Num. 71. *in fin. adde sic.* Et hanc opinionem maximè procedere, quando moneta esset fabricata in iurisdictione Principis habentis facultatem cudendi monetam, ex allegat. per Vinc. de Franch. decis. 440. num. 4. in fine. vers. & ad secundum, & num. 5. Petr. Caball. resolut. criminal. cap. 27. num. 3. & 4.

Num. 72. *in fin. adde sic.* Vincent. de Franch decis. 400. num. 3. & sub nu. 5. vbi & ipse testatur, hanc esse communem opinionem, testari per Petr. Caball. resolut. crimin. casu 27. num. 2.

Num. 74. *post med. ibi.* Et alijs Principibus habentibus iura Imperij &c. *adde sic.* Et hanc contrariam sententiam sine dubio admittit Vincent. de Franch. decis. 440.

Num. 76. *in fin. adde sic.* Faciunt scripta per Vincen. de Franch. decis. 400. num. 3. & nu. 5. in fin. Petr. Caball. d. cas. 27. n. 2.

Num. 79. *ante finem ibi.* Et idem dixit Ludouic. Peguer. decis. crimin. 46. num. 15. &c. *adde sic.* Nec dissentit Vinc. de Franch. d. decis. 440. nu. 7. Petr. Caball. d. cas. 27. num. 3. & 4.

Num. 90. *in fin. adde sic.* Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolution. crimin. casu 199. num. 19. & seqq.

Num. 92. *in fin. adde sic.* Vinc. de Franch. decis. 440. num. 2. & num. 7. in fine. Petr. Caball. dicto casu 27. num. 5.

Num. 94. *in fin. adde sic.* Vincen. de Franch. d. decis. 440. num. 4. licèt num. 7. in fine ipse inclinauerit in mitiorem pœnam, videlicet, perpetuarum triremium. nec dissentit Petr. Caball. d. casu 27. n. 6. & seqq. quem videas ibi dicentem se non improbare sententiam Vincent. de Franch. licet credat propositam limitationem, quamuis rigorosam iure substineri posse.

Num. 98. *in fin. adde sic.* Franc. Pegnam in addit. ad Aymeric. in director. inquis. par. 3. commentar. 26. fol. mihi 477. col. 1. littera D. vers. primo, & omnibus sequentib. Lel. Zech. in summa par. 1. tit. de fid. cap. 19. rubr. de Necromanticis, num. 2. & latius per Benedict. Peresium, in suo tract. de Magia lib. 1. cap. 12. per totum, & per Martin. del Rio Iesuitam de disquisitionibus magicis, lib. 1. cap. 5. quæst. 1. & seqq. Vbi ad saturitatem. Petr. Rinsfeld. in l. 3. C. de malef. & mathemat. q. 5. concl. 1. & seqq.

Num. 99. *in fin. adde sic.* Petr. Caball. cum allegatis per eum post hæc impressa visus, resol. crimin. cas. 191. num. 1.

Num. 102. *propè finem. ibi.* Aduertit etiam Iul. Scarlattin. consil. crimin. diuersor. 115. nu. 4. lib. 1. &c. *adde sic.* & latius reassumat & comprobet hanc sententiam Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. cas. 191. num. 4. & seqq. qui propterea dixit, hodie pœnam hanc esse non mortis naturalis, sed mitiorem, & arbitrariam, hancque eandem sententiam æquiorem, & tutiorem existimet.

Num. 108. *circa finem. ibi.* num. 60. vers. quod procedere &c. *adde sic.* & Petr. Caball. vbi supra dicto casu 191. num. 2.

AD EANDEM QAEST. CXV. INSPECT. III.

SVmmario, fol. 113. vers. penultimo, post verbum Vnius testis. *adde sic*: Et an expendens falsam monetam, præsumatur particeps fabricationis, nisi doceat de auctore, sub num. 157.

Num. 119. *ad finem. ibi.* Nisi essemus in homine &c. *adde verbum* non.

Num.

Num. 123. *in fin. adde sic.* Et vide in simili, quæ de instrumentis ad furandum aptis penes aliquem repertis, dixi infra, in tit. de furtis, quæst. 176. num. 84.

Post numerum 128. *incipe à capite, & adde sic.* LIMITA hanc secundam ampliationem, quæ vt dixi, rigorosa est, vt procedat, quando inter fabricatorem, & expensorem præcessit tractatio, & conuentio, quod vnus fabricet, & alter expendet, tunc enim dicitur expendens auxilium præstare in ipso delicto, & ad delinquendum; ideò tenetur eadem pœna, qua tenetur ipse fabricator. secus si non præcedente huiusmodi tractatu contigerit, quem expendere falsas monetas scienter receptas post eorum fabricationem à fabricatore. tunc enim non intrat eadem pœna, quia auxilium non fuit præstitum in delicto, sed post. & est verissima declaratio, quæ probatur ex deductis, infra per me in tit. de consultor. quæst. 132. num. 29. & quæst. 133. num. 93.

Num. 132. *in fin. adde sic.* Et hanc esse Doctorum receptam sententiam alijs relatis, & etiam contrarium tenentibus, dixit Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. criminal. casu 199. num. 1. & seqq.

Num. 137. *in fin. adde sic.* Nec dissentit Petr. Caball. d. cas. 199. num. 5.

Num. 138. *in principio, vbi dicitur* prauam. *vult dicere* paruam.

Dicto num. 138. *in fine. adde sic.* Ad quæ vide etiam deducta per Petr. Caball. resol. crim. casu 199. num. 8. 16. & seqq.

Num. 139. *in fine. adde sic.* Et ad præmissa, vide etiam Petr. Caball. d. casu 199. num. 16. & seqq. & num. 21.

Num. 146. *in fin. adde sic.* Vide infra in tit. de furt. quæst. 177. num. 13.

Num. 151. *in fine. adde sic.* Petr. Caball. resol. crim. casu 199. num. 12. & 13. Vbi quòd isto casu sufficit minus exacta, & semiplena probatio.

Num. 153. *in fin. adde sic.* Petr. Caball. quem post hæc impressa habui, cum relatis per eum, resolut. crimin. casu 199. num. 6. & 7. Vbi loquitur tam de pœna iuris communis, quàm statutaria, & n. 25.

Num. 157. *circa medium, ibi.* Existimauerit &c. *adde sic.* Nisi de auctore docuerit. quod & idem voluerunt Aym. Marsil. Couar. Vinc. de Franch. & alij relati per Petr. Caball. d. cas. 199. num. 9. & seqq. Vbi hoc declarat procedere, quando expendens erat homo malæ conditionis, & famæ; secus si bonæ famæ.

Dicto num. 157. *in fin. adde sic.* Petr. Caball. d. casu 199. num. 26.

Num. 158. *ante finem, vbi dicit* minimè *vult dicere* maximè.

Num. 160. *in fin. adde sic.* Petr. Caball. d. cas. 199. num. 27. & seqq. Quòd multùm à iudicis arbitrio pendere existimarem, qui ad hunc effectum maximè considerabit quantitatem, & qualitatem pecuniæ expensæ, famam, & conditionem expendentis, modum, & tempus expendendi, & alias facti circumstantias, de quibus per Petr. Caball. vbi supra dicto casu 199. num. 7. & 8. 16. & seqq. 21. & seqq. 29. & seqq. Vbi plures ignorantiæ præsumptiones adducuntur.

Num. 164. *in fine. adde sic.* Et propterea si falsitas monetæ erat latens, nec oculis apparens, tunc eo magis ignorantia præsumetur, ex allegatis per Petr. Caball. resolution. criminal. d. casu 199. num. 31. & seqq.

Composuit Excellentissimus D. Aduocatus Spada in hac sententia expendendæ monetæ falsæ Consilium insigne, quod videas in hac materia impressum inferius Consil. . . .

AD QVAEST. CXVI.
§. I.

NVm. 14. *in fin. adde sic.* Et hæc ampliatio potest saluari in terminis. L. quisquis. C. ad L. Iuliam Maiestatis, secundum Peregr. de iur. fisci, lib. 5. tit. 1. rubr. de publicatione bonorum, num. 171. vers. Saluari tamen posset. quamuis vt mox eum referam, extra terminum illius legis dixerit hanc sententiam communiter reijci.

Num. 15. *circa finem, ibi.* Vbi refert Boss. in loco præcitato &c. *adde sic.* Peregr. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. rubr. de public. bonor. num. 171. Vbi relatis contrarium tenentibus, dixit, eos communiter reprobari etiam in capite rebellionis in quo nec bona ipso iure confiscantur.

Num. 17. *in fin. adde sic.* Et addo Peregrin. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. rubr. de publicatione bonorum, num. 172. vers. Notandum tamen est.

Num. 19. *in fine. adde sic.* Prout & idem referendo Gig. in loco præallegato. & etiam, relatis & reprobatis contrarium tenentibus, concludit & declarat Peregr. de iur. fisci, lib. 5. tit. 1. rub. de public. bonorum, num. 172.

Num. 39. *circa principium, vbi dicit,* dicta quæst. 81. *vult dicere* quæst. 82.

AD EANDEM QVAEST. CXVI.
§. II.

NVm. 61. *ibi.* Pretium restituere &c. *adde sic.* (de quo mox dicam.)

Num. 63. *in fine. adde sic.* Dixi hac de re iterum infra in tit. de falsitat. & simular. q. 164. num.

Num. 64. *in fin. adde sic.* Dixi hac de re iterum, infra in tit. de falsitate, et simulat. q. 164. num.

Num. 65. *in fin. adde sic.* Dixi hac de re iterum, infra in tit. de falsit. et simulat. q. 164. num.

AD EANDEM QVÆST. CXVI. §. III.

NVm 76. *in fin. adde sic*. Vide infra in tract. de hæresi, q. 191. num. 25.

Num. 77. circa princ. ibi. num. 52. de sent. & &c. *adde verbum* re.

Num. 78. *in fin. adde sic.* Vide quæ in simili de hæresi, dixi infra quæst. 191. num. 2. & seqq.

Num. 82. in fin. adde sic. Et vide infra in tract. de hæresi, quæst. 191. num. 28. Vbi de successione in maioratu.

Num. 86. in fin. adde sic. Vide quæ in simili in crimine hæresis dixi infra in tract. de hæresi, quæst. 191. num. 91. & num. 54.

Num. 90. in fin. adde sic. Vide quæ de crimine hæresis, dixi infra q. 191. n. 21. & n. 50. & seq.

Num 91. *in fine. adde sic*. Et consentit Rota in vna Conchen. pensionis coram Peregrino, Veneris. 6. Martij 1598. in vers. Quod etiam indistinctè, vbi de communi. Addo pro hac eadem amplicatione plures alios Doctores, quos refert, sed non sequitur Thom. Sanchez in precept. Decalogi, lib. 2. cap. 27. sub num. 9.

Num. 92. in fine. adde sic. Et pro hac contraria opinione, vide Thom. Sanchez in præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 27. num. 10. & seqq. vbi plures alios refert concordantes, proponit contraria, & illis respondet. vide quæ dixi infra, in tract. de hæresi, quæst. 191. num. 39. & 40. & n. 52. & 53.

Num. 113. *in fine. adde sic*. De quo particulariter, vide Thom. Sanchez cum allegatis per eum in præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 29. n. 11. vbi concludit, hæreticorum filios non esse incapaces aliquid recipiendi ex donatione, vel ex alio contractu inter viuos, quicquid secus dixerit Gig. in loco per eum relato.

Num. 118. *ante finem. ibi*. Addo ad præmissa &c. *adde sic*. Couar. variar. resolution. lib. 2. cap. 8. n. 4. vers. Contrariam sententiam fol. mihi 489. in parua impressione.

Dicto num. 118. in fine. adde sic. Thom. Sanchez in præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 28. nu. 18. & 19. Vbi & ipse facit conclusionem, quod filij, & nepotes reorum læsæ maiestatis, non priuantur beneficijs obtentis ante patris delictum, nec etiam sunt inhabiles ad alia obtinenda beneficia. & ad huius conclusionis comprobationem quamplurium aliorum Doctorum auctoritates adducit, & num. 21. & sequent. declarat hanc conclusionem, nisi isti filij tempore delicti paterni, essent laici, quia tunc efficiuntur inhabiles ad beneficia in posterum acquirenda, quod intellige, vt ibi per eum num. 24.

Num. 119. *in fin. adde sic*. Thom. Sanchez, vbi supra d. cap. 28. num. 20.

Num. 128. *in fine. adde sic*. Quid in crimine hæresis, dixi infra quæst. 191. num. 5. & seqq.

Num. 130. *in fine. adde sic*. Vide infra, in tract. de hæresi, q. 191. num. 68. & num. 55. & seq.

Num. 144. *propè finem. ibi.* vers. Fatetur tamen. & num. 48. &c. *adde sic*. Surd. cons. 386. num. 17.

AD QVAEST. CXVIII.

NVm. 37. *post med. ibi.* Baiard. ad Clar. in §. læsa maiest. nu. 25. vbi ponit specialia &c. *dele numerum* 73. *& adde* 31.

Dicto num. 37. ad finem. ibi. Et quicquid vult; & etc. *vbi dicitur* Vgè *vult dicere* Vhè.

AD QVÆST. CXIX. INSPECT. I.

NVm. 23. *in fin. adde sic*. Super quarum interpretatione, et de tota materia duelli, vide omninò Lucam Floron. in suo tract. de prohibition. duelli per totum. Thom. Sanchez, in præceptis Decalogi, lib. 2. cap. 39. per totum, num. 1. et omnibus seqq.

Num. 24. *in fin. adde sic*. Et nouissimè Luc. Floron. in tract. de prohib. duelli, cap. 1. num. 5. et seqq.

AD EANDEM QVÆST. CXIX. INSPECT. II.

SVmmario, *in vers.* Statutaria pœna homicidij etc. *in fin. vers. adde sic*. Statutum mandans quod nullus puniatur pœna corporali, nisi in casibus expressis à statuto, nunquid censeatur derogasse iuri communi in casibus, in quibus eodem iure imponitur pœna corporalis.

Num. 29. *in fin. adde sic*. Vide omninò ad materiam propositæ regulæ et quæstionis, Canonistas, et repetentes in c. 2. de constitut. quorum dicta non fuerunt per me in hoc loco reportata; et propterea te remitto ad eos, apud quos latè etiam materiam hanc pertractatam habebis.

Num. 39. *col. 2. circa med. ibi.* Et in hoc concordare testatur ibi Alex in addit. litera C. etc. *adde sic*. Quod, et receptissimum esse, quando criminaliter agitur, alijs relatis concordantibus dixit Menoch. de recuper. possess. remed. 9. n. 398. et 399. Vbi etiam declarat (declarationem ibi videas) *deletis verbis*. dixit indistinctè pœnam statuti esse sequendam.

Et paulò post. ibi. Et quod statuti pœna etc. *deleto verbo* facit. *adde verbum* faciat.

Et etiam paulò post. ibi. Bald. in loco præcitato etc. *adde sic*. dixit etiam Alex. ad Bart. in d. l. 1. ff. de vi. bon. rapt.

Dicto num. 39. in fine. adde sic. Et omninò vide etiam Menoch. de recuper. possess. remed. 9. nu. 338. et pluribus seqq. Vbi relatis Doctorum aucto-

auctoritatibus hinc inde contrarium tenentibus, & eorum rationibus, concludit num. 386. & seq. per pœnam impositam à statuto non esse recessum à pœna iuris communis. Et hanc opinionem sibi magis placere affirmat, (etsi pro contraria sententia extet maior Doctorum numerus) eamque declarat non procedere, quando ex coniecturis quas ibi enumerat, colligi posset statuentes voluisse recedere à pœna iuris communis.

Hic cadit dubitatio, de qua per Menoch. de arbitr. quæstion. lib. 2. casu 276. nu. 24. & seqq. Nunquid, scilicet, per statutum quod nullus pœna corporali puniri possit pro maleficijs, nisi statuto caueatur, censeatur derogatum iuri communi, in casibus in quibus eo iure imponitur pœna corporalis, non autem statuto Ciuitatis, quæ prædictum statutum condidit. & Menochij dicta latè reassumit Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolution. criminal. casu 52. Vbi concludit, quòd per dictum statutum sit derogatum iuri communi, & quod non possit imponi pœna corporalis de iure communi imponenda, si illa statuta hoc non expresserint, rationibus ibi per eum adductis, dummodo tamen delictum non remaneat in totum impunitum. Et est verissima declaratio. ex qua necessariò sequitur, quòd si statutum non prouideat, nullamque imponit pœnam delicto, pro quo de iure communi imponitur pœna corporalis, tunc ne illud remaneat impunitum, puniatur pœna corporali iuris communis. secus si statutum pro illo delicto imponat aliam pœnam non corporalem, quia tunc per, per eam censetur derogatum pœnæ iuris communis, & vt dixi est verissima declaratio, & comprobatur ex allegatis in proposita ampliatione.

AD EANDEM QVÆST. CXIX. INSPECT. III.

NVm. 56. *in fin. adde sic*. Et dixi hac de re latius infra in fragmentis, in verbo Irregularitas, num. 403. & seqq.

AD QVAEST. CXX. SECT. I.

NVm. 3. *circa medium. ibi*. Vt scilicet is non possit accusari post mensem &c. *deleto nomine* Bald. *pone nomen* Barbat.

Et paulò post. ibi. Etsi de parricidio mentionem non faciat &c. *adde sic*. Et loquitur Barbatia in statuto volente, quod occisor non succedat occiso.

Num. 4. in fin. adde sic. Et in specie de statuto volente homicidam non succedere occiso, quod non intelligatur de parricidio consuluit Anan. cons. 63. & ibi in addit. Bolognin. quos, & alios pro hac contraria opinione adducit Petr. Caball. resolut. criminal. cas. 11.

Num. 16. in fin. adde sic. Et licet tex. in d. l. parricidij loqui videatur in accusato de illo crimine & pendente accusatione ante condemnationem mortuo, istoque casu ibidem statuatur bona non posse confiscari, eo quod morte extinguatur crimen, quasi quod præsupponat, morte non sequuta confiscationem intrare, quando quis de parricidio damnatur, & iste intellectus pro opinione Menoch. multùm faciat; adhuc tamen à præcedenti opinione non discedas, cum & in omnem euentum tex. ille correctus censeatur per auth. bona damnatorum, vt benè docet Ceph. in loco præallegato.

AD EANDEM QVAEST. CXX. SECT. II.

NVm. 24. *propè finem. ibi*. vers. Et attende bene &c. *adde sic*. Boss. in tit. de his quib. vt indign. il primo, num. 22.

Num. 29. in fin. adde sic. Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolution. crimin. cap. 10. num. 4. in 1. concl.

Num. 33. in principio, post verbum non solum &c. *adde verbum* non.

Num. 34. circa finem. ibi. Ad quæ vide &c. *adde sic*. Roman. singul. 467.

Et paulò post. ibi. Peregrin. de iure fisci, lib. 2. tit. 3. num. 13. &c. *adde sic*. Et latius tit. 8. num. 4. & num. 7. & seqq. Vbi benè declarat quid si huiusmodi ingratitudo commissa fuerit viuente testatore, & quid si post eius mortem.

Num. 36. post principium, deletis verbis. ibi. In l. sororem num. 4. &c. *adde sic*. in l. hæreditas, num. 7.

Ibi. Et ibi etiam Salyc. pariter &c. *adde verbum* num. 7. *deleto verbo* num. 70.

Et paulò post. ibi. Roland. cons. 56. num. 1. & seqq. &c. *adde verb*. lib. 1.

Et ibi. Petr. Anton. &c. *adde sic*. Angusiola *deleto verbo* August.

Ac etiam eodem num. 36. in fine. adde sic. Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolut. crimin. casu 10. num. 2. vbi plures referuntur concordantes.

Num. 39. in fine. adde sic. Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolution. crimin. casu 10. nu. 6. in 3. conclus.

Num. 41. circa principium. ibi. Tunc enim. *adde verbum* eius *deleto verbo* etiam.

Dicto num. 41. in fin. adde sic. Michael. Crass. in tract. de successionib. §. substituti, sub num. 8.

vers. Sed equidem relati, per Petr. Caball. post hæc impressa habitum (quos tamen ipse non sequitur) resolution. criminal. casu 10. num. 1.

Num. 42. *in fin. adde sic*. Prout eam quoque reprobat, & hanc contrariam pluribus defendit, & alios refert concordantes Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolution. criminal. casu 10. num. 2. & seqq.

Num. 44. *circa finem. vbi dicitur* tunc *vult dicere* nunc.

Dicto num. 44. *in fine. adde sic*. Verum prædicta communis conclusio non procederet stantibus constitutionibus Apostolicis, videlicet, Pij Secundi, & Quinti, de quibus mentionem feci supra quæstion. 101. num. 36. & seqq. ex quibus homicidæ priuantur ab omni actu legitimo. Nam tunc cum reddantur incapaces successionis, & hæreditatis ipsis delatæ de iure communi, vt latè probaui supra dicta quæst. 101. num. 42. sequitur, quod dicta successio transeat ad proximiores, nec possit fiscus eam auferre tanquàm ab indigno, cum nihil auferendum inueniat, secundum Eugen. consil. 77. num. 7. & seqq. & per Honded. cons. 59. num. 74. lib. 1. qui loquuntur non solùm in hæreditate delata ab intestato, sed etiam ex testamento. sed de huius ampliationis veritate dixi d. quæst. 101. num. 43.

Num. 46. *versus finem. ibi*. Quam etiam tenet &c. *adde sic*. Michael. Crass. in tractat. de successionibus. §. substituti, sub num. 8. versic. Sed equidem.

Dicto num. 46. *in fin. adde sic*. Et faciunt scripta per Eugen. consil. 77. num. 1. & seqq.

Num. 55. *in fine. adde sic*. Et tit. 8. num. 9.

AD EANDEM QVÆST. CXXI. SECT. III.

NVm. 73. *ante finem. ibi*. Decian. in tract. crim. lib. 16. num. 28. &c. *adde sic*. Boss. in tit. de his quib. vt indign. il primo, num. 22.

AD EANDEM QVÆST. CXXI. SECT. V.

NVm. 134. *in fin. adde sic*. Alios refert, & sequitur Petr. Caball. post hæc impressa in lucem editus, resolution. criminal. casu 94 num. 1. & seq.

Num. 141. *in fin. adde sic*. Consentit Petr. Caball. post hæc impressa habitus, resolution. criminal. casu 56. num. 106. reprobato Bald. & Ang. de malefic. contrarium tenentibus in locis ibi per eum relatis. & faciunt, quæ dixi infra quæst. 129. num. 101. & quæst. 131. num. 44. & quæst. 135. num. 34. & seqq.

Num. 153. *col.* 2. *in princ. ibi*. Nedum filium &c. *adde verbum* non.

Num. 154. *col.* 2. *ante med. ibi*. Sic & Salyc. in l. 1. nu. 24. ante med. vers. ad l. vtrum &c. *adde verba*. C. de rapt. virg. *deletis verbis*. ff. ad l. Pompeiam de parricid.

Et paulò post. ibi. Alber. in d. l. vtrum num. 1. vbi, & ipse tex. illum &c. *adde verbum* declarat *omisso verbo* dederat.

Num. 55. *in princ. ibi*. Sic etiam consului &c. *deleto verbo* per *pone verbum* pro.

Num. 180. *in fin. adde sic*. Vide quæ dixi infra, in fragmentis, in verbo Irregularitas, n. 522. & seq.

Num. 191. *in fine. adde sic*. Petr. Caball. post hæc impressa visus, resolut. crimin. casu 139. per totum, quem omninò benè in hac materia loquentem, & declarantem vide.

AD QVAEST. CXXII. PAR. II.

NVm. 22. *ante finem. ibi*. Vbi licet, prout mox eum &c. *adde verbū* retuli *omisso verbo* referā.

Num. 25. *post med. ibi*. Sententiam prædictam reuocauit, & ipsum &c. *deleto verbo* ad condemnationem *adde verbum* ad compositionem.

Et paulò post. ibi. Dummodo venenum non propinauerit, & decis. 2. num. 32. &c. *adde sic*. & decis. 74. *omissis verbis* & decis. 47.

Et ibi. In quo consuluit &c. *adde verbum* Bal.

Num. 28. *in fin. adde sic*. Et sic nota, quod vt bannimentorum prædictorum pœna locum habeat, necesse est, quod saltim vltrà præparationem fuerit deuentum ad actum remotum, cum excludat actum proximum.

AD EANDEM QVÆST. CXXII. PAR. V.

NVm. 91. *circa medium. ibi*. Non immerito videndum duxi, &c. *adde sic*. Ad quam vltra infrascripta, vide Villagut. in tract. de extensione rubr. de extensione pœnali à iure inflict. procurantibus abortum, in discursu.

Num. 112. *in fin. ibi*. vers. Item. *adde sic*. Petr. Rinsfeld. in commentar. ad l. eorum. C. de malefic. & mathemat. quæst. 3. in 2. & 4. conclusione, licèt ibidem in 3. conclusione subdat, de iure ciuili pœnam vltimi supplicij inrrare etiam quod mors non sequatur, per dictam l. eorum.

Num. 116. *propè finem. ibi*. In §. amaroria pocula, in princ. & num. 2. et num. 3. etc. *in fin. adde sic*. Petr. Rinsfeld. in comment. ad l. eorum. C. de malefic. et mathemat. quæst. 3. conclus. 1. Vbi pariter dixit, quod pœna hæresis punitur conficiens pocu-

poculum amatorium hæresim sapiens. quando autem tale poculum dicatur hæresim sapere, vide eundem ibidem quæst. 2. per totam. Et ad materiam, vide quæ dixi in tractat. de hæresi, quæst. 181. num. 82.

Num. 120. *in fin. adde sic.* Et quæ dixi infra in fragmentis, vers. Irregularitas, num. 442.

AD EANDEM. QVÆST. CXXII. PAR. VI.

N*Vm.* 131. *in fin. adde sic.* Ruginell. pract. quæst. cap. 35. n. 6. vers. Hæc licet fauore mulierum.

Num. 133. *in fin. adde sic.* Ad quam vltra infrascripta, vide Villagutam, in tract. de extensione ll. rubr. de extension. pœna l. à iur. inflict. procurantibus abort. in discursu.

Num. 138. *in fin. adde sic.* Vide in fragmentis litter. L. num. 444.

Num. 139. *in princ. ibi.* Vel inanimatus &c. *adde sic.* dixi iterum infra, in fragmentis, in verbo Irregularitas, num. 443. Et quidem.

Num. 156. *in fin. adde sic.* Ad quæ vide omninò Ruginell. cap. 35. num. 6. vers. Senatus tamen, vbi refert fuisse capitaliter damnatam mulierem, quę honoris causa puerum iam natum suffocauit.

Num. 162. *in fin. adde sic.* Dixi iterum infra in fragmentis, vers. Irregularitas, num. 840.

AD QVAEST. CXXIII. INSPECT. I.

N*Vm.* 1. *in princ. ibi.* Tractaturus &c. *adde sic.* de qua vltra hic scripta, vide multa dicentem Villagutam, in tract. de extensione legum rubr. de extension. legum pœnal. instig. pœnam assassinij per totam. & Io. Guttier. practicar. quæstion. ciuil. lib. 3. quæst. 7. per totam.

Num. 8. *in fin. adde sic.* Et ab hac communi Doctorum sententia, in iudicando & consulendo minimè recedendum putarem, licet contrarium defendere conetur Marius Italia, in tractat. de immunitat. Ecclesiarum, post hæc impressa in lucem editus, lib. 1. cap. 5. §. 5. num. 86. & seqq. & num. 100. & seqq. Vbi & in specie, latè declarat quid significent illa verba in cap. 1. de homicidio, in 6. A toto Christiano populo perpetuò diffidatus.

AD EANDEM QVÆST. CXXIII. INSPECT. II.

N*Vm.* 21. *in fin. adde sic.* Et latius hanc partem reassumpsit Marius Italia post hæc impressa in lucem editus, in tract. de immunitat. Ecclesiarum, lib. 1. cap. 5. n. 5. & seq. et n. 127. vers. Et quoniam, & alibi sæpius in discursu illius. §.

Num. 39. *in fine. adde sic.* Nec differentit Caball. in tract. de omni genere homicidij, nu. 545. & seq.

Num. 43. *in fine. adde sic.* Et licet Marius Italia post hæc impressa in lucem editus, in tract. de immunitate Ecclesiarum, lib. 1. cap. 5. §. 9. num. 130. & seqq. contrarium affirmare ausus fuerit, tu tamen à proposita ampliatione in iudicando non recedas. Tum quia, vt vides, communiter recepta est; tum etiam quia verior, et rationabilior. & si aliter diceremus, esset facilis adinuenta via effugiendi pęnas assassinij, & sequeretur magnum absurdum, quòd illud committeretur cum promissione, seu traditione decem, aut viginti ducatorum, non autem cum promissione, seu traditione alterius rei, vt puta, gemmarum maioris valoris.

Num. 68. *in fine. adde sic.* Et omninò Franc. Pegnam ad Aymeric. in director. inquisitor. par. 3. commentar. 49. num. 215. vers. in his verbis, & pluribus seqq. fol. mihi 572. in fine, & fol. 573. & vide etiam Marium Italiam, in tractat. de immunit. Ecclesiarum post hæc impressa in lucem editum, lib. 1. cap. 5. §. 5. num. 7. Vbi amplius tenet non, & latius num. 152. & seqq. omnibus, vbi pluribus probat, non solum requiri declaratoriam iudicis Ecclesiastici, sed etiam eiusdem iudicis declarationem.

AD EANDEM QVÆST. CXXIII. INSPECT. V.

N*Vm.* 142. *in fine. adde verbum* num. 1.

Num. 147. *ante medium ibi.* Prout magistraliter consuluit Bald. in d. cons. &c. *adde numerum* 383. *& omissa* 283.

Ibi. De Cecco. num. 3. &c. *deleto verbo.* lib. 1. *adde verbum.* lib. 5.

AD QVAEST. CXXIV. PAR. I.

